НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

46.-

# ANTONII OLIBANI CIVIS HONORATI BARCIN. IN ALBO CONSCRIPTI, ET REGII

Senatoris ac fiſci Patroni Commentarius, ad vſat.
Alium namq. de Iure fiſci. lib. 10.
conſtit. Cathaloniæ.

PARVVM QVIDEM OPVS AC LEVIDENSE; ſed tamen vtile ac neceſſarium, ad legum & conſtitutionum Cathaloniæ vſaticorumq. Barchinon. intelligentiam: & ad demonſtrandum proprium regum officium, ac vere regium, quod in liberatione vi oppreſſorum de manu calumniantium, & afflictorum ſubleuatione, poſitum eſt & conſtitutum.

*Huic acceſsit & adiuncta eſt breuis ſumma & explicatio iurium regalium, quæ Rex Aragonum, & Comes Barcinonæ exercet, cum debita moderatione in bonis, & perſonis eccleſiaſticis prouinciæ Cathaloniæ: omnibus iudicibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, & aduocatis in Regio Senatu cauſas tractantibus conueniens & valde accommodata.*

Ad ſpectabilẽ virum, D. Didacũ de Couarruuijs, vicecancellariũ.



Nec sumit, aut ponit. 1627

*CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.*
Barcinonę, Ex Typographia Gabrielis Graells, & Geraldi Dotil. 1600
*Expenſis Michaelis Meneſcal.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

## Lo Duch de Feria Lloctinent y Capita general.

PER quant per part de vos Miquel Manescal librater de la preſent ciutat de Barcelo na nos es eſtat ſupplicat, vos donaſſem licẽtia de imprimir y vẽdrer vn libre intitulat *Cõmentarius in Vſaticum Alium namq. de Iure Fiſci libro decimo Conſtitutionum*, Compoſt per lo Magnifich, y amat Conſeller de la real Mageſtad lo Doctor Antoni Oliba del Real conſell y Aduocat fiſcal. E nos viſt lo dit libre eſſer molt vtil y profitos y attenent les bones parts y moltes letres de dit Miſer Oliba y lo quant ſe han de eſtimar ſos treballs y que conue al be publich ſe imprimeſca, Per tenor de la preſent vos donam y concedim licentia que pugau fer imprimir y vendrer lo dit libre manant expreſſament a tots y qualſeuol Eſtampers, y altres qualſeuol perſones que durant lo tẽps dauall ſcrit no imprimeſcã ni imprimir ni vendrer façan ſens orde y licentia voſtra lo dit libre ſots pena de perdre tots los libres imprimits mollos y aparells de la impreſsio y vltra de ſinch cents florins de or de Arago als reals cofrens applicadors y dels bens dels contra fahents irremiſsiblement exigidors ſots la qual pena diem y manam no res menys a tots y qualſeuol Veguers Balles Sotsveguers Sotsballes y altres qualſeuol officials axi Reals com de Barons y mayors com menors que la preſent noſtra licentia a vos dit Miquel Maneſcal tinguen guarden y obſeruen tenir guardar y obſeruar façen y contra no vinguen en manera alguna ſi la gratia de ſa Mageſtad tenen chara y en la pena predita deſijen no incorrer. la qual licentia volem ſia duradora per deu anys del dia de la data infraſcrita en auant comptadors. Dat en Barcelona a deu de Febrer. MDC.

El Duq. de Feria,

V. Rouirola Cancellarius.
V. Fontanet.
R. Theſa.

Gabriel Olzina.

БИБЛIОТ. ИМПЕРАТ. НОВОРОС. УНИВЕРСИТЕТА
155
849
K

# SPECTABILI VIRO ET OMNIVM LAVDANDARVM

Artium, ac iuris diuini, & humani gloria ornatiſsimo, D.D. Didaco de Couarruuijs, Vicecancellario optimo & meritiſsimo,

*Antonius Olibanus. S.*

MAGNAM, ſi memoria tenes, ſpectabilis vir, ſuperiore anno in hac prouincia contentionem excitarunt milites S. Ioannis Hieroſolimitani, nationis Aragoniæ, & Valentinæ, cum militib. Cathalanis illius ordinis, ſuper Cõmandis & præceptorijs Caſtellaniæ Ampoſtę, ſitis in Principatu Cathalonię litigantes: magnam, non modo in populis ipſarum præceptoriarum, illorumq. vicinis, ſed in ciuitatib. ipſis Barcinona, Dertuſa, Ilerda, & in conſiſtorio deputatorum Cathaloniæ, atq. adeo in ipſo regio ſenatu ſacroq. concilio, altercationẽ cõmouerũt. nulla fuit vnquã in regio ſenatu altercatio maiorib. habita clamorib. maiore animorũ cõtentione, acriore cura, vehementiore ſtudio. ſtatus enim cauſæ in ſummo erat, cũ de legũ poteſtate in comitijs, quę in magna, & ſanctã veneratione habentur ſancitarum ageretur, & de ſententijs in curia Romana latis exequẽdis. Hinc trium ſententiarum rotalium auctoritas allegabatur: inde legum huius prouincię poteſtas, pro qua tuenda, ac defendenda inſurrexerant omnes iſtius prouincię nobiles, omnes milites, populi vniuerſi, generale deniq. Cathalonię. pręmebatur ſenatus auctoritate ſententiarum in curia Romana latarũ in fauorẽ Valẽtinorum & Aragonenſiũ: literis monitorialib. vrgebatur cõminationib. cenſurarũ, relaxationib. aggrauationib. & reaggrauationib. firmare de iure aduerſus tantã molẽ cenſurarũ ſenatores in regio bancho, iuxta patrię iura & mores receptos noluerũt: quia apoſtolicis cõminationib.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

minationib. & cenſurarũ relaxationib. deferendũ eſſe putauerũt. ſindicũ generalis Cathaloniȩ de obſeruatione legũ, iã olim regnantib. Alfonſo iiij. & Carolo. V. ſancitarũ, & nouiſsime in curia anni 1585. confirmatarum opponentem, repellere aut reijcere non poterant. iuramentum enim, quod de illarum obſeruatione prȩſtitum erat, homagium datum, ſententia excõmunicationis ſponte ſuſcepta deducebantur: periurij, bauſiȩ & infidelitatis pœna, excõmunicationis incurſio prȩtendebantur. vtrinq. ex ſcripto agitur; vtrinq. de ſuprema poteſtate diſceptatur: hinc legum promulgatarum, inde rerum in curia romana iudicatarum. Senatus in omnib. cunctatur: diẽ iudicij ſȩpe differt; comperendinandum putat: fructus cõmendarũ ſecundum leges patriȩ in tuto ponit, vt cui deberentur, forent ſalui: iuriſdictionib. præceptoriarum idoneos magiſtratus adſignat, qui iuſtitiam adminiſtrando, vaſallos cõmendarum in pace & otio retineant, & iura tueantur. mittit legatos ad regem, ad regium ſummũ concilium: ad legatum Apoſtolicum; ad ſanctiſsimũ Rom. Pótificem. omnia ſufert, cenſuras reuerenter ſuſtinet. conquȩritur de afflictione, de oppreſsione; de cenſurarum eccleſiaſticarum cõtinua & nunquam intermiſſa relaxatione. nullus expoſtulationib. locus relinquitur. appellat ad ſanctiſſ. Romanum Pontificẽ eiuſq. ſanctã & Apoſtolicã ſedem. in appellationib. grauamina ſingula exprimit; ſenatũ in nulla culpa eſſe demonſtrat: obedientiã ſuam, in ſummũ Pontificem & eius legatos mandataq. Apoſtolica profitetur & ſemper ſinceram, integram & illibatam fuiſſe teſtatur: cauſam alia via tractandam vrgentib. Aragonenſib. & Valentinis inſinuat: negotia eccleſiaſtica in Regia Audiẽtia aliter tractari debere: iura regalia regis & regni non poſſe turbari: de ſententijs Rotalib. ſȩpe alias in ſenatu fuiſſe diſceptatum, ſed inſtatam executionem ſecũdum leges prouinciȩ, & breui perfectam. Non eſſe credendum Romanum Põtificem, qui omnium prouinciarum iura, & bonos ac laudabiles mores tuetur, vno verbo, totam obſeruationem legum, ac iudiciorum huius prouinciȩ, multis vigilijs excogitatam atq. inuentam velle euertere. Sed Ferdinandus Ruicius, qui cauſam tractabat, vir bonus & nobilis ac cum primis diligens, attamen Aragonenſis, inſtat, vrget, inſectatur; illudi ſibi putat, muros & ſaxa penetraturus nunquã deſiſtit. rebus ſic agitatis & ciuitatib. Dertuſenſi & Barchinonenſi,

ipſoq.

ipſoq. regio ſenatu cenſuris eccleſiaſticis vſq. ad ceſſationem â diuinis, grauatis et oppreſsis, nuntius et legatus apoſtolicus, qui in curia regis domini noſtri de cauſa cognoſcebat, rege vel annuente vel inſinuante, mittit in hancprouinciam auditorem ſuum Petrum Bennium, virum optimum et doctorem iurium egregium cum mandatis, vt omnia recognoſcat accurate ac diligenter. Hic proceſſu in regia aud. facto, ſȩpius recognito & procedimentis omnib. ab exordio repetitis, ſenatum regium nullam culpam, nullum contemptũ in mandatis apoſtolicis commiſsiſſe intelligit, innocentem videt; vtilitati commendarum & commendatorum conſuluiſſe animaduertit, fructuum perceptorum valoris multorum millium ducatorum prætia depoſita in tabula ciuitatis Dertuſȩ reperit, ſenatum ergo ad cautelam à cenſuris abſoluit. tranſeo cætera, nota eſt enim hiſtoria. hic ego vehementer ſtomachabar, dum omnia mecũ confero, memoriaq. totam rei ſeriem repeto, & procedimenta, quȩ in ea cauſa me preſente & in regia Audientia, cum alijs ſenatoribus ſedente in xij ferme annis facta fuerunt, ante oculos pono: indigneq. ferebam tam negligenter negotium fuiſſe tractatum, in cauſa expretis iurib. patriȩ proceſſum vel aduocatorum ignoratione, vel iudicum negligentia, ad quos pertinet ſupplere iura, quæ deſunt partiũ aduocatis. Etenim, ſi ſententiarum rotalium executio fuiſſet poſtulata ſecundum formam in noſtris legibus traditam; ſi ſeruatis regalibus iuribus, quorum defenſionem non tantum regius ſenatus, ſed tota etiam prouincia eo grauius ardentiuſq. ſuſcipit, quod ad deminutionem & læſionem regalis dignitatis, niſi retineantur, proprius accedunt: ſi more maiorum retento, ſi ſtilo regiæ aud. inſimilib⁹ cauſis ſemper ſeruato, breui cauſa fuiſſet expedita. Aſsiſtẽtiam enim regiȩ manus, vel auxilium brachij ſecularis, pro exequendis ſententijs rotalibus ſenatus, ſi hȩc vel alia legitima remedia, ſecundum leges ac mores noſtræ prouinciæ petita fuiſſent, non denegaſſet; contra nouiſsimas conſtitutiones, quas ſindicus generalis obſeruari inſtabat, nihil egiſſet; iura ſua partibus ſaluaſſet et illȩſa dimiſsiſſet: cauſam fine debito terminaſſet, rem totã à ſuo tribunali iudicioq. ablegaſſet. Ego vero hãc occaſionẽ, quæ mihi ſenatorum poſtremo et infimo, oblata fuit, commodam & idoneam iudicaui, vt qua poſſem diligentia horis furtiuis & feria-

tis,totam hanc regalium iurium , quæ in hac prouincia retinen-
tur , & in pertractandis negotijs eccleſiaſticis , quæ aliquando in
regia audien. occurrunt, ſeruantur, quæſtionem altius repeterem,
& breui ſumma comprehenderem, receptamq. illorum praxim
& vſum explicarem, antiquorum traditiones & frequentiores in
his obſeruationes , quę noſtra ętate obliuioni penê traditę ſunt,
& intenebris ſepultę, repetendo & exſuſcitando. Nulla eſt enim
pars iuris noſtri , ſi commune ius cathalanorum ſpectes,poſt cen-
centum ab hiuc annis et amplius, peiore conditione habita , quam
iſta de iuribus altis & regalibus obſeruandis , in rebus et perſo-
nis eccleſiaſticis , quoties de illis contingit in regijs tribunalibus
diſceptari . Nam qui cæteras partes ſe tenere profitentur , hanc
rejiciunt quaſi barbaram, & ab antiquis doctoribus cathalanis ma
le & confuſe explicatam: vel qui in hanc potiſsimum operam po-
nunt ſuam, facile damnum patiuntur cęterarum. itaq. ad tabellio
nes peritiores hęc iuris noſtti pars reiecta eſt , & à noſtris docto-
ribus pro derelicto habita. quod malum in vniuerſa iurîs catha-
lonici diſciplina ſerpet ex multis annis et longius indies progredi
tur Non enim in tribunalibus allegantur cōmentaria ThomęMie
ris , guillermi vallisſiccę,Iacobi Iudaici , Iacobi Calicij , Ioannis
Socarratis, Iacobi Marquillis: non maiorum noſtrorum ſenten-
tię. ſed nec Bartoli, Baldi,Caſtrenſis,Alexandri dicta egregia : ſed
qui heri aut nudiustertius primum ad curiam venit, qui duas aut
tres ad ſummum ſchędulas vt cumq. compoſuit , pleno ore re-
citat Auendanum , gomeſios, lupos , menochium , maſcardum,
cuiacium, Gregorium & alios ſexcentum huius claſsis doctores,
viros equidem doctiſsimos & de noſtra Iuriſprudentia bene me-
ritos , ac venerandos patres , ſed in controuerſis negotijſq. huius
prouincię tractandis & dirimendis, ſecundos aut tertios.neq.enim
legum noſtrę prouincię antiquiorum , quas vſaticos nuncupa-
mus , verba plerumq . abſoleta,aut aliorum iurium, quę ſucceſ-
ſiuistemporibus ſancita fuerunt, explanabunt itali, galli , luſitani,
caſtellani doctores, quanrumnis licet exellentes; ſed eorum ſigni-
ficatio et intelligentia ex noſtris ſumenda eſt. quod Auendanus in
dictionario bene animaduerterat.iam vero praxim , quæ propria
quędam facultas eſt ac diſciplina & ars artium, vnde melius quis



addiſcet , quam ex noſtrorū frequenti lectione.quid dicam de ve-
riore ſententia , cum lex plures poteſt recipere ſenſus. Hic ego
Thomam Mierem a mortuis excito aduocatorum ſui temporis vel
temeritatem vel inſipientiam redarguentem.Calicium quoque in
teſtem voco, ducentis fere ab hinc annis vita functum, hinc enim
ſic ait, ſic de his ſcribit. ius nouum cathalonię derogat iuri roma-
no antiquo. & ideo male faciunt aduocati hodie in cathalonia , qui
formant libellos in actione iniuriarum, iuxta P. pœna.inſtit. de In
iur. cum ipſos libellos debeant formare iuxta diſpoſitionem vſa-
ticorum . Et forſan iudex ex officio poſſet libellos reijcere. l. pri-
ma.D. de offic. adſeſſ. cum ibi notat. in glo. libellis. hęc Calicius.
Audi nunc , ſi placet Mierem. a multis, ait, parum curatur de iu-
ribus patrię. non enim curant,niſi de legibus romanis & dictis doc
torum italicorum. & rurſus.ſcribo inquit, quia opus eſt his ſcrip-
tis, & vt dem occaſionem alijs, vt potius curent de legibus & con-
ſuetudinibus patriæ, quam de vſibus italię. quia de illis non debe-
mus habere rationem , niſi in adiutorium vel ſubſidium. nonne
ridiculum eſt ignorare iura patrię, & curare de alienis.prius debe-
mus curare de domo propria,quā de aliena.& practicādo,legendo,
ſtudendo & ſcribendo multum video errari in iudicijs,quia plu-
r es iudicatur per iura communia, quam per iura patrię , quæ ha-
bemus iurata & ſub pręcepto. & reliqua . Hęc cauſa fuit , vt ego
perpauca ex noſtris obſeruarem , ad explicandas cauſas eccleſia-
ſticas , quę quandoq. in regio ſenatu occurunt , ſeruatis rega-
libus iuribus & iudiciorum antiquo more, neceſſaria & oppor
tuna. ſcripſi ſane , vt potui, raptim videlicet , & ſubſciſsiuis ( vt
aiunt ) operis ; ſcripſi fateor , vt ſcopas diſſolutas. inſtitueram
autem opus laboris , vti ego animo conceperam , trium men-
ſium , aut quatuor ad ſummum . quod Calendis . Iulijs an-
ni. 1598. incœperam, recenti ad huc facti memoria. ſed ſucceſſe-
runt infiniti prope labores : vxoris diuturna infirmitas , & vita
languens , filiolę chariſsimę grauiſsimus morbus , & poſt longam
afflictionem , heu, mors pręmatura , quę mihi maximum dolo-
rem & animi langorem attulerunt , meq. penitus ab hoc inſtitu-
to, refrigerato prę luctu, inuentionis amore retardarunt. ſucceſ-
ſerunt comitia regia, maximo incolarum totius prouincię , con-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

curſu, in hac ciuitate celebrata; magni ſane non dicam laboris, ſed ſudoris. in quibus pars aliqua ſolicitudinis, nobis cum alijs regij ſenatus doctoribus obtigit, tua humanitate & ſumma modeſtia demandata. quamobrem opuſculum noſtrum bona mente inchoatum, multis occupationibus intermiſſum & interruptum, tandem quo potuit ſtudiorum curſu, peruenit ad vltimum. Tibi vero ſpectabilis vir, dicandum cenſui, penes quem debet eſſe regalium iurium huius prouinciȩ & aliorum regnorum corone Aragonum, sūma defenſio, firmiſsimū propugnaculū, vt ſit grati mei inte animi teſtimoniū & cōfirmatio manifeſta: & vt ego quoq. munuſculū aliquod tibi offeram, quem tota hȩc prouincia mirifice ac diligenter colit & obſeruat. tantum enim ſe tibi debere confitetur, pro tuis multis ac magnis in nos officijs ac beneficijs, pro indefeſſo labore cum animi moderatione, in tractanda illa infinita prope negotiorum multitudine, quæ in comitijs occurrerunt: in placandis animis expoſtulantium, in conciliandis diſcordijs, in ſedandis procellis quorundam æſtuantium: ſunt enim cathalani vt Mieres ſcribit, valde animoſi & habent ſpiritum in naribus, ſed tamen ratione placabiles & ad ȩquabilitatem propenſi; in definiendis controuerſijs; in reformandis legibus ac moribus totoq. reipub. ſtatu; in conſtituendo nouo iure: in liberandis vrbibus & populis ab onerum pondere & grauitate; in militia decoranda & illuſtranda; in omnibus prouincialibus honeſtandis & ornandis; in omni deniq. officij ac beneficij genere, quo Cathalanos & prouinciam totam vir bonus & fidelis regius conſiliarius potuit iuuare, vt omnes non modo nobiles & ciues, ſed cuncti etiam prouinciales; ipſȩ ciuitates, eccleſiȩ, monaſteria, hoſpitalia: ipſa deniq. prouincia vniuerſa aperte palamq. predicent, in conſpectu, in oculis omnium, beneficia regia, gratias & dona multa et maxima, quȩ hoc tempore rex & dominus noſter magnanimus, alti & excelſi animi princeps, primo ſuo ingreſſu, contulit largiter & regia magnanimitate erogauit, tuis quoq. optimis ac fideliſsimis conſilijs deberi. Hȩc eſt omnium vox conſentiens, populorum & ordinum communis ſententia, conſtans & grauis de te opinio atq. exiſtimatio, quȩ in animis omnium inſedit, & hærens penitus infixa, perueniet ad multorum ſeculorum poſteritatem. Tu vero ô libelle

iudicium

iudicium virorum doctorum, quod in alienis laboribus ſolet eſſe acerrimum ac ſeueriſsimum, cum reuerentia circunſpicito; reprehenſiones diligenter obſeruato; & ad tuum larem, vnde exiuiſti, redire quamprimum curato; vt in tua fide & renuntiatione reliqui noſtrorum laborum & multarum vigiliarum libri, quos
de iure ciuili ſcripſimus, iam iamq. parturimus, vel quā-
mox euulgentur, vel retenti inter alias vulgares
ſchædas contritas & laceratas, deliteſ-
cant reiecti, & in perpetuum
conſeneſcant.

Bene valeat ſpectab. dominatio veſtra, Barcin. ſexto
Calend. Nouemb. 1599.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# AD PATRIAM ET LARES PATERNOS.

EST locus in Comitatu Ceritanię in radice montium
Pyrenæorum, vel inter ipſos montes Pyrenęos ad Sep-
tentrionem, & qua parte itur ad comitatum Foxenſem,
indeq. ad Gallias; qui, quod excelsis ab ortu ſolis et oc-
caſu collibus cinctus, ſit, vallis efficitur: quia vero Carolo Magno
Galliã reptenti; quia Maurorum impetum, qui eum hinc expelle
bant, ſuſtinere non poterat, vnicum ac ſingulare præſidium fuit,
Carolana dicitur, & a Carolo materno nomine, ſed corrupto aut
imminuto, Carol appellatur. Hic locus ad meridiem diſtat â villa
Podijceritani circiter mediam leucam, ibiq. incipit cingi monti-
bus. Inde excurrit ad Septentrionem, fitq. perpetuo ſe attollens al-
tior & excelsior, donec prębet ſpectantibus Galliarum ingreſſum,
qui locus dicitut collis Pimorenti, portus ęſtate amœnus & tutus,
hyeme propter tumulos niuales & niues congeſtas, quæ in eo loco
ſolent concreſcere, triſtis & ſatis periculoſus, ſed omni tempore ce
lebris ac frequens propter continuam ac perpetuam negotiationem
multarum mercium, quę in Hiſpaniam ex Gallia exportãtur, atq.
hinc in Galliam. Inde procurrit ad abietem coronatam procliuis,
vbi eſt terminus, ac finis & vallis & regni. itaq. habet in longum
tres leucas; in latum, qua parte magis ampliatur & extenditur, duas.
ſcinditur enim plerumq. in cornua propter varios montes & va-
ria nemora, quibus redditur fertilis. ipſius vero vallis maior pars an
guſta, montium iugis in vallem reflexis, & alicubi multo, quá vn-
de incipit, aut vbi finitur, anguſtior. Aquas multas exprimit, & in
ipſis ſummis montibus, & ad eorum radices; quarum quędam ex
viuis fontibus manantes ſtagna multa & magna faciunt ad radices,
& plana quędam loca ſummorũ montium, indeq. erumpentes, cũ
omnes in vnum alueum concurrunt, ſatis magnũ riuũ faciunt, qui
per medium vallis fluens labitur in ſicorim, non longe ab oppido Ce
ritano. nomẽ fluminis Arauo. Habet pręterea, qua parte vallis Gal-
lias attingit, riuum alium ex fontibus ac ſtagnis, deſcendentem in
eam partem procliuibus, qui per comitatum Foxenſem decurrens

prope

prope Toloſam, Garunnam intrat, cuius nomen larieia. In omni-
bus riuis, ſtagnis, ac riuulis piſces multi, ac ſatis magni, eximij por
ro ſaporis ac coloris rariſsimi, Tructas vocant. Piſcium uero iſtorũ
vſus omni tempore paratus. nam aut recentes, & dum capiũtur ha-
mo aut retib. in vſu ſunt, aut capti in autumno menſeq. Octobri, dũ
coeunt, euiſcerati & modico ſale aſperſi exficcantur ad fumum in
camino, ſicut ſues; aut ſale conditi adſeruantur ad tempus durabi-
les, ſicut piſces marini. iuxta riuum & quaſi ad orã eius parua quæ
dam oppida non logo interuallo diſtincta; ſita vero hoc ordine, ſi
ab eo incipias, quod eſt proximum Gallis porte, Porta, vnde mihi
origo eſt. Carolus, Cobacillus, vbi prædictorum Eccleſia ſatis orna-
ta, ſub inuocatione Sancti Quintini. Ques, rialtes, turris, ibi altera
eccleſia ſub diuo Stephano. tum irauallis, ibi. quoq. tertia eſt eccle-
ſia ſub diuo Fructuoſo. ſed proximę annexa. Duo præterea oppi-
da parna, vel potius manſi, diſtant ab riuo ciriciter mediam leu-
cam, ſita in iugis montium: ſed qua parte vallis proxima eſt ſuo
termino, vnde incipit verſus Podiumceritanum: Sanctus Petrus,
propter templum ibi diuo Petro dicatum, ſalit. Olim plura oppida,
aut manſi plures, quorum hodie apparent veſtigia, fonsuiuus, ca-
banafranca, manſus Sabaterij, planum penis, ſedreuetũ, tramiſ-
porta, (ibi anguſtior via, in qua cernuntur conſtructi parietes regij
a Carolo Magno, ad impediendum militem Sarracenum) hiules,
quę deſtructa fuiſſe incurſionibus Gallorum & vaſtationibus credi
bile eſt, quod omnia ſint in parochia proxima Gallię & ſupra Ca-
rolum, vetuſtioraq. turre Ceritana. Pręterea Caſtella duo, vicinius
Gallis turris Ceritana, quod opus ſit incolarum totius comitatus
Ceritanię; alterum Carolus, vnde oppidũ quoq. nominatur. opus
Caroli Magni, quoad conijcere licet. Eſt enim antiquiſsimũ, et for-
ma ædificij antiquiſsma; vtrumq. natura loci ſatis munitũ, & præ-
ſidijs militaribus & machinis bellicis, dum res ſtabãt, et melius diſ-
penſabantur. ſic vero ambo diſpoſita; vt Carolus diſtet â caſtro,
quod eſt in Podioceritano, vallem ipſam recta ſpectans, vnam leu
cam, a Carolo vero turris Ceritanię, alteram. ſic fit, vt tempore bel
li, ſi quid ſtationarij milites, qui ſunt in turri Ceritana, intellexe-
rint; vel ex ſpeculatoribus, quos toto illo tempore ipſa vallis ſolet ha
bere conductos, vel ex iterfacientibus Gallos machinari, aut para-

re

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

re aduerſus Hiſpanos, emiſſo bombardæ ictu de Gallorum inſidijs
certior fiat Carolus: is vero ſimili dato ſigno ad caſtrum Ceritanũ
nuntium transmittit. à quo duobus ſignis in duas partes totius cam
pi Ceritani datis, omnes fiunt certiores rem nouam Gallos tentare,
& aliquid moliri. itaq. vel vno momento ex turri Ceritana nunti⁹
peruenit ad totam prouinciam Ceritanorum: nã hęc tria caſtra ſub
vno duce reguntur. ſigno uero intellecto, prouinciales, qui ſunt in
agris vel in oppidis paruis pręmuniunt ſe ſe, & res ſuas colligunt,
eaſq. vel abſcondunt in antris, ſi per tempus nõ licet ferre ad caſtra;
armenta etiam & greges ex montibus propellunt in loca plana vi-
cina caſtris, & locis munitis magna celeritate. ipſi vero incolæ cum
familijs ſuis ad caſtella properãt armati, domibus ac reliquis rebus,
quę ferri non poſſunt, hoſtium libidini relictis. itaq. deceptus hoſtis
ſæuit in prædia, ignem ſubijcit; vt vel eo modo noceat prouinciali-
bus, libidinem expleat, & exhalet furorem effrænatum. quo nomi-
ne vallis Carolana ſuo regi debet eſſe chara atq. iucunda, quæ in-
cendia, vaſtationes, incurſiones hoſtium paſſa eſt ſingulis ferme bel
lis. itaq. locus iſte rerum geſtarum memoria eſt valde nobilitatus.
Nam & Carolum Magnum fractum iam & pedem figere nequeun
tem, ſuſcepit & recreauit, & Petri tertij partes aduerſus Iacobum
Regem maioricenſem lubenter & fortiter egit, alijs caſtris & oppi-
dis Ceritanię Iacobum recipientibus. Antonium Rocha cum ſuis
graſſatoribus in anguſtijs vallis, Galliam petentem cum præda ſę-
pe interclusit. alios pręterea Foxenſes, qui in campum Ceritanum
incurſiones magnas fecerant, præda ſpoliauit, eamq. dominis reſti-
tuit. incolę neruoſi, valentes, & fortes; atq. vt eſt eorum innatum
odium in Gallos, ad pugnam prompti, celeres, & ardentes. quod ſu
periore anno. 1598. menſe Maio experti ſumus. Nam ex tribus mil
le lutheranis comitatus Fuxi & aliarum partium vicinarum, qui in
comitatum Ceritaniæ intrauerant, magna ſtrages facta eſt in conſ-
pectu turris Ceritanę. agri non multum lati; at ſatis fertiles & ſa-
lubres. Montes non inferiores montium pyręneorum principe Ca
nigone. in campis fructuum varia genera, frumentum, ordeum,
auena, ſiligo. itẽ horti multi & nõ inamęni neq. inferiores cæteris to
tius comitat⁹ hortis. hinc copia mellis, faui, cerę. Hinc poma, pruna,
pyri generoſsima, cęraſa, mori. ſed & in mõtibus alia cęraſa aggreſtia
paſtus,

paſtus vrſorum; corna, gerdi, nauini, & alia id genus multa. prata
virentia & irrigatione iucundiſsima, ſalicibus multis ornata, atq.
lapide firmiſsimo vndiq. ſepta. armentorum ac reliqui pecoris gre
ges magni, propter prata & fœni abundantiam & largitatem. hinc
copia lactis, caſei, butyri. Hinc hædi, agni, vituli, equi, muli. ſues
multi & quidem optimi. in montibus vero præter trabes, poſtes,
ligna, & quidquid poteſt eſſe vſui & incolis proprijs & ciuibus Po-
diceritani; ac præter paſcua, quæ habet maxima & amæna, paſtus
largi & copioſi animantium omnis generis. deniq. ęſtiui ſaltus ſua
uiſsimi gregibus & armentis. venatio ſemper eſt opportuna, & qui-
dem facilis. habent enim montes ferarum beſtiarum varia genera,
ceruos, damas: caprarum duo genera, quæ meliores cibi ſunt, hiſar
di dicuntur: apros, lepores, pantheras, martes, quorum pelles mu-
lieribus gratę. Pręterea perdicum tria genera, quaſdam albas, alias
omnib. notas, alias vero coloris fuſci. inſuper pauones aggreſtes nõ
cohortales. deniq. terra eſt tota ferax, & qua nec Podiusceritanus ca
rere poteſt, nec reliqua oppida comitatus, vt omittam partam ſecu
ritatem et quaſi fidem publicam euntibus in Galliam ac redeunti-
bus, beneficio incolarum vallis Carolanę, quæ cum ſit ſibi ſufficiẽs,
nullo eſt tempore negligenda. Non pręteribo, quod ipſe a ſene quo
dam nonagenario accepi, qui affirmabat in iugis montium reperi-
ri magnam copiam criſtalli, quod loca illa omni tempore ſint niue
cooperta: ſit vero criſtallum, nix cõgelata Ariſtoteli et Plinio. her
bas habet rei medicæ perutiles, et quę contra venenum ſunt præ-
ſentanea remedia, terebinthię ex abiete copiam. poſtremo val-
lis eſt, non indigna, quę pars ſit feracis omnium re-
rum Hiſpanię & in fini-
bus eius ſita.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

AD DOCTISSIMVM VIRVM ANTONIVM OLIBA, *Regij Concilij Doctorem ac fiſci aduocatum meritiſsimum, Pauli Coſtæ Prioris Benedictini.*

CARMEN.

Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,
& tepidus gelido flabit ab axe notus;
Et ver autumno; brumæ miſcebitur æſtas:
cumq. lupis diris prata vorabit ouis;
Quam tibi depaſcet tempus rubigine nomen:
Oliba, quam qui ſis diſsimulare velit.

HIPPOLYTI MONTANER, DOMICELLI DOMINI DE Gauer. Aſſeſſoris in Baiulia generali Catha. auctoris generi, ad Lectorem.

SI laudare velit ſocerum gener, atq. parentem
filius: has laudes fundit vterq. ſibi.
Namq. eadem prorſus ratio eſt ſoceriq. patriſq.
quos laudare nequit filius, atq. gener.
Laudatoris enim laudis pars magna videtur.
pars laudis redit huc, vnde profecta fuit.
Auctorem laudabit opus, quod regia iura
in varias partes diſtribuenda docet.
Quid poſsit rex in cleros, et in omnia iura,
atq. bona illorum, continet iſte liber.
Iura nouat patriæ, quę iam neglecta videntur,
in quibus vtilitas non mediocris ineſt.
Iudicibus liber hic eſt vtilis, atq. patronis.
vtilis eſt regi, præsbiteriſq. ſimul.
Sæpe etenim lites mouet ignoratio iuris,
ſæpe etiam lites cognita iura vitant.
Hęc tantum tetigiſſe ſat eſt. chariſsime lector
cætera, quę reſtant, ſunt manifeſta ſatis.

AD LECTOREM IN TANTI OPERIS COMMENDATIONEM *Onofrij Michaelis Puigferrer domicelli et. V. I. D.*

EPIGRAMMA.

QVid valeat, cupias ſi ſcire, potentia Regum,
quidue iuuat, fiſci regia iura queunt;
Multaq. ſi quæris mendi ſine crimine ſcire,
Hæc lege: nam lectis plurime doctus eris.

# TABVLA RVBRICARVM,
*quæ in hoc libello continentur.*

Procœmium. pag. 1.

Cap. 1. pag. 5.
De origine antiquarum legũm Cathalonię.

Cap. 2. pag. 11.
De diſpoſitione et diuiſione vſaticorum.

Cap. 3. pag. 22.
De literali expoſitione vſat. alium namq.

Cap. 4. pag. 71.
De forma et notitia magiſtratuum ſummorum prouinciæ Cathalonię. et de eorum ſuprema poteſtate.

Cap. 5. pag. 102.
Quid ſit regalia Regia, et de regaliarum diuiſione.

Cap. 6. pag. 111.
De Regaliarum conceſsione, pręſcriptione. etc.

Cap. 7. pag. 134.
De regalib. et iurib. altis, quę competunt regi Aragonum et Comiti Barc. in Cathalonia, in perſonis eccleſiaſticis, eccleſijs et bonis earum. et primum de iure amortiſationis.

Cap. 8. pag. 157.
De iuuamine et auxilio pręſtando Comiti Barcin. per pręlatos eccleſiarum ſecularium et regularium, ratione feudorum, quę ab eo poſsident.

Cap. 9. pag. 165.
De alijs iurib. altis regis Aragonum et comitis Barc. in perſonis eccleſiaſticis et bonis earum, ratione feudorũ, quę tenent pro rege.

Cap. 10. pag. 180.
De regalib. domini regis in bonis eccleſiarum et perſonarum eccleſiaſticarũ, ratione tẽporalitatũ, quas tenent et poſsidẽt in regno.

Cap. 11. pag. 197.
De alijs regalibus domini regis in perſonis eccleſiaſticis, reſpectu iuriſdict. eccleſiaſticę, ſeu illius exercitij.

Cap. 12. pag. 230.
De cõminationib. quę fiunt per literas regias, iudicib. eccleſiaſticis. regias

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

regias hortationes et monitiones cõtemnentib. et de pœnis, quę in eisdem apponuntur.

Cap.13.pag.243.

De regalib. dominij regis ratione beneficiorum eccleſiaſticorum et eccleſiarum, quę ſunt in regno.

Cap.14.pag.281.

De iuriſdictione, quam habet rex Aragonum et comes Barc. ex regia prerogatiua in cauſis eccleſiaſticis contra ipſos clericos, in ciuilib. & criminalib. & ſub qua moderatione, ſecundum iura noſtræ prouinciæ.

Cap.15. pag.339.

De cauſis et negotijs eccleſiaſticis, quæ frequenter occurrunt, tractantur et examinãtur in hac regia aud. et ſub qua forma.

## ERRATA.

*Errata frequentiora, licet oculos & aures offendant incauti lectoris, ex curſu lectionis reformato, & vitio primæ impreſsionis adſcribito: cætera duriora & aſperiora, ſic emendato.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pagina.1.Linea.7.Proœmiũ, | proœmium. | 214. li.18. quę in | quę ſint regalia |
| Lin.24. tuemur, | tuetur. | 216. li.29. ſubgranilib. | granib. |
| 20, lin.17. conceſſorum, | conceſsis. | 227. li.30. non alijs, | non in alijs. |
| 23. li.22. perſpicientia. | deeſt verſatur. | 235. l.antep. via executoria, | via executiua. |
| 27. li.22. auſtæ, | auguſtæ. | 252. li.23. quiam. | quia reparatio. |
| 30. li.10 facit ſi, | facit ſibi. | 256. li.30. & ſi citat. | & ſi ſciat. |
| 34. li.29. creatis, | erectis. | 261. li.18. innouo. | in nono. |
| 36. li.fin. conſequenter, | cõſequentur. | 292. li.7. remanet. | remanent. |
| 42. li.10. reperiuntur, | repetuntur. | 293. li.9. correctionẽ, | coercitionem. |
| 45. li.5. Eleeonora, | Mariæ. | 296. li.3. proſequenda, | proſequendo, |
| 56. lin.11. in rege, | cum rege, | & li.28. itiari. | initiari. |
| 89. li.9. exprimit, | exprimitur. | 305. li.fin. vſq. adeo. | vſque adeo. |
| 113. li.22. ſub titulo, | ſunt titulo, | 320. l.26. dominicas, | greges dominicos |
| 122. li.13. nequent, | nequeunt. | 322. li.27. veſque | vſque. |
| 123. li.fin. poteſtatem, | proprietatẽ. | 323. li.1. Iacobi 2. | cap.27. |
| 126. li.28. ſicut finita, | ſunt finita. | 330. li.3. tractatur. | tractantur. |
| 127. li.30. facta fuit, | lata fuit. | 336. li.11. ſolus executor, | ſolũ executor. |
| 152. li.19. iudicaui, | indicaui. | 341. li.20. ſeruare, | ſeruari. |
| 161. li.28. declarat, | declarant. | 344. li.23. eccleſiaſtica. | eccleſiaſtico. |
| 175. li.4. boniſq. | bonis, quæ. | 349. li.26. pertinet. | pertinent. |
| & li 21. cabioſa. | ſcabioſa, | 353. li.3. manus regia, | manus regiæ. |
| 185. li.5. dicitur, | ſed. | 364. li.24. hoſpitalijs, | hoſpitalarijs. |
| 189. li 23. ſic quæro. | ſed quęro. | 365. li.pen. minime. | nemine. |
| 206. li.12. & regia, | ex regia. | 379. li.1. ſieret, | fieret. |
| | | & li.24. Petrus benius, | Petrus bennius. |



# AD COMMENTARIVM ANTONII OLIBANI, CIVIS BARCHINONE HONORATI ET REGIJ Senatoris ac fiſci patroni, in vſaticum alium namq. de Iure fiſci, libro 10. Conſtitutionum.

## PROAEMIVM.

NIHIL eſt in toto terrarum orbe, in quo Regia Ma-
ieſtas magis eluceat & ſplendeſcat, quam oppreſſo-
rum ſubleuatio, defenſio, patrocinium; nihil inquam
eſt, quod magis Principes deceat, quam facere iudi-
ciũ atq. iuſtitiam & liberare de manu calumpniantiũ vi oppreſ-
ſos; peregrinis, pupilliſq. & viduis, præbere auxilium; ne a poten
tib. opprimantur. Hoc proprium eſſe regum officium Diuinæ
& humanæ ſcripturæ teſtantur. Quod non modo Principes ſecu
ti in ſuis poteſtatib. exercere conſueuerunt; regium auxilium, ad
propulſandum. Iniuriã, & afflictionem pauperum impartiendo,
ſed intra Eccleſiam etiam nonnunquam, poteſtatis culmina te-
nent; vt per eandem poteſtatem muniant Eccleſiaſticam diſci-
plinam. quia ſæpe regnum cœleſte, per regnum terrenum profi-
cit, & diſciplinam, quam vtilitas Eccleſiæ non poteſt exercere, cer
uicib. ſuperborum poteſtas principalis imponit. Hæc eſt lex, quæ
in omni repub. Chriſtiana recepta & altius ſtabilita, iuſtitiam tue
mur atq. deffendit; pacem in populis conſeruat; religionis Chri-
ſtianæ vnitatem cuſtodit; hæc eſt lex, quæ regium firmat Impe-
rium; quæ corda regum, quæ in manu Dei ſunt, inclinat ad pieta
tem, fidem, religionem, iuſtitiam & æquitatem. Non timent ho-
ſtes, non bella, non cætera regni incommoda, principes, qui iuſti
tiam colunt, qui ſubditos ſuos, ab iniurijs defendunt; qui pupillis,
viduis, pauperibus ſunt adiutores; qui omnem operam, curam
& ſolicitudinem adhibent, totoq. pectore in eam rẽ incumbunt,

 vt in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

vt in ditionibus ſuis honeſtè viuatur, nemini fiat offenſio, & ius ſuum vnicuiq. tribuatur. Quamdiu externa regna legem hanc religioſe cuſtodierunt, tamdiu Imperium retinuerunt; ſed cum libido effrenata ſubditorum & principum animos occupauit: auaritia, qua nullum eſt vitium tetrius in principib. & rempublicam gubernantibus, cœpit dominari; cum fides, & Chriſtiana religio negligi & maculari: erupit mox audacia & impudentia, quæ omnia regni officia ſancta & ſolemnia cōminuere & violare cœperunt. Non vtar in re non dubia teſtib. non neceſſarijs; nihil opus eſt Romanorum Regna & Imperia collapſa recenſere; non remotiorum orbis partium prouincias obliuioni perpetuæ traditas referre: adſunt vicini populi, ad ſunt regna finitima, quæ nos ipſi vidimus inclinata ad interitum, & quaſi iacentia, propter neglectam fidem, iuſtitiam & Chriſtianam religionem. Cathalonia, vt ad nos ipſos redeam, & externa regna ſilentio prætereaim, prouincia antiquiſsima & multis ac magnis rerum geſtarum monumentis illuſtrata, cum vndiq. & terra & mari, deprauatis & corruptis populis cincta eſſet & multis periculis ſepta: hac ſanctiſsima lege, quam religioſiſsime cuſtodiuit ad noſtram vſq. ętatem conſeruata eſt, religionem Chriſtianam in beatorum apoſtolorū Petri & Pauli fide & doctrina fundatam, quam ab initio ſuſcepit, & in animo infixit, ſemper retinuit; ſui principis obedientiā & fidelitatem ſummam diligentiſsime, & conſtantiſsime obſeruauit & cuſtodiuit: & ad finem vſq. ſeculi, Deo Optimo maximo Authore prouintiam gubernante, & Deiparæ Virginis Marię de Monteſerrato, Cathalonorū vnicę & ſingularis patronæ, & multorum ſanctorū, quorum reliquiæ in hac prouintia honorificentiſsime & religioſsime coluntur, & cū reuerentia tractantur, meritis & interceſsione ſuffragantibus conſeruabitur. Magnis igitur & ingentib. laudib. atq. præconijs celebrāda eſt memoria principum Cathaloniæ Raimundi & Adalmuſſæ, quorum legib. & inſtitutis olim prouintia noſtra fuit ſtabilita; quod omnia officia honeſtatis, iuſtitiæ, religionis Chriſtianæ, æquitatis, hoſpitalitatis & ſocietatis officioſe, & quidquid eſt rectum, honeſtū, legitimū, humanum, ſociabile, religioſum; quidquid vitio, ac turpitudini, dedecori



dedecori legib. diuinis & humanis aduerſariū; his continetur inſtitutis & ſacratis ſanctionib. hac in quam iuris promulgatione cōprehenditur. Quam rem, cum vniuerſa huius iuris diſciplina demonſtrat, tum vero cum primis hæc lex, alium namq. de qua dicere incipio.

## *SVMMARIA.*

1 *Vſatici Cathaloniæ qui ſint.*
2 *Quare dicantur vſatici.*
3 *Qua de cauſa & ad quem finem conſtituti fuerunt vſatici.*
4 *Mutatio temporum legum deſiderat mutationem.*
5 *Solet Princeps exigentibus caſibus nouas conſtituere leges.*
6 *Vſaticos, caſus expreſſos tantum comprehendere.*
7 *Vſaticis deficientibus, qualiter ſit iudicandum.*
8 *Vſaticos ex legib. goticis ſumptos fuiſſe.*
9 *Conſuetudines feudorum in Cathalonia ab vſaticis originem traxiſſe.*
10 *Solet dici aliud eſſe de veritate iuris, aliud de intellectu practica.*
11 *Vſaticos ab omnibus cuſtodiendos eſſe.*

12 *Comitẽ Barcinone ſolum tanquam non recogno-
ſcentem ſuperiorem et non reliquos comites
Cathaloniæ poteſtatem habere leges conden-
di,*

13 *Comitis appellatione in ſingulari venit ſolus Co
mes Barcinone, ſignanter in regalijs.*

14 *In uſaticorum conſtitutione comitem voluiſſe
quærere conſenſum terrae et magnatum.*

15 *Curiarum brachia tempore vſaticorum non dũ
dum fuiſſe diſtincta, et qualiter hodie ſint di
ſtincta et remiſſiue de Curiarum initio et ce-
lebratione cum ſeq.*

16 *Conſtitutiones, differre a capitulis curiarum re-
miſſiue.*

17 *Conſtitutiones Cathaloniae leges eſſe pactiona
tas.*

18 *Vſatici cur dicti Barcinone.*

19 *Vſaticos non eſſe probandos quia leges et Con-
ſtitutiones Cathaloniæ dicũtur, licet ſecus in
Commemorationibus Petri Alberti.*

20 *Vſaticos dupliciter citari vel allegari.*

## De origine antiquarum legum Cathalonę. CAP. I.

ANTE-



ANtequam ad huius vſatici, alium namq. interpretationẽ accedam, bene erit pro more noſtro, initio pauca de ipſius verbi, vſatici, ſignificatione referre: ne alioquin nominis appellatio in animis lectorum pariat aliquam nouitate
1 ſua obſcuritatem.† Vſatici, apud nos Cathalanos, ſunt leges vniuerſales totius prouintiæ, & Conſtitutiones generales, per quas omnia facta ciuilia, & criminalia, & omnes controuerſiæ, quę inter nos ſuſcitantur, deciduntur, & terminantur, adhibita cenſura legum, ſuccedentibus temporibus pro rerum & caſuum occaſione & indigentia promulgatarum, iuris veteris adiuuandi, ſuplendi, corrigendi gratia, propter publicam vtilitatem; vel noui iuris quãdoq. ſtatuendi; ſicut in iure ciuili Romano accidiſſe ſcribit Papinianus in l. Ius autem ciuile. P. fin. de iuſtit. & iure D. & Iuſtinia. in principio de bonor. poſſeſſ. inſtit. hũc pertinẽt vſat. hęc ſunt vſualia. vſ. cum dominus Raimundus Berengarij vetus Comes. vſ. antequam vſatici fierent. vſ. Iudicia Curiæ. In Libro vſat.
2 Barchinonenſium. † Sic dicti, quod ex vſib. curialib. hoc eſt de vſibus in curijs ordinariorum vſitatis & forte in libris ipſarũ curiarum ſcriptis, ſint ſumpti. glo. in d. vſat. hæc ſunt vſualia. vel in curia ordinaria Comitis Barchinonæ. Calic. & ſequitur Marq. col. 2. verſ. nota verba Vſualia. Sed in hac vſaticorum ordinationatione & compoſitione, fuerunt multa addita & detracta: prout auctorib. viſum fuit expedire. Marq. in vſ. anteq. col. 1. verſ. nota tertio. ibi. inde mutatis. ſicuti in compoſitione Codicis Iuſtiniani accidit, & voluminis decretaliũ, & libri ſexti, vt in procemijs eorum continetur. Marq. ibid.† fuerunt autem conſtituti, facti,
3 & ordinati, ad vſum hominum degentium in Cathalonia, vt boni in pace viuant, & mali puniantur. can. factę. 4. diſt. Guiller. in d. vſ. antequam. quo pertinet tex. in procem. decretaliũ. verſ. Ideo lex proditur. In. 1. conſtitut. inſtit. ibi. omnes vero populi. Cauſas huius editionis duas fuiſſe ſcribit idem author noſtrarum legum in vſ. cum dominus Raimundus. ibi. & vidit & cognouit. quod ſcilicet leges gotthiæ, quæ cum reliquijs Chriſtianorum in montibus & locis aſperis fuerant aſſeruatę, ex illa infœlici Sarracenorum inuaſione & totius Hiſpaniæ occupatione, & vſq. ad

 tempora

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tempora huius Berengarij quē? deceſsiſſe ſcribunt in anno 1076.
In iudicijs & curijs receptę, non poterant in omnibus cauſis com
mode obſeruari; & quod plura occurrerent negotia, quę non erāt
in legib. gothicis deciſa. Marq. in d. vſat. cum dominus. in verſ.
ecce cauſam, quare fuerunt facti vſatici. Calic. colum. 1. Iudaic.
4 in princip. Nec mirum; † quia mutatio temporum, mutationem
deſiderat legum. can. erit autem lex. diſtin. 4. in p. ſed quia na-
tura. quę fuerit prima cauſa beneficij amitten. in feud. l. neq.
leges, neq. ſenatus conſulta. de legib. D. non eſt enim lex, ſicut
regula lesbia. Bud. in l. 1. de iuſtit. & iure. D. & ſuam quoq.
5 habent iura & leges ſenectutem † quam obrem bonus Princeps
ſolet exigentib. caſib. nouas conſtituere leges & veteres re-
cognoſcere & in meliorem compoſitionem referre. exemplo Iu-
ſtiniani, poſt ſcilicet prouinciam in pace & quiete conſtitutam
& prędidijs firmatam. l. 1. 2. de veteri iure enucle. C. in procem.
inſtit. p. quorū vtramq. viā. d. vſ. cum dominus. ibi. ſi iuſta noui-
6 tas cauſarum exegerit. † iſti vero vſatici nō omnes caſus cōprehē
dunt. neq. enim poſſunt. d. l. neq. leges. ſed in eis tantū expreſſos
& enumeratos. Guiller. in d. vſ. cum dominus Raimundus. col.
vltim. ibi. & nota vſaticos cōprehēdere. facit tex. ibi. ſane adijciēdi.
& tex. in vſ. iudicia curię. ſed ex illis plerūq. cętera, quę tendunt ad
eandē vtilitatē, cum occaſio ſeſe offert, vel interpręt atione vel iu-
riſdictione ſupplentur. Iulianus in l. non poſſunt. verſ. is, qui iuriſ-
dictioni prçeſt. & Vlpian. in l. nam vt ait pædius. D. de legib. in
d. vſ. cum dominus. verſ. & poteſtatis regię diſcretione tractetur,
7 qualiter negotiū legib. inſeratur. d. vſ. iuditia curię. ibi. † & vbi non
ſufficiunt vſatici, reuertētur ad leges, & ad principis arbitriū, eiuſ-
dē iudiciū atq. curię. Hodie in hac prouincia, noua lege poſt edi-
tionem vſat. lata, nō ad ſolius principis arbitriū recurritur, ſed ad
leges Romanas, tanquā æquas & iuſtas; & ad ius canonicū. Iacob.
1. in curia Barc. cap. Encara ſtatuim. eſt in tit. de legib. vſat. & cōſt.
in antiqua cōpilat. & in noua in tit. de vſaticis. cōſtit. & alijs iurib.
lib. 1. in 3. vol. melius declarat Iacob. 2. in curia Ilerd. cap. ſtatuim.
verſ. Aixi las ordinacions de la preſent cort. ibi. enſemps ab las ad





ditions e declarations de la preſent cort. eſt in tit. de obſeruat. con
ſtit. eodē lib. 1. vol. 3. Iudaic. Iacob. & Guiller. in d. vſ. iudicia curię.
ſed etſi caſus nouam conſtitutionem expoſtulet vel ad formam
traditam per Iacobum 2. cap. 2. 3. in titul. de Interpręt atione
conſtitut. recurrendum eſt, vel ad curiam generalem, ſeruata
forma tradita per Regem Petrum 2. & Iacob. 2. in titu. de Cele-
bratione Curiarum. cap. Item que vna vegada. & cap. item que
noſ. Mier. colum. 2. in curia Barcin. Petri. 2. cap. 26. Calic. in ex-
8 trauag. curiar. cap. 6. numer. 3. † Cum autem vſatici Barcino-
nēſes, de quib. agimus, ſint ſumpti ex legib. gothijs, quę in
curijs comitis Barcino. & alijs curijs totius prouintię obſerua-
bantur, & ex dictis legib. gothijs originem ſumpſerint. d. vſ. iu-
dicia curię. & vſat. antequam. & vſat. hæc ſunt vſualia. hinc effi-
citur multa eſſe diſpoſita et ſancita iure vſaticorum, vel gothi-
co, contra diſpoſitionem iuris Romani: ac proinde ſæpe no-
ſtri interpręt es ad iſtos vſati. ſcribentes dicere conſueuerunt, diſ-
ſoluentes antynomias, ſi quę occurrunt, aliud eſt iure Romano-
rum, vel conſuetudine feudorum, ſtatutum, aliud de iure vſati-
9 corum, vel de conſuetudine feudali Cathaloniæ, † quę & ipſa
ab vſaticis originem traxit. Calic. in vſat. de omnib. cauſis namq.
communib. in 7. oppoſit. in 3. lectura. & alibi ſæpe. Quod in a-
lio loco tractaſſe memini. Sed & idem Calic. eo loci ſcribit in
hoc iure noſtro verſantib. neceſſariam eſſe diſtinctionem iuris
gothij, ſiue gothici, vſaticorum, conſtitutionum, per quas
vſatici corriguntur, ſupplentur, declarantur; & iuris Roma-
ni, ad quod recurritur ſuo caſu, propter magnam, quam continet
ęquitatem & rationem. Sed & illud obſeruādum pleraque legi in
libris noſtrorum iurium, quę ſecundum iuris intellectum recep-
10 ta, in praxi continerent vel rigorem vel abſurditatem. † Et ideo
dicere ſolemus aliud eſſe de veritate & intellectu iuris; aliud de
veritate & intellectu practicæ currentis. Calic. ibid. verſ. & iſte in
tellectus eſt in ſe. et Rurſus oppoſ. 9. verſ. tamē diſpoſitio iuris cō
munis hodie pręualet. et in reliquo curſu lecturę d. vſ. de omnibus
11 cauſis, nāq. cōmunib. † Vſatici, vt ad rē redeā, ab omnib. in hac pro
uincia cuſtodiūtur. arg. c. 1. de cōſtitut. extr. neq. enim alicui alij in



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hac prouintia permiſſum fuit, legem generalem condere, niſi ſo-
li Comiti Barchi. cæteris Comitib. non item, quos obſequendi
manet neceſsitas, non auctoritas imperandi. † Huic autem, cum
12 ſuperiorē nō recognoſcat in ſua prouintia, legis cōdendę poteſtas
fuit. Calic. in d. vſ. cū dominus. col. 3. verſ. oppono de medio iſtius
c. ad finē eiuſdem, & verſ. ſed quęro an alij Comites Cathaloniæ
puta ampuriarum, Pallarienſ. vrgell. et alij magnates Cathalonię.
& Guiller. in vſ. antequā vſatici. col. 1. verſ. poſſunt etiam dici cō-
ſtitutiones. Marq. ibid. verſ. quęro hic ſecundum Guiller. de val-
leſ. & in vſat. hæc ſunt vſualia. col. 2. verſ. quæro. ij. Quod ex
verbis ipſorum vſaticorum, ijdem interpretes probari affirmant.
13 † nam vbicumq. in vſaticis agitur de regalijs ſoli Principi Catha-
loniæ & Comiti Barchin. competentibus fit mentio Comitis
in ſingulari, de Comite Barchi. diſpoſitionem intelligendo: vbi ve
ro agitur de mero Imperio, & de alijs prærogatiuis & pręheminē
tijs conceſsis & cōmunicatis alijs etiam Comitib. Cathaloniæ,
tunc verbum, Comitis, in plurali profertur. prioris exēpla ponit
multa. Guiller. in vſ. cum dominus col. 5. verſ. Ideo ponit dictum
ſi Senior. vſ. Chriſtiani. vſ. rochas. vſ. ciues. & in alijs ibi propoſitis.
poſterioris exēpla proponit in verſ. ſed in vſat. ſtratæ. vſ. ex mag-
natib. vſ. quia iuſtitiam. vſ. mulieribus. vſ. hoc quod iuris eſt ſan-
ctorum. vſ. omnes homines poſtquā acuidauerint. ſequitur Cali.
col. 3. verſ. Solutio, dicas etiam, quod ipſe Comes. Idem in extra-
14 uagatorio curiarū c. 6. †. In vſaticis conſtituendis & edendis Co-
mes Barc. vſus eſt laudatione & conſilio terræ ſuæ, magnatum. ſic
in ſimili Imperator. in l. humanum. C. de legib. in c. 1. de prohi
bita feudi alienat. per Federicum. in feud. in auct. habita. ne filius
pro patre. potuit ſane tunc & ſine illorū conſilio. Calic. in vſ. hæc
ſunt vſualia. per illum tex. & diſputat late in verſ. & hic quęro.
15 ſane in initio harum legū † non erant diſtincta brachia vniuerſi
tatis Cathaloniæ, vt ſunt hodie diſtincta in brachium Eccleſiaſti
cum, militare, regale. Calic. in d. extrauagatorio c. 6. quo loco ex
plicat initiū curiarū Cathaloniæ, progreſſum & ſucceſsionē. quā
do ſcilicet cæperūt vocari ad curias generales prælati, quādo etiā

Sindi-



Sindici vniuerſitatum. quod ex proœmijs & concluſionib. ipſarū
curiarū generalium & firmis in illis Interueniētiū colligi poteſt.
16 In his † curijs generalib. fiunt conſtitut. & fiunt capitula curia
rum. Inter quæ eſt magna differentia Mier. col. 9. curia Ferd. 1.
17 cap. fin. verſ. ſed in Cathalonia. † Sunt præterea factę noſtrę con-
ſtitutiones ſub lege pacti initi inter dominum regē ex vna, & ip-
ſā vniuerſitatē, ideſt, totā prouintiā, quæ in trib. brachijs repreſen
tatur, parte ex altera, ex tempore Petri. 2. in curia Bar. c. 14. Cali.
in d. cap. 6. nu. 3. & cap. 2. nu. 3. 4. Marq. in vſ. cnm dominus. fol.
20. col. 4. eſt d. conſtit. in tit. de legib. conſtitut. & vſat. in antiq.
& in nouis ſub eod. tit. quod etiam ex conſtitut. Iacobi. 2. in 2. cu-
ria Barc. cap. 31. in fine colligitur. eſt ſub tit. de interprętatione cō
ſtitut. Mier. col. 4. in curia 2. Bar. Iacobi. 2. rub. de interpretat. iu
rium patriæ. Marq. in vſat. Princeps nāq. fol. 200. verſ. nota 18.
quod ſecunda die. & verſ. nota 16. latius Calic. in extrauag. cap.
3. nu. 2. & in d. vſ. cum dominus. not. 3. nu. 9. 10. Et cum tria bra
chia fuerunt erecta & creata, in his tota prouincia tanquā in ſuis
partibus cœpit repreſentari & vniuerſitatem facere, ſindicū vnū
vel plures creare. Iacob. Valleſ. in d. vſ. hæc ſunt vſualia. in fine.
Qui allegat plures conſtit. Regis Iacobi 2. Calic. in extrauagato-
rio cap. 2. & cap. 6. & in d cap. 6. ſigillatim ſcribit de trib. brachijs
in curijs generalib. interueniētib. cum domino Rege, qui exiſtens
in curia generali reputatur eſſe cum vniuerſitate Cathaloniæ, vt
ex prefationib. & proœmijs curiarū Iacobi 2. Petri 2. & aliorū,
qui deinceps ſequuti ſunt, apparet. Idem Calic. in vſ. hæc ſunt vſ-
ualia. col. 1. verſ. quinto nota. Marq. in vſ. antequā. col. 4. verſ. quę-
ro hic. ibi. tamen, quia tota Cathalonia. Guiller. nu. 4. ibi. tamen,
18 quia tota Cathalonia. Calic. in extrauag. c. 4. per totum. † Dicun
tur autem vſatici Bar. ſumpta appellatione ab ea ciuitate, a qua &
Princeps illius denominatur Comes Barc. quia metropolis eſt &
ſedes Principis Cathaloniæ. vſ. omnes quippe naues. vſat. Cequiā
molēdinorū Barcinonæ. Petrus 2. in curia Bar. c. 34. Mier. col. 2.
In curia Bar. pe. 2. cap. 34. Itē volum⁹. eſt ſub tit. Titol de Princep.
in vtraq. cōpilatione. Guiller. in d. vſ. cū dominus. col. 5. verſ. miſit
vſaticos. vbi plura in cōfirmationē. & Marq. ibi. fol. 21. col. 1. verſ.

nota

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nota quod merito.non ſolũ autẽ hæc vſaticorũ conſtitutio & pro
mulgatio per Comitẽ Raimundũ facta, cum laude ideſt appro-
batione & conſilio ſuorũ magnatum, reſpicit reductionẽ factã de
vſibus curiarũ,qui in diſpoſitione legũ gothiarũ fundati erant, &
compoſitionẽ ex eis factã & publicationẽ in ſcriptis, vt in dictis
quatuor vſaticis ſæpe citatis proponitur. Iudaic. in prologo. vbi
hæc quatuor capita pro præfatione dicit ab ipſo authore præmiſ-
ſa: Guiller.in d. vſ. antequam col.1.ibi.& talis vſus curiarum: ſed
reſpicit etiã promulgationẽ legis & conſtitutionis, vt ab omnib.
cuſtodiri de cætero has leges oporteret.arg.l.leges. 1.C.de legib.
19 cap.1. de Conſtit.extr.cap.fin.in ſex.eo.† Quamobrem hi vſatici
conſtitutiones merito ſunt appellati, & leges Cathaloniæ; & eas
non oportet probare. quia ab omnib. ſciri debent.l.leges ſacratiſ-
ſimæ.C. de legib.non idẽ in conſuetudinib.Petri Alberti, tametſi
in ſcripturã redactis. Guiller.in d. vſ. anteq. col.1.nu.2.3.4. Cali.
in vſ. hæc ſunt.col.3. verſ. & Ideo quæro. vſq. ad finẽ lecturæ d.
vſatici hæc ſunt vſualia. quod etiã Socarr.tradit in præfat.ad con-
20 ſuetudines Cathaloniæ.q.1.2.† Conſueuerunt iſti vſatici dupli-
ter citari & allegari. quandoq. ſub rubricis voluminis conſtitutio
num,in quib. ſunt collocati,pro differentia materiæ, quæ in illis
tractatur,vt ſint congruenter diſpoſiti. vt ſi dicas in vſ. placitare
vero.de iuriſd. om.iud. in vſ. omnes homines firmare debent.de
Iudic.& firmis iuris. In vſat. alium namq. de iure fiſci. quod re-
ceptũ eſt ex tẽpore Ferdin.1.in curia Bar.cap.per tal que las.olim
ſub tit. de explicat.conſtitut. & collocat. earũ ſub congruis titu.
hodie in principio nouæ compilationis.Mier.col.9.in curia Bar.
Ferdi.1. ca.10. & hoc modo hodie quoq. citantur vſatici.quãdoq.
citantur ſimpliciter per ſua principia ſicut in allegatione legũ Ro
manarum accidit.arg.l.1. vbi glo. propoſita.C. de interd. Cuiac.
in paratitlis. ad tit. de reb.cred.D.hac modo. in vſ. ſi quis ſuum
feudũ.in vſ.aliũ nãq. in vſ.Princeps namq. Marq. addit numerũ
capitulorũ,ſequutus diſpoſitionẽ particularẽ vſaticorum in parti
culari volumine, ante tẽpora Ferdinãdi facto;adquã antiqui gloſ-
ſatores reſpexerunt,& eã ſunt ſequuti.Sed hæc præfati,ad alia trã
ſeamus.

SVMMA-



## *SVMMARIA.*

1 *Ante primam copilationem conſtitutionum, erat proprium vſaticorum volumen. hodie vero tanquam antiquiſsima leges ſunt diſtributi & poſiti ſub congruis titulis, in initio cuiusq.tituli.*

2 *De Vſaticorum diuiſione.*

3 *Vſaticus, alium namq. qua contineat & remiſſiue de vſaticis comprehendentibus prarogatiuas & regalias Principis Cathalonia.*

## De diſpoſitione & diuiſione Vſaticorum. CAP. 2.

ANtequam in curijs generalib.Barc. celebratis per Ferdi-
nandum primum, in anno M. ccccxiij. ſtatueretur, vt
vſatici Barcinonę & conſtitutiones Cathaloniæ & capi-
tula curiarum, quę vſq. ad illa tempora in lingua latina ſcripta
fuerant, verterentur in Cathalanum & maternum ſermonem,&
1 ſub congruis & proprijs titulis collocarentur; † liber vſaticorum
Barcinonę proprio volumine continebatur, appellabaturq. liber
vſaticorum Barcinonę,vt in eadem conſtitutione, incipiẽte,per
tal, q las leys. Cernere licet. poſtea verò vſatici diſtributi ſunt &
ſub cõgruis titulis ius antiquiſsimũ Cathalanorũ referẽtes,initio
cuiuslibet tituli collocati,ad ſimilitudinẽ titulorũ Cod.Iuſtiniani,
& in volumine cõſtit.generaliũ Cathaloniæ deinceps ſicut cęterę
cõſtitutiones citant.quod hodie quoq.poſt ſecũdã iuris noſtri cõ-
poſitionẽ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

poſitionem & diſpoſitionẽ in curijs anni M. D. Lxxxv. ordina-
tam , obſeruatur. voluerunt ſane maiores noſtri in diſpoſitione
legum & iuriũ patriæ, antiquitati debitã reuerentiã exhibere, &
auctores conſtitutionum, vſaticorum, ac aliorum iuriũ & tempo-
ra, ſuo ordine deſcribere. quod & in pragmaticis Regijs, priuile-
gijs, concordijs & alijs ſanctionib. quæ apud nos vim legis obti-
nent, in vltimaiuris cõpoſitione obſeruatũ eſt , ad exemplũ Iuſti-
nianeæ compoſitionis & Imperialiũ Conſtitutionũ diſpoſitionis.
l.2.P.tanta autẽ C.de vetere iure enucleando.& aucto.Iuriſprud.
qui in pandect. refer. ſed nihilominus extat liber vſaticorũ ſepara
to volumine cũ gloſ. ordinarijs & lecturis doctorũ Cathalanorũ,
qui ante illam primam editionem , vſaticos cõmentarijs ſuis exor
nauerant & declarauerant , latino ſermone vſaticorum, & mul-
tis verbis antiquis ex legib. gothijs acceptis , retentis. ſed & ex-
tra illud volumen vſaticorum Barcinonenſiũ, inquibus quędam
conſtitutiones Ildefonſi primi Regis Aragonum & Comitis Bar
cinonę, poſt vnionẽ vtriuſq. Regni factã in matrimonio Raimun-
di Berengarij vltimi Comitis cum Petronilla filia Ramiri vltimi
Regis Aragonũ, in anno M.C.xxxvij. Iacobi primi & Petri pri-
mi in forma & ordinatione vſaticorũ reperiuntur; & extant com-
mentaria Iacobi Marquilles ad hunc librum vſaticorum ſeparatũ
ſcripta; extant etiam quędam alia commentaria nõdum impreſ-
2 ſa, quę Thomę Mieres tribuuntur. † In hoc volumine quædã diſ-
poſitio propria a noſtris obſeruatur , quam primus ille editio-
nis author obſeruaſſe ſcribunt. Iudaic. in prohœm. Dominus
Raimundus Berengarij , Comes , ait, proponens vſaticos , ſiue
iura , in Cathalonia ſeu Comitatu Barchinonæ, condere & fa-
cere , præmittit quatuor capitula. Calic. in principio vſ. ſi quis
alicui criminalem. Iudaic. in vſat. omnes homines debent firma
re. alij aliter has leges diſponunt & adijciunt numerum capitu-
lorum, vt Marq. nos alibi vniuerſalem diſtributionem & diſpo-
ſitionẽ horum vſaticorũ fecimus, magis ex proprio arbitrio, quia
ſic fieri poſſe videbatur, quã ex certa ratione profectã. Sic enim in
legũ cõiunctione accidere ſolet. l.ij. ibi. & his proximos atq. cõiun
ctos applicantes tit. vt res patietur, dicemus. De ſtatu homin. D. &
traditur



traditur in Rub. de reb. credit. D. & in rub. de act. Inſtit. in ea
quam fecimus diſpoſitione, hic vſat. alium namq. in ſexta parte
collocatus eſt. ſeptem namq. partib. vniuerſa vſaticorum compo
ſitio, ſicut iuris enucleati pandectarum, continetur & comprehé-
3 ditur. † Reſpicit autem hic vſat. maieſtatem Principis in curia,
domo Auguſta, Iuſtitię adminiſtratione ſeruandam. & licet Iaco
Iudaicus in vſat. auct. & rogatu.ij. dicat illum vſ. plurimum ex-
tollere & priuilegiare poteſtatis honorem, & priuilegium illud re
ſidere, non ſolum in perſona poteſtatis, ſed etiam deriuari ad eos,
qui curiam poteſtatis adeunt. de quo in vſ. cum temporib. & in
conſtitutione Regis Petri de qua ibi Iudaic. alia quoq. pręcipua
& ſpecialia iura poteſtatis & Principis Barcinonæ, ponuntur in
vſ. Princeps namq. vſ. ſimili modo. & in plurib. alijs vſat. qui
ſpecialia & prærogatiuas principis continent. Calic. in vſ. cum do
minus. col.5. verſ. & nota quod cum hoc nomine ibi. primo caſu
refertur. tamen hic vſat. alium namq. vno verbo comprehen-
dit & complectitur omnia ferme ſpecialia & prærogatiuas prin-
cipis. vt ex ijs , quæ poſtea dicemus, facile intelligetur & Marq.
in 4. notab. indicauit. Sed proprius ad rem veniamus.

## *SVMMARIA.*

1 *Qualiter ſumatur verbum miſerunt, in noſtro vſatico poſitum.*

2 *Comes Barcinonæ non recognoſcit ſuperiorem, et poteſt condere leges in ſuo Comitatu.*

3 *Lex qualis eſſe debeat. In qua condenda, nedum iuſtitia, verum et honeſtas ſpectatur. cum ſequent.*

*Iuſtum*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

4 *Iuſtum non poteſt eſſe, quod non ſit honeſtum.*
5 *Lex omnis vtilis eſſe debet quia ad cõmunẽ vtilitatem ſtatuta eſt.*
6 *Honeſtas ab vtilitate in ratione legis ferendæ non poteſt ſeparari.*
7 *Principis maieſtate dignũ eſt, ſe legibus alligatum profiteri.*
8 *Mandauerunt, verbum qualiter ſumatur.*
9 *Dominus Rex in Cathalonia debet ſeruare vſaticos & Conſtitutiones Cathaloniæ.*
10 *Iurant Reges in ingreſſu regiminis ſeruare conſtitutiones & alia iura patriæ.*
11 *In principe fidei vinculum ſolet ſplendeſcere.*
12 *Princeps, ex contractu cum ſubditis inhito, obligatur.*
13 *Regis maieſtas vileſcit ſine magna familia, & nobili curia: & quid ſub familia & curia cõtineatur.*
14 *Regiam dignitatem habere dicuntur, non omnes Duces, Marchiones, Comites. & qui?*
15 *Curia quæ Comiti Barcinone ſit tribuenda, et de Regia curia cæteris Comitib. Cathaloniæ prohibita.*

*Guber-*



16 *Gubernator appellari non poteſt procurator Comitum ſubditorum Comiti Barchinone et reliquorum baronum.*
17 *Curia verbum in vſatico noſtro poſitum, de qua intelligatur.*
18 *Conductum facere ad quæ ſimilia verba referantur et quæ reſpiciant.*
19 *Soldata quid ſit,*
20 *Emendas facere quid ſignificet, et quid ſit emenda.*
21 *Pro quolibet delicto, etiam publico, vſaticorum iure poteſt agi ciuiliter ad emendam.*
22 *Emendæ petitio non tollit punitionẽ corporalẽ.*
23 *Regis domeſtici, qualiter conueniantur, et corã quo, remiſsiuè.*
24 *Emenda poteſt peti pro damnis paßis per ſubditum in exercitu: et an teneatur, dominus reficere expenſas indicendo vaſallis, hoſtem, ibidem.*
25 *Iudicare debet Rex in Cathalonia per directũ; et quid ſit directum?*
26 *Iudicandum in Audientia, non ſecundum propriam conſcientiam, ſed ſecundum ius.*

*Iuſti-*

27 *Iuſtitiam tenere qualiter accipiatur.*

28 *Oppreſſos defendere officium eſt Regis.*

29 *Vaſalli, Coloni, et cenſiti oppreſſi ſeu grauati per dominos, qua actione et quomodo contra illos agere poſſunt de oppreſſione, et ex quibus cauſis.*

30 *Domini, quæ iura habeant in vaſallos et quãdo illos capere poſſint, remiſſiue.*

31 *Oppreſſum manutenere intelligitur de qualibet oppreſſione iudiciali et extra iudiciali, et tã de clerico quam laico oppreſſo.*

32 *Manus accipitur pro poteſtate et vnde ſit dicta manutenentia.*

33 *Manutenentia et Saluaguardia in quo differant.*

34 *Saluaguardia et manutenentia ſunt de regalijs Principis non recognoſcentis ſuperiorem. vbi aliqua de his remiſſiue.*

35 *Oppreſſo ſuccurritur per Principem, et prætextu oppreſſionis euocatur cauſa ad audientiã Principis.*

36 *Perhoreſcentiæ cauſa etiam euocatur, ſummaria informatione præcedente.*

Cauſe



37 *Cauſe pupillorum, viduarum, pauperum, miſerabilium perſonarum et religioſorum, etiã euocantur. cum ſeq.*

38 *Pauperes miſerabilesue, qui dicantur, remiſſiue. et nu. ſeq.*

39 *In paupertatis probatione quid obſeruandũ ſit.*

40 *Regaliam oppreſſionis et recurſus non poteſt rex a ſe abdicare, niſi in caſibus hic expreſſis.*

41 *Regaliæ non competunt primogenito & gubernatori, neq. eius vicesgerenti, paucis exceptis caſibus.*

42 *Gubernator non exercet regalias, & olim dicebatur procurator, & ſic non euocat cauſas pauperum, nec miſerabilium extra vicariã.*

43 *Principis Appellatione in regalijs, venit ſolus rex & non eius primogenitus.*

44 *Gubernator dicitur primogenitus regis ex ſua propria et naturali prærogatiua.*

45 *Eccleſiaſtica curia in hac prouintia, non ſe intromittit de cauſis miſerabilium aut oppreſſorum. et quando poſſit.*

46 *Oppreſſorum cauſæ nedum ad partis inſtantiã, ſed ex officio poſſunt euocari.*

B Oppreſ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

47 *Oppreſſorum cauſæ aſſumuntur per principem, nedum iudicialiter, verū et extraiudicialiter, et quomodo, ſeu quibus caſibus.*

48 *Priuilegia de la ma armada, dela bandera de vehinatge, vnde originem habuerunt.*

49 *Ad Principem pertinet, tenere omnes ſubditos ſuos in pace.*

50 *Intellectus verborum, manutenerent oppreſſū, et ocurrerent oppreſſo.*

51 *Cornare in terminis vſatici, alium nāq. quid ſignificet, et aliqua de vſu eiuſdem cornu.*

52 *Cornu vſus retinetur hodie in caſtris limitaneis, et reperitur in firma antiqua ſacramentalis, et eſt de iuribus caſtri terminati.*

53 *Comitis Barcinonæ domus, et familia receſsit, ab antiqua parcimonia.*

54 *Portiones ſeu Annonæ in domo Regis, qualiter diſtribuantur, remiſsiue.*

55 *Pallias, verbum quid importet et ſignificet.*

56 *Hoſtes conuocare ad ſolum Principem ſpectat, caualcatas vero mandat quilibet dominus ſuis vaſallis. cum ſequentibus.*

57 *Hoſtis conuocatio in quo differat a Caualcata: & quid*



*et quid ſit hoſtis, et quid caualcata.*

58 *Vaſalli qualiter obedire debeant dominis conuocantib. hoſtem ſeu caualcatam, et de pœna nō ſequentium.*

59 *Caualcata, quid ſit.*

60 *Exercitus, quid ſit.*

61 *Pax in forma conuocationis quid ſit? et aliqua de conuocatione ipſius pacis.*

62 *Sonus emiſſus quid ſit.*

63 *Exercitum conuocat princeps pluribꝰ modis: et comprehendit, ſicut genus, omnes ſpecies conuocationum.*

64 *Expenſæ, hoſte congregata, quando miniſtrentur vaſallis. et quid de emendis, fallimentis, perdis, et de obligatione vaſallorum, remiſſiue.*

65 *Hoſtis conuocatio in vim vſatici, Princeps namq. an requirat præſentiā principis, id eſt, regis?*

66 *Expenſæ ſunt miniſtrandæ euntibus in hoſtem extra prouinciam.*

67 *Milites creare poteſt comes Barcinone tam in guerra, curijs: quam in aula regia & vbiq.*

 Volunta-

68 *Voluntariæ et non contentioſæ iuriſdictionis negotium poteſt vbiq. expediri.*

69 *Militum creatio eſt de ſupremis regalijs: et de illorum priuilegijs remiſsiue. et an poſsint renuntiare foro.*

70 *Militia palatina et aulica ſonat, in dignitatẽ ſimplicem.*

71 *Militarium priuilegiorum vbi in iuribus patriæ fit mentio, intelligitur de militibus aulicis.*

72 *Militia armata, quam milites exercent in bello, nullam habet dignitatem, et ideo torquentur. et de illorum priuilegijs, foro, approbatione, et reliquis remiſsiuè.*

73 *Militum brachij militaris priuilegia, in quibus differant a priuilegijs militum, belli cauſa tantum conceſſorum.*

74 *Militia armata ſuas habet dignitates, et ſuos magiſtratus.*

75 *Militia armata eſt inſtituta, ad propulſandã iniuriam et vindictam habendam.*

76 *Militia ſpiritualis ſuos habet gradus, et quid ſit. de ordine, diſpoſitione, et origine remiſsiue.*

Seculares



77 *Seculares dignitates, omnes ab vno principio emanarunt: ſic & ab altero principio & fonte omnes Eccleſiaſticæ et ſpirituales.*

78 *Secularium dignitatum ordo, incipiendo ab Imperatore, correſpondet ordini Eccleſiaſticarum dignitatum, incipiendo a Romano pontifice, remiſsiue.*

79 *Militum creatio per quos fieri poſsit et num. ſeq.*

80 *Ciues honorati Barcinone militibus æquiparantur, et creant certo die anni alios ciues.*

Antiqua impreſsio materna.

ALtre noble, honeſt, e profitos vſatge meteren los ſobredits Princeps, que ells tengueren, e, a llurs ſucceſſors manaren tenir per tostemps; ço es, que tengueſſen cort, e grã companya, e feeſ- ſen condit, e donaſſen ſoldades, e feſſen eſmenes, e tengueſſen juſticia, e jutiaſſen per dret, e mantengueſſen lo opremut, e acorregueſſen al aſſetiat, e quant volgueſſen menjar que feſſen cornar, que tots nobles, e no nobles ſe vengueſſen dinar; e aqui partiſſen los veſtiments que haurien entre los magnats, e enfre lur com-

A 3 panya,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

panya, e aqui manaſſen hoſts ab que anaſſen a deſtroir Eſpayña. e aqui faheſſen cauallers nouells.

## Latina Impreſsio Antiqua.

ALium namq. ſupradicti Principes nobilem & honeſtum & vtilem miſerunt vſaticum, quẽ illi tenuerunt, & ſucceſſoribus ſuis tenere in perpetuũ mandauerunt, ſcilicet vt tenerent curiam & magnam familiam, & feciſſent conductum, & darent ſoldatas, & facerent emendas, & tenerẽt iuſtitiam, & iudicarent per directum, & manutenerent oppreſſum, & ocurrerent oppreſſo, & quã do uellent edere, facerent cornare, vt nobiles & ignobiles venirent prandere, & ibi diſtribuerẽt pallias, quas haberent in magnatibus & in eorũ familia, & ibi mandarent hoſtes, cum quibus irent ad deſtruendam Hiſpaniam & facerent nouellos milites.

## DE LITERALI EXPOSITIONE vſat. alium namq.

### CAP. 3.

PRincipes Cathalonię ſupradicti, Raimundus Berengarij et Adalmuſa ſeu adalmodis, vt alij loquuntur, eius conſors, vſaticorum conditores, quorũ ſępe in vſaticis pręcedentib. fuit facta mentio(eſt enim hic vſat. in vetere libro vſat.



vſat.collocatus in fine prope libri, et ſecundũ diſpoſitionẽ Marq.
1 eſt capitulũ cxxiiij. † Miſerunt alium vſaticũ, ideſt conſtituerũt,
ordinarunt.vſat.cum dominus Raimundus.ibi.conſtituit et mi-
2 ſit vſaticos. † Erat enim Comes Barc.Princeps regiam poteſta-
tem habens, et neminem ſuperiorem recognoſcens, et ideo leges
condere potuit, ſtabilire et facere. Calic. ibid.col.2.verbo.conſti-
tuit.facit l.fin. C.de legib.not.in vſ.vnaquęq.gens.Idem modus
allegandi hos conditores vſaticorum eſt in vſ.ſtatuerunt equidẽ
pręlibati Principes. vſa. ſtatuerunt etiam pręfati Principes. vſ.
Deniq.ſępe dicti Principes apud Barcinonam cõmorantes. et in
3 alijs multis vſaticis.† Ibi. nobilem et honeſtum et vtilẽ. ſic enim
debuit eſſe lex Chriſtiani Principis honeſta. quia in iure ſtatuen
do, nõ tam iuſtitia, quam honeſtas ſpectatur.can. porro. 35. q. 3.
ibi.publicæ honeſtatis iuſtitia contradicit: et honeſtas tertiã par-
tem continet, iuris ſeu pręcepti iuſtitię. in P. iuris præcepta. de
iuſtit. et iur. inſtit.l. Iuſtitia.P. iuris pręcepta. D. eo. glo. iuris
pręcepta. ibid.quę rem declarat facit. dictum Gregorij Papæ in
proœmm. decretal. in verſ. Ideoq. lex proditur. tanta vero vis
honeſtatis eſt, vt niſi mentiamur, nosq. ipſos decipiamus, nihil
velimus, quod ſit improbum, aut ſceleratum. Honeſtum vero
apud Ciceronem ex panętio ac cęteris philoſophis, quatuor
partium oritur ex aliqua: aut enim in perſpiciẽtia veri, aut in ho
minum ſocietate tuenda, tribuendoq. ſuum cuiq. et rerum con-
tractarum fide, ideſt iuſtitia: aut in animi excelſi magnitudine
et robore: aut in omnium, quę fiunt ordine et modo, ideſt tem-
perantia. atq. hæc eſt honeſti forma et tamquam facies, quę
ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, vt ille ex Platone ſcri-
bit, excitaret ſapientię. Itaq. lex honeſta cum primis et nobi-
lis, et laudabilis debet eſſe. † Neq. enim iuſtum eſſe poteſt,
4 quodnon ſit honeſtum. Latius explicat. Conn.lib.1.commentar.
iur.ciuil.cap.2.nu.8. Sed iuſtitiam ominum virtutum dominã et
reginã vocant omnes, quę in ciuitate tres reliquas honeſti partes
cõplectitur et in ſe cõnectit. Nam cum ciuitas in trib.cõſiſtat in
ſapientia eorũ, qui remp.adminiſtrãt; in militum fortitudine, in



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cæterorũ ciuium tẽperantia;hiſq. bene ſtabilita & fundata quę-
libet ciuitas creditur, ſed ea virtus,quæ per alias omnes diffuſa,
implicat eas & colligat interſe,arctiſsimo æquitatis & concordię
vinculo, facitq. vt illę interſe conſentiant,& nihil in illis indeco
rum, repugnans naturæ aut morib. aut diſſentaneum reperia-
tur.hæc conſenſio,hæc omniũ partium reip.æquabilitas & quę-
dam quaſi conglutinatio,iuſtitia appellatur.Hæc eadem nobilis,
alta,Illuſtris,ſacratiſsima eſt.l.1. de Iuſtit.& iure.D.l.leges ſacra-
tiſsimæ.C.de legib.Tiraq. de nobilit. cap.2.Conn. vbi ſup. cap.
2.3.Coraſ. de redigen. iure ciuili in artẽ.parte.1.cap.25.Bud. ad
l.1.de iuſtit.& iur. D.Montan. inſtit.eo.Dec.& Mõtan. in l.ſem
per in cõtractib.in l.non omne quod licet.de regul.iur.D. Vnde
illud cõmuni omniũ voto receptũ eſt,vt ius honeſtatis ab omni
reuerentia,ſubmiſsione & obſequio cenſeatur eſſe exceptũ.Dec.
vbi ſup.& ſi ita honeſtũ intelligimus,reſpuenda erit ſeparatio ho
neſti & iuſti,de qua Marq. hoc loco.ibi.nota hic. Quod quando
duo concurrunt.quod etiã reprobauit Mótan.in d.l.non omne,
quod licet pulchra & elegãti ratiotinatione, quã legito. Adde in
ornatũ ex Mier.coll.11.in curia Alfon,4.cap.3.col.6.verſ.adſtrin
gũtur etiã.per duas colũn.vnde habes qualis debeat eſſe lex,quę
5 rogatur & promulgatur. Ibi.& vtilẽ.† Vtilis omnis lex eſſe de-
bet.d. can.erit autẽ lex.diſt.4. ibi. neceſſaria & vtilis. & can.fa-
ctę.verſ.Præterea.ead.diſtinct.Etenim ad cõmunẽ ciuitatis vti-
litatem leges ſtatutæ ſunt. l. leges ſacratiſsimę. C. delegib. & in
6 procem. Gregorian.† Sed hic incidit ſæpe quæſtio inter honeſti
rationẽ & vtilis; honeſtatẽ dico & vtilitatẽ:nam cũ homines ma
gis ad vitæ cõmoditatem iucunditatẽq.ad facultates rerum atq.
copias;ad opes,ad potentiã,quib.& ſe poſsint iuuare& ſuos,incẽ
dantur,honeſtati locus vix vllus relinquitur. cũ enim vtilitas ad
ſe rapere, honeſtas quoq. reuocare ad ſe videtur,fit vt animus di
ſtrahatur,& plerũq. vtilitatis ſpe decipiatur. Et quãquam Philo
ſophi tres illas quæſtiones accuratiſsime diſtingant: Vnã, quum
dubitant homines,honeſtũ ne ſit an turpe,id de quo agitur;alte-
rã,vtile ne ſit,an inutile:tertiã,ſi id quod ſpeciem habet honeſti,
pugnet



pugnet cum eo, quod vtile videtur, & quomodo hæc diſcerni
poſsint pluribus oſtendant.Idq. Marcum Tulliũ Ciceronẽ trib.
lib. officiorum , panætium, quadã correctione adhibita ſecutũ,
diligenter & ſtudioſe perſequutũ eſſe legimus:tamen in ratione
legis ferendæ & promulgandæ,honeſtas ab vtilitate non poteſt
ſeparari;ratio inquã honeſtatis,non poteſt a ratione vtilitatis diſ-
iungi.Quod Conn.vbi ſuper.Bud.Coraſ.ac reliqui ad.l.1. de iu-
ſtit.& iure. D. confirmant magna ratione. & Mõtan. in d.l. nõ
omne.de regul.iur.D. ſubijcit,conſtat per leges non licere qui-
dem,quod minus ſit honeſtum,ſed abuſum legum facere, vt id
quodã modo fiat. Non ſecus atq. medicamentũ, quod ad homi-
nis ſalutẽ natura oſtendit,in veneni cauſam malitia artis ſępe cõ
uertit.etc.Itaq. pręclare huius vſatici conditores miſerunt alium
vſaticum præter alios ab eis miſſos & conſtitutos,vſaticũ videli-
cet nobilem & honeſtum & vtilem. Adde omnino hic conſtitu
7 tum munus iudicãdi.Calli.in viridario militiæ.in procemio.† Ibi.
quẽ illi tenuerunt,& ſucceſſorib. ſuis tenere in perpetuũ mãda-
uerunt.Sane digna vox eſt maieſtate regnantis,legib. alligatum
ſe Principem profiteri:& reuera maius Imperio eſt,ſubmittere le
8 gib.Principatũ.l.Digna vox.C.de legib.l.Princeps.D.eo. † Sed
illud verbum,mãdauerunt,Iudaic.Guiller.&Marq.non accipiũt
in propria ipſius ſignificatione, quia par in parẽ non habet Im-
perium.l. Ille aquo. P. tempeſtiuum. verſ. & eſt dicendum. ad
Trebell. D. vbi glo.triplici. ibi. item nota, quod nemo ſe cogit.
& allegat iura concordantia.& glo. Imperium. ſed habet verbũ
hoc,mandauerunt,vim hortatiuã. Iud.hic.& in vſat. quoniã per
iniquum. tex. optimus.in cap.fin. verſ. fin.de reſcrip.in ſex.ibi.
quodq. nobis licere non patimur,noſtris ſucceſſorib.indicamus.
& ibi glo.Indicamus.& declarat Gemin.in fine.& Prob.ad Mo-
nach.Mier.in ornatu in cap.4.confirmans.curiæ Barc.Alfonſ.4
colla.11.col.3.verſ.& perdictum vſaticũ.& Marq.in vſ. quoniam
periniquũ.fol.127.verſ.nota intelligendum fore.IdẽMier.col.4.
9 in 2.curia Barc.Iacobi.2.cap.17.† Sane & hic vſat. & alij omnes
vſatici,conſtitutiones & leges huius patriæ ſunt obſeruandę per
dominum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dominum regē,qui in regnis ſucceſſurus eſt ex vi contractus, ꝑ
prędeceſſores in regno,cū ipſa vniuerſitate totius prouintię,quę
in trib.brachijs curiā cum domino rege celebrantib. repręſenta-
tur, initi, firmati & iureiurādo roborati.Guiller.in d.vſ. quoniā
per iniquum.col.3. verſ. iuxta hoc quæro.Calic.in curiali.cap.7
nu.109.& ſeq.& Mier.coll.2.in curia Bar. R. Pet.2. cap. 62. ad
hęc nos infans.& ibi.đ firma primogeniti in curijs generalib.ad
10 cauhtelā ponēda.& † hæc iurāt omnes reges Arag.& Comites
Barci.in initio & ingreſſu ſui regiminis.Iacob.2.in 2.curia Barc.
cap.28. eſt ſub.tit.de iureiur. lib.4.conſti.Mier.coll.4.in curia.2
Barc.Iacobi.2.cap.29.& cap.30. nu.3. vbi explicat noſtrū hunc
vſat.in verb.mādauerunt.Idē & plenius in curia Bar. Ferdi.1. c.
17.als procuradors Fiſcals.in verb.E ſi lo contrari era fet.ibi itē
notaquod factū.ſub nu.15.16.&.c.prouehim.verſ.Allo aixi com
ha fet contra leys.& ibi.annullā.coll.9.& merito. quia leges Ca
thaloniæ ſunt pactionatę per ſubditos cū ſuo Principe Mier.vbi
ſup.& Cali.in Margarita fiſc.Dubio.8. verſ.16.ibi.hoc limitatur
& verſ.36.per totū.plenius hæc cōfirmat Guiller.in d.vſ. quoniā
per iniquū.col fin.qui ſcribit cōtenta in iuramento Regis,in ini
tio ſui regiminis.& confirmat hāc obſeruationē iurib.canonicis,
quæ ibi citātur.Marq.ibi.fol.128.pag.2.ibi.ſed nūquid ſucceſſor.
11 † Accedit fidei vinculū,quod in Principe pręter cætera lumina,
ſolet ſplēdeſcere & lucere.not.in epiſtola.interclaras.C.de Sūm
Trinit.& fide catholica.in l.1.de pact.in l.1.de Conſtit.pec. D.in
vſat. quoniam per iniquū.qui eſt ab eiſdē Berēgario & Adalmo
de conſtitutus.ait.decernimus atq.mādamus, vt omnes Princi-
pes,qui in hoc Principatu , nobis ſint ſucceſſuri , omni habeant
tempore ſincerā & perfectam fidem,& verā loquutionē;vt om-
nes homines,nobiles & ignobiles, reges & Principes, magnates
& milites,ruſtici & pagenſes,mercerij & negotiatores,peregrini
& caminū tenentes,amici,& inimici,Chriſtiani & Sarraceni,Iu-
dæi & hęretici,poſſint ſe in illo fidare & credere.&c. quę verba,
totūq. vſaticū exornat miris encomijs Guiller. Valleſ.eo loci ex
ſacris libris & diuinis ſcripturis atq.etiā humanis.ſequitur Gui-
ller.



ller.Marq.& rē amplificat pulcherrimis documētis. ſed cre lēdū
eſt dictū vſ. quoniam per iniquum. & ſcripta Guiller. & Marq.
& alia grauiora nunq. excidere ex memoria Curialiū, qui Prin-
12 cipib.aſsident & aſsiſtunt.† prętereaPrincipes ſeculi ex cōtractu
cū ſubditis inito,certū eſt obligari.cap. 1.vbi omnes not. & Lati⁹
explicat Dec. col.1.2.3. ex.de probat.pręſertim iureiurando con
firmato. cap. quāuis pactū. de pact.in ſex.cap.cū contingat.cap.
ego.n. cap.intellecto.de iureiur.ex.ſed perſequamur reliqua.
13 Ibi.tenerēt curiā & magnā familiā.† Vileſcit dignitas & ma-
ieſtas regia, ſine magna familia & nobili curia.arg.tex.in c.1. de
priuileg.ex.glo.in modicis.& glo.Vileſcat.in can.Epiſcopi 80.di
ſtinct.ſic leges docēdę & vniuerſitates cōſtituēdę in florētiſsimis
ciuitatib.in prooem.D.p. hęc autē tria. ibi. tā in regijs vrbibus.
l.1.de profeſſorib. qui in vrba Conſtantinopolit.docētes, comiti
uā ex lege meruerunt.lib.12.C.& l.1. deſtud.liber.vrbis Romæ.
vbi gl.Rubr. not.in auct.hābita.C.ne filius pro pat.in c.2.de pri
uileg.in ſex.de hac curia loquitur tex.in l.decurio.ibi.curiā non
relinquat.de decurion. C.& in l.nemo præfectus. de dignitatib.
lib.12.C.Penna in.d. l.decurio.& plenius Boer.de auctor.magni
cōcilij.Gregor.in Syntag.lib.47.c.27.28.& ſequētib.his autem
verbis(vt tenerēt curiā & magnā familiā)non tantū cōtineri exi
ſtimo amplitudinē domus Principis,familiā,aulicos,domus au-
ſtę miniſtros:ſed etiā cæteros,qui adminiſtrationis iuſtitię curā
gerūt,qui patrimonij cæſaris,qui camerę,qui omniū iuriū & re-
galiū ipſius principis notitiā habētes,omnia regunt,omnia diri-
gunt,de omnib.Principi,ſecundum formā & leges atq. ordina-
tiones domus & aulæ referunt.deniq.his verbis(vt tenerent cu-
riā & magnā familiā) vniuerſalis œconomia et domus regia Co
mitis Barcin.qui regiā poteſtatē,vt diximus habebat,et regijs vte
14 batur iurib.et prærogatiuis,cōtinetur.† Neq.vero Comes Bar.eo
iure cēſendus eſt,quo cęteri Comites,qui in Hiſpania ſunt aut in
alijs regnis,dignitate comitis fulgētes:hi etenim, etſi comitis dig
nitatē et titulū habeant,nō tn̄ regiā dignitatē;nec regijs iuribus
in ſuis Comitatib.vti poſſunt,nec illis cęremonijs,quib.Comites
non

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

nõ recognoſcẽtes ſuperiorẽ vtunt̃,in ſuis Comitatib. vt erãt olim
Comes Aragonię,Comes Caſtellę,Comes Luſitanię,Comes To
loſę,Comes Aquitanię,Comes Bar. hi etenim etſi Comites appe
llentur & ſint, regiam tamen tenent & exercẽt poteſtatẽ in ſuis
diſtrictib. et illis pompis,& ſolennib. vtuntur, quibus & ipſi re-
ges in ſuis regnis,ac propterea hos dicimus habere regias digni-
tates,non cæteros Comites aut Duces. vt ſunt Comes Ampuria
rum,Comes Palimoſij,Dux Cardonæ,& in cęteris ſimiliter. Pa
ris de Puteo de redintegratione feudorum cap. 1. nu. 3.4.5. Sed
15 hoc cõmodiore loco plenius.† Sed neq. Comiti Barc. Raimũdo
Berengario auctori huius vſatici,vt cumq. ſubiugatori Hiſpanię
ideſt bonę partis Hiſpanię tantã curiã aut familiã tribuerim,illo
pręſertim tẽpore,quantã regi Hiſpanię, Gallię ac cæteris regib.
maiora imperia tenentib. ac multo minus tribuerim noſtro huic
comiti Barc. inſignẽ illã familiã,curiã,domum,aulam,quam im
peratori Romanorum conſtitutiones Imperiales tribuerunt. par
lamentum tñ & ſuprema curia nõ eſt illi denegãdã quã quilibet
Princeps non recognoſcens ſuperiorẽ tenet. Guido. Pap. q. 43.
Sane multa,quæ in trib. lib. poſteriorib. Cod. Iuſtiniani, atq. in
alijs Imperialib. conſtitut. tractãtur de decurionib. de dignitatib.
de magiſtris,de comitib. rei priuatæ, rei militaris,diuinę domus,
conſiſtorianis,archiatris ſacri palatij;de ſilentiarijs, domeſticis,&
protectorib. prępoſitis laborũ,agẽtib. in reb. curioſis,ſtationarijs;
Palatinis ſacrarum largitionũ ſacri palatij;de priuilegijs eorum,
qui in ſacro palatio militant,de re militari,de erogatione milita
ris annonæ,de excoctione & translatione militarium annonarũ,
de metatis,de numerarijs,de curſu publico,de apparitorib. de pręſ
fectis, de palatijs & domib. dominicis, de ſaltib. de lucro daph-
nes,de ſuſceptorib. & arcarijs,deq. alijs officijs militarib. & pala-
tinis,recte poterunt aulę & domui comitis Barcinonæ tribui, &
accommodari; ſed non omnia, nec tanta: nec tam magnifica.
quia nec parſimonia illorum temporum, nec prouincię mag-
nitudo id poſtulare videbantur, nec ſucceſſores comites Barcino
næ,& poſtea reges Aragonũ in iſta magnificẽtia et amplitudinę
gloria-



gloriabantur,moderatione & parſimonia,nõ ruſtica, & inculta;
ſed eleganti & perpolita contenti. Sane Petrus tertius Rex Ara
gonum, quem appellant ceremonioſum, & quem nos tertium
facimus,licet Aragonenſes,quartum,initio ſui Regiminis & ad
miniſtrationis Regni poſt obitũ Alfonſi tertij patris ſui in anno
M.cccxxxv. multa in maieſtate Regia & ſolennib. domus Re
gię,officialib. miniſtris,addidit,conquiſitis magna diligentia ordi
nationib. externorũ regnorũ & potiſſimũ Anglię & Frãcię, quę
ſuccedẽtib. tẽporibus Alfonſus quartus,eius pronepos ex Eleeno
ra filia & Regina Caſtellæ,auxit & amplificauit. Sed hæc tempo
re augmentu recipiunt, ſicut cætera Regnorũ dominia,& quan
doq. deminutionem. nec eſt eadem omni tempore domus Re-
gię forma,non eadẽ notitia,diſpoſitio, quã rem Alciatus de ma
giſtatib. ac militarib. officijs. Gregorius & alij pleriq. demon-
ſtrarunt,&ex plurib. cõſtitutionib. in corpore iuriscathalonici in
ſertis apparet euidẽter. planè in libro ordinationũ domꝰ, et aulę
regũ Aragonũ, quem ſolet prothonotarius cuſtodire,œconomia
hęc per belle diſtincta poteſt videri & obſeruari. Nulli vero alij
comitum aut ducũ huius prouinciæ permiſſum eſt habere curiã
iſtam magnã. vſ. iudiciũ in curia datum. & Cali. in Margarita du
bio 8. verſ. 155. & verſ. 92. Petrus tert. in curia ceruariæ. cap. in pri
mis. Mier. col. 6. in curia Cerua. Petri. 3. c. 1. verſ. nota ergo hic. Vn
16 de abuſus Ducũ,aut Comitũ inferiorũ reputatur,quod †appel-
lent & nominẽt procuratores ſuos generales, quos habẽt in ſuis
ducatibus et comitatib.;gubernatores. Cũ hęc appellatio ſoli pri
mogenito Regis competat. Sed nec illis permittitur tenere cu-
riã in forma audientiæ. Idem de procuratore Vicecomitatuum
Caprarię & de baſſo, de procuratore Marchionatus Pallarienſ.
Aythonę & de procuratore Archiepiſcopi Tarrconenſ. & alio-
rum prelatorum dici debet,quos noſtra ętate ſolent appellare gu
bernatores. Sed eos regia Audientia in literis Cancellarię procu
ratores appellat. Comes certe Ampuriarum aliquid ſibi in hac
re vſurpauit. Sed de his ſatis. Quod autem notat hoc loco Mar-
quilles in verſ. nota ex huiuſmodi vſat. curias generales ortum
habuiſſe.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

habuiſſe.nõ facit ad caſum vſatici.ſed neq. hoc tempore curię ge
nerales celebrabãtur, vt alibi diximus,& initio huius laboris te-
17 tigimus.† loquitur enim tex. de curia Comitis Barci.domo,au-
la,familia.quod etiam Marq.fatetur.& verba vſatici ſequẽtia de
monſtrant.ibi.& quando vellent prandere,facerent cornare.

Ibi. feciſſent conductum & darent ſoldatas. In manu ſcriptis
18 legitur,& facerent conductũ,& darent ſoldatas.† Verba hæc fa
cere conductũ,ſunt vulgaria noſtri idiomatis, & quaſi materna.
ſic enim dicere ſolemus,cũ de eo loquimur,qui pro ſua frugali-
tate & prudentia,ſtatis anni temporib. facit ſi neceſſariã copiã
& procurationẽ frumenti,vini,& cæteraru rerũ ad vitã neceſſa-
riarũ,& reſpiciũt hæc verba annonã domus principis, circa quã
debet eſſe princeps ſolicitus,& in qua plura ſingularia & ſpecia-
lia ſunt in iure ſtatuta.l.fi.vbi gl. nuntiationis.ad leg.Iul.de ann.
D.l.mulierẽ de accuſat.D. Rip. de peſte. rub. de remed. præ-
ſeruat.nu.182. Auendan.de exequen. mand.reg.lib.1.cap.19.nu.
33.34.37. & alijs plurib. & in hac quoq. ſignificatione ponitur
verbũ,cõdit,in vſ. placitare.verſ.ſimiliter. in verbo conductũ.&
ibi.Calic. in verſ.quæro iuxta iſtũ vſa. quid contineatur ſub iſto
verbo,cõductũ.& Socar.in cap.ſi aliquis habet hominem.nu.72
Alij hæc verba referunt ad cõductiones perſonarũ neceſſariarũ,
pro cuſtodia principis,& procæteris miniſterijs Domus & Aulæ
regiæ. & hoc ex verbis illis colligitur. (& darẽt ſeuladas ſiue ſol
datas)& ideo in hoc vſat. linga Cathalana poſito ſub tit.de iure
fiſci.poſt curias Ferdin.1. in anno 1413. & ſic poſt primã noſtri
iuris vniuerſi diſpoſitionẽ et cõpilationẽ legitur(e feſſen condit,
e donaſſen ſoldadas.)quib. verbis ſignificatur , quod ipſe comes
Bar. princeps terræ,conduceret homines neceſſarios ſecundum
ſtatũ,quẽ maguũ habebat,tã pro rebus et negotijs belli,quã pro
adminiſtratione iuſtitię et domus,ac familiæ Regię,quib.homi
nib.ad prædicta conductis,daret ſoldatas,ſecũdũ diuerſas eorum
conditiones,officia et miniſteria,et eorũ qualitatẽ, vt in omnib.
domib.regijs fieri ſolitũ eſt.et huic interpretationi cõgruit diſpo
ſitio vniuerſalis et œconomia domus regię regis Aragonũ,ſecun
dum eum



dum eũ ſtatum,quẽ habebat rex Petrus tertius,et poſtea Alfon-
ſus quartus,In quodã libro cõtinuata magna reru ſerie , in quo
hæ conductiones et ſoldatæ ſiue pręſtationes annuę deſcribũtur.
19 quẽ librum dixi cuſtodiri in Cãcellaria per Prothonotariũ.† Eſt
aũt ſoldata,præſtatio quędã annua gratuita, quæ a neutra parte
tranſit in hæredẽ,aut ſaltẽ ex parte accipentis.in cap. 1.verſ.Sol-
data.tit.quis dicatur Dux,Marchio,Comes,Capitaneus,vel Val-
uaſſor.et ibi not. Bald.et in l.diẽ functo.de offi. Aſſeſſ.D. pleni9
tradunt interprętes.et noſter Ioannes Socarratius.in cap. Vaſal-
lus ſiue caſtellanus.nu.30.Calic.in vſ.qui fallerit. col.6.verſ.aut
quęris in alijs caſib.quã vſatici,Princeps nãq.ibi.det eis ſolidatas,
et faciat eis cõductũ.Mier.in cap.item ſi barones.coll.2.In curia
Petri.2.cap.34.Socarr.in cap.ſi aliquis dominus.n.5.33. Huc per
tinet tit.de Annon.Ciuilb.lib. x. C. et ibi Bar. et Platea. facit l.
fin.de pignorib.C.Rebu.in arbore feudor.diuiſ.17.tit. de Eroga
tione milit.annonę.et tit.de excoctione et tranſlatione militariũ
annor.lib.12.C.et eodẽ pertinet tit.de Militari veſte.eo.lib.et Co
tereus de iure militũ lib. 1.cap.30. de annona militari. et ſequen
tib. tit.et rurſus eodẽ lib.1.c.34.de ſtipẽdijs militarib.quę omnia
in libro œconomię domus regię,de quo antea dixi,deſcripta in-
ueniũtur etiã,quoad milites ſtationarios.nã quoad belli, ſi quod
gerẽdũ eſt,expeditionẽ alia res erit, et longe maior procuratio
exigitur:vtraq.tñ res ad curã principis pertinet,et ſub hoc vſ.cõ
prehẽdi poteſt,in quo de cõuocatione hoſtis agitur,in fine, vtea-
tur ad deſtruendã Hiſpaniã,ideſt vindicandã a manib. Sarrace-
norũ;per quos eo tẽpore pro maiore parte occupata detinebatur:
ad exẽplum autẽ militariũ,annonarũ et veſtium,quę in bello dã
tur pro mercedib. et ſoldatis,dantur etiam in domo et aula prin
cipis ſeruientib. pro qualitate ſeruientium et dignitate , atq.
officiorũ differẽtia, annonę ciuiles,portiones,largitiones, et alię
præſtationes. omnes enim militant. l. Aduocati . de Aduocat.
diuerſ. Iudicior. C.et in rub. de priuilegijs eorum, qui in ſacro
palatio militant in quocumq.officio.vt ibi per glo. in rub. et per
Plateã in.l.1.de priuileg. ſcholarum. facit.l.1. de Palatin. ſacrarũ
largitio-

largitionum. In quo tit. extat nobilis. l. Scrinijs. quę notitiam
domus Imperat. deſcribit, ad rem noſtram intelligendá accómo
datam. & Sane imperatoria regia ue maieſtas non ſolum armis
decoratur, ſed & legib. in aula & regia domo & in populis ſub-
ditis ſeruandis armatur, vt vtroq. tempore ſuam retineat digni-
tatem. In procem. inſtit. Redeo ad tex.

20 Et facerent emẽdas.† verba hæc in noſtro hoc iure vſaticorũ,
apertum habent ſenſum. emenda ſi quidem eſt pœna pecunia-
ria per vſaticos taxata, quam pendet & ſoluit, qui deliquit, offen
21 ſæ parti & iniuriatę: ſiue iniuria ſit verbalis, ſiue corporalis. quia
in hac patria † pro quolibet delicto ſiue publico, ſiue priuato, po
teſt agi ciuiliter ad emendá per. vſaticos taxatam vſ. vt qui in-
terfecerit. vſ. baiulus interfectus. vſat. ruſticus interfectus. cum
plurib. alijs ſeq. & vſ. ſi quis alicui criminalẽ. & ibi Calic. facit di
ſtinct. iniuriarum. vel criminaliter, ad punitionem corporalẽ:
22 † & vna via non tollit aliam regulariter. Calic. qui hęc plenius
ſcripſit in vſ. ruſticus interfectus. col. penul. & vlt. & alibi dixi.
quamobrem bonus Princeps debet facere ſeruari vſaticos emen
das conſtituentes, & quod delinquẽtes ſiue ſint domeſtici regię
domus, ſiue alij ſubſiditi, faciant iſtas emendas. In conſtitut. Pe-
tri. 3. in curia Montiſon. cap. 23. eſt ſub tit. de foro hominũ de
paratico & domeſticorum & officialium regiorum. In antiquis.
hodie eſt ſub tit. de iuriſd. om. iud. et de foro compet. cap. 12. ibi
nos e la dita Regina e primogenit abſens. Mier. col. 6. in eadem
curia cap. 23. rub. vt officiales pro eorum contractib. Marq. in
23 hoc vſat. col. 5. verſ. ſed quæro, an officiales. † Et qualiter domeſti
ci regij conueniantur quandoq. corá ordinarijs officialib. regijs
vel cancellario. Vide. Mier. vbi ſup. col. fin. qui allegat librũ ordi
nationũ domus regię, quẽ antea citaui. hæ emendę aliter in Gal
lia vſurpantur, vt alibi dixi in tit. de act. ex barone in titu. de in-
24 iur. in poſteriore cõment. † poſſunt hęc verba alium ſenſum ha
bere, vt intelligamus principem debere facere emendas damnifi
catis in iuuamine, quod eius vaſalli et ſubditi illi faciunt et in ho
ſte. in vſat. qui fallerit hoſtes. verſ. ſimiliter et milites. et ibi. ex-

picat



plicat hanc queſtionem Guiller. verſ. ſed nunquid dominus rex
indicendo baronib. ſeu militib. exercitum ſeu hoſtem, tenetur
prouidere eis in expen. & eſmendas facere? pleniſsime Calic.
col. 5. verſ. quęro ſecundo ibi. primo caſu adhuc ſubdiſtingue.
& ibi. aut quęris in alijs caſib. quam vſatici Princeps namq. in
illis verbis. dum tamen dominus Rex det eis ſolidatas & faciat
eis conductum ſeu expen. ac etiam faciat eis eſmendas & citat
iura. Socar. in cap. Si aliquis vult ire ad partes Sarracenorũ. nu.
69. verſ. quęro an alius & nu. 112. & 104. ibi. nota tamen, quod
quando. & nu. 120. 122. quę ſunt notanda. Calic. in directorio pa
cis & treugę dub. 23. in 2. 3. 4. columna. Mier. coll. 11. cap. 4.
confirmants. colu. 5. ibi. conuocar lo Principat. Quę omnia ſunt
obſeruanda in hoc tempore, & eſt prudenter de his reſponden-
dum, ne incidas in laqueum & iure repręhendaris.

Ibi. & tenerent iuſtitiam, † & iudicarent per directum. Hæc
25 verba ſimul & vna periodo legenda eſſe declarauit Petrus in cu
ria Ceruarię. cap. Primerament. eſt hodie volum. 3. dub. 10.
titu. 5. de quo Mier. vbi ſup. cap. confirmants. & eſt ſenſus pla-
nus, vt in Cathalonia dominus Rex Iudicet per directum, ideſt,
per dret. eſt autẽ iudicare per directum, cauſa cognita & iuribus
patriæ ſeruatis, ſtatuere, decernere, iudicare. Mier. in d. cap. con
firmants. col. 2. verſ. nota nõ debere procedi ad executionẽ, ante
cauſę cognitionem. & verſ. ſequitur in textu. En las paraulas. &
in d. conſt. Petri 3. primerament. & in alijs conſtitut. in eadem
conſtitut. Petri. 3. citatis. quę ſunt in tit. de pœnis corporalib. &
pecuniar. cap. 2. 3. & in tit. de offic. vicarij etc. cap. Aqueſta es
la forma. & cap. Statuim e ordenam. Quod eſt. 9. Mier. colu. 3.
in curia Montiſonij Alfon. ſecun. cap. 3. & coll. 2. in. 1. cur. Barc.
Pet. 2. cap. hæc eſt forma colu. 1. verſ. hodie etiam iurant. & nu.
2. citat iura, quib. cautum eſt vt in hac prouintia iudicetur et
ius ſuum cuiq. reddatur ſeruatis conſtitut. et alijs iurib. patriæ.
Mier. col. 8. in curia R. martini cap. 2. item ſenior. et declarat
vſat. alium namq. in his verbis (et tenerent iuſtitiam et iudica-
26 rent per directum) ideſt. † In audientia Regia Cathaloniæ eſt

C iudican-

iudicandum ſecundum iura patriæ & non ſecundum conſcien-
tiam. Calic. in Marg. dub.8. verſ. 92. 182. 200. & in ornatum
plura Mier. in d. cap. confirmants. col. 2. & 3. addit ibid. colu.
3.verſ. hæc eſt Gothica. Quod Princeps debet ſeruare ſuas le-
ges, ita quod in quantum eſt adſtrictus per vſaticos & conſtitu-
tiones Cathaloniæ, non poteſt contra illas veniendo, vti abſolu-
27 ta poteſtate, † præſertim, quoad iuſtitiã miniſtrandã. ſubnectit
plura de iuſtitia naturali & ciuili,& quæ ad vtramq. pertineant.
& in eadem colla. cap. 3. item cõmemorants. col. 12. verſ. vnde
pro euidentia. & alium ſenſum, ad hæc verba tenerent iuſti-
tiã etc.ponit idem Mieres in d. cap. 4. confirmans.colu. 4. ibi.
& dic tenuiſſent iuſtitiam. Sed & Guillerm. in vſ. quoniã per
iniquum.multa tradit de iuſtitia & de officio boni & iuſti Prin-
cipis,& Mier. in dicto cap. 3. ibi. adſtringuntur etiam. colu. 12.
Marq. ibid. col. 2. verſi. nota quarto.& col.5. verſ. nota octauo.
& not. ſeq. quo loci plura tradit, quæ curiales & domeſtici Re-
gij memorię figere debent.Poſſunt etiam hęc verba(tenerent iu
ſtitiam,referri ad impoſitionem pœnarum corporalium, cum
prius dixiſſet de emendis ideſt pœnis pecuniarijs. et hoc poteſt
probari tex. in vſ. ex magnatib. vſ. quia iuſtitiam. verſ. mulie-
rib. ſunt iſti vſ. in titu. de iure fiſci.lib.x. conſtitut. Sed et Mier.
vt dixi in d. cap. confirmants. colum. 3. verſ. et dic tenuiſſent
iuſtitiam. aliter hæc verba interpretatur. Et vt vno verbo dica-
tur,tenere iuſtitiam et iudicare per directum, eſt iudicare cauſa
cognita,partib. auditis,cum ordine et forma per conſtitutiones
et alia iura patrię et ſtilos recepta,et ſeruata forma appellationũ,
ſupplicationum, in Cathalonia et non extra et cum magiſtra-
tib. per conſtit. creatis et non cum nouis,nec in tribunalib. no-
uiter creatis.vt omnes conſtitutiones diſponunt, et potiſsimum
citatę per Mier. in d. conſt.hęc eſt forma. per totum.Et in curia
R.Martini.cap.2. coll.8. in curia R. Eleono. cap.8. coll. 7. Fer-
din.1. cap. 5.6.10.35. et fin. coll. 9. Reg. Mariæ. cap. 14. vbi
omnino hæc tractantur. coll. 10. et cap. 28. 29. quę omnia vi-
deat ſtudioſus: ſed non moror amplius in his ſequitur in tex.
Manu-



Manutenerent oppreſſum. Mier. in dict. cap. confirmants,
colum. 3. verſ. & faciunt hæc verba. ibi. quia dominus Rex
tenetur. Intelligit hæc verba interminis legis Romanæ, et
legis Gothicę, quam citat. qua cautum eſt, ne domini extraiu-
dicium ſuos ſeruos occidant:et quod nemini eſt permiſſum,ſine
iuſta cauſa, ſæuire in alium, etiã ſeruum ſuum. P.fin. de his qui
ſunt ſui vel alien.iur. inſt.l.1. D. eo. quinimo nec dominis licet
vaſallos ſuos ruſticos pagenſes,& homines proprios male tracta
re.idem Mier. in ead.cur. Bar. Alfon.4.cap. 3.item commemo
rants. col. 11. verſ. ſequitur in tex. de pendre a lurs mans de a-
quells aytals. ibi. nota valde iſtam literam, et totam preſentem
conſtitutionem. et ibi. vnde pro euidentia debes ſcire.qui pluri-
28 bus rationib. confirmat † Regij officij eſſe tueri, defendere op-
preſſos et ab iniurijs eos vindicare,et ita in iuramento Principis,
quod initio regiminis præſtat hæc contineri. et quas leges debet
Rex edere in ſuo Regno, et ſeruari facere ibidem. verſic. ad-
29 ſtringuntur etiam.et Rurſus, † quod domino non liceat male
tractare vaſallum ſuum etiam ruſticum. ibid. colu. 14. verſi.
vnde conclude. Et remiſsiue ad comme. Petri Alberti in cap.
Si aliquis habet hominem. et ibi male ergo dicunt. et colum.
penul. verſi. hoc vnum etiam nota. et declarat verba conſtitu.
pacium et treug. quæ incipit anno domini M. CCII. P. Aqui
mateix encara. eſt Petri. 1. Ceruariæ. hodie in titul. de pace et
treuga. cap. 5. concludens dominos, res vaſallorum ſuorum,
ſeu ruſticorum male tractantes, non teneri domino Regi, re-
ficere et emendare damnum, ſed ipſismet vaſallis et ruſticis,
qui ad id habent actionem, contra dominos. Mier. ibid. et
in dict. verſ. vnde concludo. et facit rub. C. in quib. cauſ. co-
loni cenſiti dominos accuſ. poſſ. l. 1. 2. Platea ibid. qui de-
clarat quo iure ſuccurratur ruſticis et colonis et iſtis homi-
nibus obnoxiatis, liberis tamen in ſtatu, ſi grauentur a do-
minis. Et in rub. eo. nam habent condictionem ex lege. d. l.
1. ibid. hoc facere in poſterum prohibeatur, prius reddi-
to, quod ſuperexactione perpetrata, noſcitur extorſiſſe. vel
C 2 condi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

condictione ex l. cum ſatis. P. caueant. de agricol. & cenſ. eod. lib. 11. Cod. vel ex alijs ll. ruſticos & colonos iuuantb. ad uerſus iniuriam & auaritiam dominorum, quas citat glo. prohibentur. verſ. & facit ad hanc legem. in d. l. 1. in quibus cauſ. coloni cenſit. poſſunt etiam implorare iudicis officium, vt hæ violentiæ corrigantur. glo. per iudicem. ibi. vel dic, quod non iure actionis, ſed per officium iudicis, hæc implorabit colonus. in d.P. caueant. faciunt notata per Socarr. in cap.item ſi vaſallus.num.24.25.honeſtius puto & reuerentię debitę dominis magis conſentaneum, vt damna, intereſſe, quod paſsi ſunt coloni, pagenſes, cenſiti, agricolę ex ſuperexactione dominorū, conſequantur propoſita condictione, ex dictis legib. argum. l. ceſſat. de obligat. & act. D. Bar. in l. 1. num. 3. de priuat. delict. D. not. in l. 1. ex delict. defunct. C. nam cum iſti domini extorquendo non debita a colonis, delinquant. d. P. caueant. & in d. rub. inquib. cauſis coloni cenſiti etc. ibi accuſare. Bar. in d. l. cum ſatis. num.3.4.5. & pro omni delicto ſiue publico, ſiue priuato, poſsit agi ciuiliter & criminaliter. Ang. in P. non autem omnes. numer.3. de perpet. & temp. act. inſtit. conſultius erit quod condictionem proponant iſti coloni, potius quam criminaliter agant. præſertim cum iſti homines etiam in hac prouintia quandam ſpeciem ſeruitutis debeant dominis ſuis, nec eos libere in iudicium vocare poterant tempore redemptionum. Mier. in d. cap. item commemorants.colum.14. verſ. vnde concludè. ibi. item non poteſt vaſallus. & Socar. in d. cap. ſi aliquis habet hominem num. 27. & plenius declarat Auendan. de exeq. mandat. reg. lib. 1. cap. 11. vbi ius commune explicat & ius regni Caſtellæ in hoc art. quoad vaſallos. & ſi de delicto conqueri volunt contra dominos, implorabunt iudicis officium, nullo delicti nomine expreſſo. Bar. in d. l.cum ſ[illegible] nu. 3.4.5. Platea ibid. verſ. nota ergo quod non licet domino. ibi.& hoc ob reuerentiā domini, & ibi.& ſic ſunt caſus. & de cōditione iſtorū colonorū & agricolarū platea in d.l.cum ſatis.P.1.Mier.d. cap.commemorants.conſequenter autē per hanc cōdict.nō ſolū

ſatisfa-



ſatisfactionem ſuper exactionis præteritæ, ſed etiam cautionem; ne in futurum grauentur.l. 1. vbi Platea.verſ. Item nota hic. in quib. cauſis coloni. poſt Bar. quia ius competit de præſenti pro futuro.Sic in l. egi. ſi ſeruit. vindic.D. & ibi glo.fin.adducit plura exempla ſimilium caſuum.& in l. non poteſt.l. non quemadmodum.de iud.D.& licet regulariter iſti coloni contra dominos ſuos agere non poſsint vt ſup. dixi. Tamē ex cauſa ſuperexactionis poſſunt.l. 2. D. in quib.cauſis coloni cenſiti dominos accuſ. poſſ. Platea ibi. verſ. vltimo nota.ſed an petet veniā his caſib? Platea.ibi. verſ. ſic etiam forte iſto caſu. Idem in l.1.in verſ. nota, quod coloni adſcriptitij, non ſunt ſerui.& ibi ſecus autem in vaſallo.de Colon.thracenſib.C. Sed & vaſallus ſi opprimatur a domino, habet remedium vſat. ſimiliter etſi ſenior. quod ciuiliter per condict. ex dicto vſat. & per officium Iudicis criminaliter inſtituere poteſt. cum pro omni delicto & violentia domini, in vaſallum poſsit agi ciuiliter & criminaliter, vt dixi. vaſallus autem ratione feudi, non eſt ita adſtrictus domino, ſicut homo proprius colonus, ruſticus ſuo domino.d.cap.cōmemorants vbi. Mier.& Platea in l.1. verſ.ſecus autem in vaſallo.& ibi.& poteſt eſſe ratio. His autē caſib. ſiue homo proprius agat, ſiue vaſallus, cōtra dominū vel ſeniorē, aget coram iudice ordinario pro domino rege, ideſt, coram vicario regio. Socarr. in d. cap. ſi aliquis habet hominem.nu.27.Mier.qui plura ſcribit.in d. cap. 3.Commemorants.formam libelli ponit Specul.tit.de cenſib.P.1. verſ. ſæpe quoq. & citat illum remiſsiue Platea in d.P.Caueant autē. d.l. cum ſatis.libellum autem format in officio Iudicis, quod putat loco actionis deficientis dari colono vel vaſallo.quem in hoc ſequutus eſt Bar. in d. l. cum ſatis. num. 3.4. pro qua opinione glo.per iudicem.in d.P.Caueant.plura deducit.& facit l.2.verſ. fin.ibi. exceptis ſuperexactionib. in verb. interpellandi. & ibi. glo. præbuerunt.C. Inquib. cauſis coloni. quaſi verbum illud, interpellare, minus ſit, quam iure & actione agere: tamen, cum facultas comparendi corā iudice detur in his caſib. hominib. proprijs & vaſallis, minus offendit reuerentiam debitā dominis, pro

 poſitio

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

poſitio grauaminis per actionem, quam per implorationem of-
ficij iudicis. quamobrem videtur conuenientius dari condictio-
nem ex legib. iam allegatis, quæ nullomodo ſugillat dominos.
d. l. ceſſat. etſi criminaliter intendatur, officium iudicis implo-
rabitur. Specul. vero ponit d. libellum in d. P. 1. verſ. ſæpe quoq.
domino a vaſallo. & ibi. eodem etiam modo concipiunt adſcrip
30 titij & alij coloni. † Quę autem iura domini; in vaſallos habeát,
ſecundum iura huius patrię, & quæ in homines proprios, & in
quibus caſib. propria auctoritate capere eos poſsint & ponere in
tinea vel ferris, & de diuerſis conſuetudinib. in hac re vſu recep
tis, explicát Socarr. in cap. ſi aliquis habet hominem. nu. 7. cum
plurib. ſequentib. antiq. gloſſ. in vſ. qui ſolidus. vſ. placitare. in
vſ. ſimiliter & ſi ſenior. Mier. in d. cap. 3. cõmemorants. col. 16.
verſ. ſed quæro, an licitum ſit domino auctoritate propria. cum
duab. col. ſeq. quæ obſeruabis. Igitur Mier. in d. conſtitut. confir
mants. col. 4. hoc modo, quem declaraui, intellexit, verba hu-
31 ius vſatici. alium namq. ibi. manutenerent oppreſſum. † Sed
Marq. in eod. vſ. aliũ namq. col. 6. in verb. oppreſſum generali
ter & abſolute hunc vſ. intelligit in quacũq. manutẽtione & de-
fenſione, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali: & in quocumq. op-
preſſo, ſiue ſit laicus ſiue clericus: & in quocũq. opprimente, ſiue
ſit eccleſiaſticus, ſiue laicus: quia hic vſat. pro oppreſsis eſt fauo-
rabilis, & pro opprimentib. odioſus. & ideo, ſecundum eum, in
definita debet æquipollere vniuerſali. quæ omnia ſuo loco ple-
nius diſcutienda ſunt. illud autem eſt obſeruandum inprimis,
32 † manum hoc loco pro poteſtate accipi, regia ſcilicet, ſicut in l.
2. in principio. de origine iur. D. hinc manutenere principem
ſuum ſubditum, eſt ſub poteſtate ſua defendere & protegere. &
hinc manutenentia Regia in hac prouintia ſæpe recepta. de qua
in tit. de manutenentias. lib. 1. Conſtitut. in noua compilat. de
qua manu regia Bar. in l. rerum quidam. nu. 3. rerum amot. D. &
plenius in l. frater a frat. nu. 11. Ang. nu. 18. de condict. indeb. D.
ſub. nu. 8. Lancelotus, Conradus in templo om. iud. in proœm.
et lib. 1. de ſecularib. et lib. 2. de eccleſiaſticis. cap. ſolitę. de ma
ior. et obedient. ex. in can. cum ad verum. 96. diſtinct. Nauar.
in cap. nouit. not. 3. nu. 82. de iudic. Bal. in cap. 1. quis dicatur
Dux Marchio. plura in ornatum Vantius. de nullit. cap. 9. de
nullit. ex defect. iuriſdict. & vnde etc. num. 10. & licet ſecula-
res quoq. dignitates dependentiam habeant & principium ab
eccleſia. d. cap. nouit. & ibi. not. tamẽ Deus Opt. Maximus hos
duos Principatus Romani Pontificis & Imperatoris, Principis
Eccleſiaſtici & ſecularis voluit eſſe diſcretos nam cum ad verum
ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit;
nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit. Quoniam idem
mediator Dei & hominum homo, Chriſtus Ieſus, actib. pro-
prijs & dignitatib. diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſq. diſcreuit.
&c.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

&c. d. can. cum ad verum can. inſcripturis.can. duo ſunt quip-
pe. ead. diſtinct. Platea in d. verſ. ſequitur in definitione, per
Principatum obtinentē. Redeo ad ſecularem militiam & ad mi
lites, quos dixi Comitem Bar. in bello creare conſueuiſſe, &
merito. quia iura principis non recognoſcentis ſuperiorem in
hac prouincia obtinuit. Platea in d. verſ. ſequitur in definitio-
79 ne, per principatum obtinentem. † Et licet in alijs prouincijs
creatio militum ad Duces, Marchiones & populum pertineat
quandoq. Platea vbi ſup. tamen Duces illi, Marchiones, Co-
mites, populi & dominationes, vel non recognoſcunt ſuperio-
rem & habent iura principis in ſuis ducatu, Marchionatu, Co-
mitatu, populo, vel hoc faciunt ex conſuetudine legitima, vel
priuilegio conceſſo ab eo, qui obtinet principatum. Sic Duces
Burgundiæ, Sabaudiæ, Mediolani, Florentiæ, Ferraræ; ſic Co-
mes Flandriæ Archidux Auſtrię, & alij potentatus in Germa-
nia; Comes Barcinonę, ciuitas Venetiarum, Genuenſium, creant
milites & nobiles faciunt. quia non recognoſcunt ſuperiorem.
80 † Sic ciuitas Barc. creat ciues honoratos, qui in omnibus fere æ-
quiparantur militib. a Rege creatis, ex priuilegio vel antiquiſſi-
ma conſuetudine priuilegio regio approbata & confirmata Gui-
ller. in vſ. Baiulus interfectus. in fine. Alioquin creatio militum
per Duces, comites inferiores & qui principatū non obtinent,
fieri non poteſt, vt miles quis ſit, & dignitatem obtineat milita-
rem. Platea vbi ſup. verſ. qualiter autē probetur quem eſſe nobi
lem. Bar. ibi. num. 78. 97. & ſequentib. quia is ſolus poteſt da-
re dignitatem, qui tenet principatum & qui legem condere po-
teſt Bar. in d. num. 78. 98. & ſeq. Titaq. de nobilitate. cap. 6.
num. 6. & num. 21. tradit plura, de nobilitate Senatorum Regij
concilij ſiue parlamenti, quę ſunt obſeruanda. idem & cap. 9. 10
de ordine & pręrogatiua horum magiſtratuum, tam militię,
quę ſonat in dignitatem & ſic palatinę, quam armatę militię,
tractari hoc loco poterat, & argumētum id poſtulare videbatur;
ſed commodiore loco deinceps dicam, cum de ordine magiſtra-
tuum huius Prouintię tractabo. Iuſtinianus ſane ęquiparauit di-

gnita-



gnitatem Pręfecti Pretorio, ſiue vbi, et magiſtri militum, in rub. de prefectis pretorio, ſiue vrbi, et prefectis militum in dignitatib. exæquandis. lib. 12. C. tit. 4. Tranſeamus ad reliqua.

## SVMMARIA.

1 *Gubernationis prima ratio deſcendit a manu Regia.*

2 *Magiſtratibus paucioribus opus eſt dum princeps in prouincia reſidet.*

3 *Domini ſiue ſeniores vaſallorum propriorū, & emphiteotarum et ſimilium, cognoſcunt de cauſis feudum vel emphiteoſim tantum reſpicientibus, non de alijs communib. cauſis & quæ ſint hæ cauſæ.*

4 *Ordinarius Iudex quis dicatur.*

5 *Dominus vel ſenior in vaſallū vel emphiteotā nullū habet imperium merū vel mixtū, niſi alia ratione ſit ordinarius territorij. cū ſequē.*

6 *Poteſtatis nomine in ſingulari venit ſolus Comes Barcinonæ, in plurali omnes Comites Cathaloniæ.*

7 *Poteſtas, ſumitur quandoque pro magiſtratu, & in ſexu virili.*

*Poteſtates*

8 Poteſtates, non dicuntur inferiores Comitibus.

9 Magnatum appellatione, qui contineantur. ſuntq. magnates maiores & minores & in quibus diſcernantur hi adinuicem.

10 Firmare ius quid ſit.

11 Dominus non habens imperium, quando in criminalibus cognoſcat de emphiteotis & vaſallis.

12 Baiuliarium creatio eſt antiqua in Cathalonia & baiuli aliqui ſunt temporales, alij naturales et alij amouibiles.

13 De mero Imperio et de prætenſione baronum circa illud, aliqua remiſsiue.

14 Baiulos antiquiores eſſe vicarijs, in Cathalonia et eſt primum tempus inſtitutionis magiſtratuum inferiorum.

15 Baiuli naturales adhuc extant et qui dicatur.

16 Vicarios poſt baiulos creatos fuiſſe. et quare Inſtituti fuerunt.

17 In pacis defentione, qui olim aſsiſtebant.

18 Pacis et treugæ querelæ hodie coram principe ſeu eius locumtenente poſſunt proponi et quo-



quomodo.

19 Regaliæ non continētur ſub Conſtitutionibus de cauſis vicariarum & baiuliarum non extrahendis a vicaria aut baiulia.

20 Vicariæ quando fuerunt diſtinctae, & cauſas baiuliae intra baiuliam & vicariæ intra vicariam tractandas eſſe. quod & ad cauſas criminales fuit extenſum.

21 Cauſae officialium regiorum, et patrimoniales non continentur ſub conſtitutionibus, quod cauſæ vicariæ tractentur intra viriam.

22 Cauſae baiuliae et vicariæ proprie quae dicantur.

23 Regaliae quae dicantur. ibidem.

24 Cauſae quantumcunq. per regaliam euocatæ ad regiam Audientiam, non trahuntur extra prouinciam.

25 Remiſsio cauſarum criminalium extra prouinciam an fieri poſsit?

26 Vicarius olim de eodem Epiſcopatu conſtituebatur: hodie vero eſt diſpoſitum, quod non ſit de eadem vicaria: creantur tamen vica-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

vicarij ſub nomine regentium. ſed an recte?

27 Gubernatoris officium, qui olim procurator generalis dicebatur, fuit poſt vicarios inſtitutum.

28 Gubernator generali, ex vſu et lege Cathaloniae, eſt primogenitus regis.

29 Gubernator generalis, qui non erat primogenitus regis olim fuit conſtitutus, qui et dicebatur vicarius Cathaloniæ.

30 Gubernatoris vicesgerens, æquiparatur præſidi prouinciarum, et primogenitus praefecto praetorio.

31 Gubernatoris poteſtas maxima eſt, abſente rege et eius Locumtente.

32 Principis nomine, non habemus in Cathalonia magiſtratum, ſed ſub nomine primogeniti.

33 Gubernator ſeu eius vicegerens iurare debet, antequam exerceat officium.

34 Iurare debent rex et gubernator antequam adminiſtrent: fuerunt tamen quandoq. ante iura



iuramentum regis adminiſsi magiſtratus ab eo creati.

35 Neceſsitas facit licitum quod eſt illicitum in lege.

36 Perſonalis actus regis, quando in eius primogenito admittatur, & in eius conſorte vel fratre.

37 Locumtenentis poteſtas expirat per mortem regis. quia non ordinariam, ſed delegatam habet iuriſdictionem.

38 Officia regia quando per mortem concedentis expirent.

39 Cancellarij & vicecancellarij origo; & ſunt veluti regis Aſſeſſores: et an debeant eſſe de regno. et an poſsint creari plures, et de illorum officio et cognitione.

40 Cancellario ſubſunt domiſtici regis, capellani et dd. regij concilij.

41 Contentionum cauſae pertinent ad Cancellarium; tamquam tertium approbatum.

42 Occupationis temporalitatū declaratio adquē pertineat?

43 Cancellaria duplex, magna et parua. et quæ in vtraq.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

*in vtraq. expediantur.*

44 *Literae Iuſtitiae, tangentes intereſſe partis in iudicium, deducibile expeditae citra firmam cancellarij ſunt nullae. et quid de litteris gratiæ?*

45 *Officia doctorum regij concilij et aliorum plurimorum per mortem principis non expirare, et de dictorum officiorum creatione et inſtitutione. cum ſeq.*

46 *Iudices olim per regem nominabantur in ſingulis cauſis, nec erat regium concilium formatum, præter Cancellarium, Vicecancellarium, Regentem, fiſciq. aduocatum.*

47 *Officia DD. regij conſilij ſunt certa, et non ad nutum principis amouibilia.*

48 *Comiſsio cauſarum quæ fit per cancellarium, et regaliarum per locum tenentem, non eſt delegatio, ſed diſtributio cauſarum.*

49 *Officiales per principem prouiſi cum clauſula, durante noſtra mera ac libera voluntate, non expirant morte concedentis, ſi modo ſint officia per conſtitutiones creata.*

50 *Cancellaria dormit ac eius officiales abſente rege,*





*ge, primogenito & Locumtenente.*

51 *Gubernator ſeu eius vicesgerens abſente rege & Locumtenente, cum ſuo Aſſeſſore & doctoribus regij conſilij tractat negotia ſuæ prouinciæ.*

52 *Magiſter rationalis in Cathalonia tertiũ obtinet gradum magiſtratuum, & quæ illius officio incumbant.*

53 *Baiulus generalis ac procurator regius Roſſilionis et Ceritaniæ, veniunt poſt magiſtrũ rationalem. et eſt antiquiſsimus magiſtratus: et quæ eius officio incumbant et de quibus cognoſcant.*

54 *Theſaurarius eſt ordinarius magiſtratus poſt baiulum generalem.*

55 *Conſeruator generalis, eſt magiſtratus magne auctoritatis poſt theſaurarium.*

56 *Vicarij et baiuli in ſuis vicarijs et baiulijs ſunt preſidentes, remiſsiue.*

57 *Almiratus maris olim erat de magiſtratibus.*

58 *Locumtenentem generalem propter abſentiã regis opportuit in magiſtratum deputari ad exercendas regalias, et de eius poteſtate.*

*ſtate.*

59 *Locumtenentē generalem aliqui præfecto prætorio compararunt.*

60 *Magiſtratuum ordines ex temporū ſucceſſione varietatem receperunt, et de illorum ordine.*

61 *Locumtenens generalis eſt alter nos, & idem tribunal vtriuſq. omniq. poteſt rege abſente præter inſeparabilia a perſona regia cuius poteſtas ceſſat preſente rege: licet ceterorum officialium Iuriſdict. nō ceſſet.*

62 *Capitaneus generalis quare in cathalonia ſit deputatus, qui & magiſtro militum comparatur: & de quibus cognoſcat.*

63 *Appellari, an poſſit a Capitaneo generali ad Locumtenentem Regis et num. ſequentibus.*

64 *Locumtenens generalis principem repreſentat, eſt caput prouintiæ; cui ſubſunt omnes magiſtratus, duces et barones; prelati et milites religionum, preſidetq. tanquam rex; et an ſit ſupra capitaneum, generalem.*

*Con-*



65 *Conſuetudo vſus et conſtitutio in cathalonia quantum ad legis eſſentiā æquiparantur.*

66 *Officia regia magiſtratuum nulla poßunt eſſe, que non ſint ſubdita iuribus patriæ.*

67 *Recurſus et appellationis regalia communicatur locumtenenti, et ſic abſente rege ad eum confugere poßunt: oppreſſi, et magiſtratius inter ſe de ſuperioritate contendentes, et alij.*

68 *Qui mittuntur ad gubernandas prouincias, debent cognoſcere mores prouincialium. et qualiter debent ſe habere cum prouintialib. et cum miniſtris ſui gubernij. ex Cicerone et Xenophonte.*

## DE FORMA ET NOTITIA MAGIſTRATUUM ſUMMORUM PROUINCIE CATHALONIĘ ET DE EORUM ſUPREMA POTEſTATE. CAP. 4.

POST hæc de regalijs et ſpecialib. prerogatiujs comitis barcinone, quæ in hoc vſatico proponuntur, erat dicendum, ſed quia ordo magiſtratuum demonſtrat Regaliarum dignitatem et excellentiam, bene erit prius dicere de magiſtratibus quibus hæc prouincia regitur & iuſtitia

 ſtitia

ſtitia in ea adminiſtratur. Non dubium eſt olim cum hi no-
ſtri vſatici conſtituebantur et publicabantur per Berengarium
Comitem et Adalmuſam illius conſortem, longe aliter magi-
ſtratus in hac prouincia diſpoſitos fuiſſe, & ſub alijs appellatio-
nib. deſignatos. noua enim forma adminiſtrationis naſcente, &
1 prouincia ſeſe nouis quotidie victorijs dilatante, † à manu re-
gia, quæ fuit prima ratio gubernationis.l.2. in principio. ibi. o-
mniaq. manu regia gubernabantur de origine iur. D. de qua
ſup. dixi, receſſum fuit, & magiſtratus pro temporis occaſione
2 creati.† Itaq. cum Princeps in ciuitate reſideret vel in prouin-
cia, pauciorib. magiſtratib. opus erat.l. 2. P. poſt originem iu-
3 ris. verſ. quod ad magiſtratus attinet. de origin.Iur.D.† Quam
obrem per Comites, vicecomites, comitores, valuaſores, iuſti-
tia adminiſtrabatur in ciuilib. cauſis,& per ſeniores in cauſis va
ſallorum & ſuorum ruſticorum. in vſ. omnes homines debent
firmare.vbi Calic. col.4. verſ. quęro primo, an de omnibus cau
ſis.Idem in vſat. placitare col. 3.verſ. quęro an de omnibus cau-
ſis. Socarra. in cap. ſi aliquis habet hominē.num.7.verſ. & pro
elucidatione.& nu.16. ibi. tu ſuper hoc latius diſtingue.& quod
de vaſallis fuit ſtatutum reſpectu feudorum, hoc idem in em-
phytheotis, reſpectu emphytheoticorum prædiorum, & in
agricolis,cenſitis ac cæteris huiuſmodi ſimiliter. Calic. in vſat.
placitare.colu.4.verſ.quid de emphytheota.ibi.& Ideo,ſi quęris
Socarrat. vbi ſup. num.7. 14.ſolis militib. in curia Comitis Bar
cin. litigantib. Marq. in d. vſat. placitare. col.6. verſ.quero nū-
quid miles ſiue paganus. ibi. in contrarium videtur Mier. colla.
11.in curia Alfon. 4. cap.3. item cōmemorants. col.3.verſ. ſi a-
liquis manſus.& col. 7. 8. & 10. ibi vnde conclude. Sane ſenio-
res de cauſis vaſallorum & emphytheotarum, agricolarum, cen
ſitorum,hominum propriorū cognoſcunt, quæ feudū vel em-
phytheoſim reſpiciunt, non de alijs cauſis quæ ſuſcitantur inter
dominum & vaſallū & emphytheotam,extra cauſam feudi vel
rei emphytheoticarię,& ex alia cauſa; vel quia eſt lis inter va-
ſallum vel emphytheotam, & alios extraneos. Socarra. in dict.
num.



num.14. & num.16. ibi. tu ſuper hoc latius diſtingue. quędam
igitur ſunt cauſę, quæ dicuntur in hoc iure noſtro Cathalonico
communes,quę coram ordinarijs locorum tractantur; quędam,
quæ dicuntur cauſę vaſſallagij vel iuris emphytheutici ſiue cau
ſæ de vaſallagio & iure dominationis, vſ. de omnib. cauſis nāq.
communib.vbi Cali. col.8. verſ. quæro primo quę dicantur cau
ſæ communes. Marq. ibid. col. antepenul. verſ. quęro quomo-
4 do hæ cauſæ cōmunes.† ordinarius iudex eſt,qui habet iuriſdi-
ctionem in territorio,ſuo iure,vt baro, vt comes, vt vicecomes,
vt alij, quib. de iure vſaticorum iuriſdictio cōpetebat. vſ.ex ma-
gnatibus. vſatic. omnes homines firmare debebent. vſat. pla-
citare.Marq. ibi. col. 6. verſ. quęro nunquid miles ibi.ſed quis
ergo erit iudex ordinarius. in cauſis criminalibus cognoſcebat
5 etiam ordinarius generaliter inter omnes. † Quia ſenior in va
ſallum vel emphytheotam nullum habet merum imperium
nec mixtum, niſi alia ratione ordinarius ſit territorij. Calic. in
d. vſ. placitare.colum.4.verſ. & ideo ſi quęris. Socarr. vbi ſup.
nu.7.8.12.Mier. in d. cap.item commemorants.& coll. 3. in cu
ria Alfon.2. cap. item ordinamus.& colla.2.in curia Bar.Pet.2.
cap.25.item in terris. & colla.4. in 1.curia Bar.Iacobi.2.cap. itē
quod aliquis homo, qui teneat, manſum. plenius autem in d.
cap.item quod interris.col.3.4. Itaq. cognitio cauſarum crimi-
nalium,tunc poteſtatum erat.d. vſ. ex magnatib. in principio,
& P.quia iuſtitiam.ibi ſolūmodo poteſtatib. Iudai.vterq.Valleſ.
6 in vſat. quia iuſtitiam.& citantur per Guiller.alij vſatici. † Ap-
pellatio vero poteſtatis vel comitis in ſingulari numero, ſolum
principem Cathaloniç reſpicit & comitem Barc.in plurali om-
nes comites cathaloniç comprehendit. Guillerm. qui hęc plu-
rib. exemplis declarat in vſ. cū dominus Raimundus, col. 5.
ibi & nota, quod cū hoc nomine comes.et ibi. et idem videtur
dicendum. Calic. col.3. ibi. oppone de medio. et ibi. ſed quero
an alij comites. Guiller. in vſ. poteſtatem. Socarr. in cap. ſi
7 dominus petierit. nu. 13. † ſumitur autem poteſtas pro ma-
giſtratu hoc loco, et in ſexu virili. Socarrat vbi ſup. Inferiores
comi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА



Comitib.non cognoſcebant de criminib.vſ.ex magnatib.niſi ex
priuilegio & gratia Principis,ideſt poteſtatis , vel ex antiquiſsi
ma conſuetudine.nam in hac prouincia per illum vſat.ex mag-
tibus,dominus Comes Barc. habet fundatam intentionē ad vin
dicandum merum Imperium in omnibus locis Cathaloniæ,
tuendum & habendum.Idem ius eſt omnibus comitib. Catha-
loniæ,intra limites ſuorũ comitatuũ. pone exemplum in Comi
te Vrgellen. Pallarienſ. Ampuritanenſ. contra omnes intra fi-
8 nes Comitatus habitantes vel ibi delinquentes.† Hi autem ſunt
poteſtates tantum , inferiores non item, ſed nobiles, magnates.
Iud. in d. vſ. ex magnatib.verſ.ſecundo etiam nota.Calic. in vſ.
magnates.nu.1. verb.magnates.Idem in vſ.omnes homines.col.
6. verſ. quæro ſecundum vſaticos, Comites Cathaloniæ.& col.
9 7.verſ.quęro qui dicantur comitores.† Et qui appellatione ma-
gnatum contineantur.idem Calic. in cap. hæc ſunt vſualia. nu.
7.verſ.quæro appellatione magnatum,quę perſonæ de iure vſa
ticorum contineantur.ſunt autem magnates maiores,& magna
tes minores.vſ. item ſtatuerunt,quod ſi aliquis filius magnatum
terræ,tam maiorum,quam minorũ.eſt in tit. quando pater pro
filio teneatur.lib.4. conſtitut. plurimũ autē valet diſtinctio hęc
in multis juris artic. et in firmis iudiciorum. Calic. in d. nu. 7.
et in d.vſ.omnes homines. col. 6.7. vbi de firma,quam faciunt
vaſalli ſeniorib. ſecundum differentiam perſonarum et feudo-
rum: tametſi hodie aliter firmant vaſalli ſeniorib. ſuis nulla fa
cta diſtinctione perſonarum aut feudorũ. Calic.in d.col.7.verſ.
quæro iſtud firmamentũ.ibi.ſolum igitur.& col.penult. ibi po-
ſtremo ſubijciã formam.vſq. ad finē lecturę.Mier.coll.4.in cu-
10 ria 2. Bar. Iacobi.2.cap.21.item.quod omnis firma.† eſt autē fir
mare ius,aſſecurare iudicium.vt alibi dixi,& explicant Mier. &
Calic.vbi ſup. Socarrat.latius in cap. ſi dominus petierit nu. 44
& ſeq. igitur magnates & nobiles non habebãt cognitionē cau
ſarum criminalium,ſed ſolæ poteſtates.d.vſ.ex magnatib.firma
menta autem habebant, ideſt cognitionē cauſarum ciuiliũ,quæ
ſub verbo firmamentorum continetur. Socar. in cap. ſi minor
Caſtellanus.nu.10. & cap. item ſi certæ ſint conuentiones.nu.5.

alia



alia quoq. priuilegia cõcedit vſ.ex magnatib.poteſtatib. & comi
tib. quæ aufert inferiorib.Iud.ibi. verſ.item tertio nota.† Quod
11 de cauſarũ criminaliũ cognitione dicitur,habet quãdam declara
tionē, quo ad vaſallos, & emphy.quoniã de horũ delictis cogno
ſcunt quandoq. domini & ſeniores,etſi nõ habeant alioquin me
rum Imperiõ.Cali.in d.vſ.placitare.col.4.verſ.& ideo ſi quęris.
ibi.aut quæris de cauſis criminalib.& ibi aut quęris de cauſis cri
minalib. tendentib. ad eſmendas. Latius Socarr.in d.c.ſi aliquis
habet hominē.n.7.16.& alijs.habebãt autē ſeniores ſuos baiulos,
habebãt & poteſtates,per quos iura reddebãtur in cauſis ſiue ci-
uilib.ſiue criminalib.quæ ad dominos Principales baiulorũ per-
tinebãt.† Antiquiſsima enim eſt baiulorũ creatio,in hac prouin
12 cia.vſ.in baiulia.vſ.de baiulijs.vbi.Iud.& Guiller.& hi aut perpe
tui ſunt & naturales,aut temporales & amouibiles. idem Guil-
ler.& Calic.in d. vſ. de baiulijs.& in vſ. baiulus interfectus. An
ton. Amat in verbo baiulus. & verbo. baiulia.Calic. de pace &
treuga.q.8. in Princip.& col.5. verſ. quid nos dicemus. ibi. aut
quæris ſecundũ tenorem conſtitutionis diuinarum. col.7. verſ.
cum igitur habito reſpectu. Militarib. perſonis & cauſis earum
ſoli poteſtati reſeruatis.ideſt principi prouincię, qui erat Comes
Bar.Calic.in prærogatiua militari.nu.29.ibi.contrarium tamen
dico.& ibi. de iuriſdictione vicariorum regiorum. & nu.31.ibi.
ego dico ita eſſe de iure Cathalonię. & citantur inter alia iura
antiqua. vſat.ex magnatib.ibi.& ſi milites vel alios homines ibi
prędiderit,ſolutos illos ei reddat.& vſ.ſimiliter etſi ſenior.Cali.
in Marg.dub.8.verſ.93.113.† Mier.in.2.coll. in cur.Bar. Pet.2.c.
13 46. de foro milit. diſputat Marq.in vſ. ex magnatib.col.5. verſ.
nota per illi⁹ diſtrictu.& col.6.7.ibi.vnde eſt ſciēdũ & col.8. ibi.
& ita fuit ad literã declaratum.plura de mero imperio , & de ba
ronum prętenſionib. ex poſſeſſ. antiqua, vel propter interuer-
ſam poſſeſſ. vel præſumptam conceſsionem. not.in vſa.poteſta-
tem.& in vſ.hoc quod iuris eſt ſanctorum.vbi Marquill.fol.305.
verſic.pone poteſtas agit.ibi & ſic non videtur tueri ex poſſeſſ.
ſola. & colum.ſequent. ibi.pro ſolutione namq. horum. quam

diſtin-

diſtinctionem nota.& col.ſeq.ſed pone, quod ille,qui eſt in poſ-
ſeſſ.Mier.coll.4.in 2.curia Bar. Iacobi 2. cap.9.de mero & mix
to Imperio& iuriſd.col.7.ibi.item quæro vtrum merum impe-
rium.& col.8. & quid de iure Cathalonico? col.10. verſ.ſed ad-
de quæ dixi de præſcrip. xxx. annor. ibi. Quia in Cathalonia.
& melius col.8. verſ. ſed de iure vſatic.Barchinonenſium.idem
14 coll.2. in curia Bar. Pet. 2. cap.4.5. † Atq.hoc eſt primum tem
pus inſtitutionis magiſtratum. ex quo apparet baiulos antiquio
res eſſe vicarijs & prius inſtitutos,quam ipſos vicarios. quod ex
Calic. in d.q.8. & ex tenore conſtitutionum pacis & treugæ an
tiquiorũ colligitur.nam in antiquiſsimis conſtit. baiuli fit men-
15 tio, nõ vicarij.† Hi baiuli hodie adhuc extant in aliquib. partib.
veteris Cathaloniæ vt in vicecomitatu Caprarię,comitatu Am-
puriarum,in auſonia & in alijs partib.& dicuntur baiuli natura
les, habentq. baiulias infeudatas:de quib. in prædictis vſat. in
baiulia. de baiulijs diſpoſitum reperitur .& plura Amat in ver-
bo baiuli non poſſunt concedere. & in alijs ſequentib. poſthæc
16 † creati ſunt vicarij.nam aucta prouincia ex vnione regni Ara-
goniæ cum hoc Principatu,vix potuit ad principē recurri in cau
ſis militum,& aliorum generoſorum,vix pax & treuga defendi,
& quies in regno conſeruari.Quamobrem vicarij fuerunt inſti-
tuti,ad quos cognitio quærelarũ pacis & treugæ pertinebat.arg.
l.2.P. augeſcente. vſq. ad P. poſt originem , de origine iur. D.
horum vicariorum in primis fit mentio in antiquiſsimis conſti-
tut. pacium & treugarum. videre eſt in conſtit. Alfonſi primi.
cap. Alfonſus. P. Item. Los anants.ibi. e de noſtres veguers. &
P. qualqueſie. ibi. enſemps ab lo veguer. & in alijs conſtitutio-
nib.aliorum regum ſequentium. & conſtit. de las diuinals.eiuſ-
dem Alfonſi.P. e ſi alguna fermanſa. ibi. e laltra meytat lo biſ-
be e jo, qui ha fet aqueſta iuſtitia ab lo dit biſbe ſere. & huc per
tinet vſat. ſtatuerunt etiam. tit. de pace & treuga cum alijs ſe-
quen. vſat.nam quilibet comes in ſuo Comitatu aſsiſtebat Epiſ-
copo,pro pace domini pro parte vero Principis , ſolus Comes
Barc.qui erat & eſt Princeps in prouincia.Calic. de pace & treu
ga.



gua.q.8.col. 5. verſi.breuiter diſtinguamus tempora & concor-
17 dabitur ſcriptura. cum ſeq. col. † Nam antea Comites aſsiſte-
bant Epiſcopis pro defenſione pacis domini , & vindicta viola-
tionis.vſat. cunctis pateat,ibi. e vltra aço pac al dit comte . & in
vſat. aqueſta es la treua e pau confirmada.P.ſi algu empero.ibi.
e aquell comte,qui haura aiudat al dit biſbe a fer la iuſtitia.† Vn
18 de hodie quoq. receptum eſt, vt hę quęrelę, tametſi cõmuni-
ter coram vicarijs proponantur, poſſunt tamen proponi coram
domino rege, ideſt comite,vel eius Locũtenente. Calic. de treu
ga & pace.q.8.col.penul. verſic.quæro vlterius , an iſte proceſ-
us.ibi.ſed quicquid dicant dicti iuriſperiti. Mier. coll.9.in curia
Barc. Ferdin.1.cap.30. ſicut aduerſus. colu.8. verſ. ſequitur. P.
caueat autem vicarius.cum duab. ſeq. col.poteſt autem cogno-
ſcere Rex etiam extra ſuam vicariam.Cali.vbi ſup.verſ.ſed quid
quid. quod non modo de quærelis,quę proponũtur pro delictis
cõmunibus,quorũ cognitio & punitio poteſt ad ordinarios per-
tinere,ſiue barones,ſiue regios officiales,ſi cum qualitate ad re-
giam euocentur aud. intelligitur;ſed & multo magis,de quęre-
lis quę in caſib. regaliarum offeruntur;ſiue ciuiliter ad pœnã pe
cuniariam vſaticorum , ſiue criminaliter de ijs agatur & extra
ſimplicem quęrelęm pacis & treugæ. Mier. in d. cap. ſicut ad-
uerſus. col.8. verſi. ſequitur.P.caueat autem vicarius.& colu.9.
verſi.in curia regia non curatur de pręuentione.& ibi.ex prę-
miſ is habes clarum.& ſeq. col. rurſus col. 11. verſ. ſequitur ad
tex. criminaliter procedat. Idem & in ſono emiſſo,qui ad vica-
rios pertinet,receptum eſſe ſcribit Calic.de ſono emiſſo. q.6. vt
& domino regi hic proceſſus iure ſuo tribuatur,propter vniuer
ſalem iuriſd. & imperium generale in tota prouincia. Mier.in
d.P. ſequitur P. Caueat autem vicarius.per totam colũnã, et
19 extra vicariam poteſt trahi, † quia regalię non continentur ſub
conſ. de cauſis baiuliarum et vicariarũ,non extrahendis.Calic.
20 in d. q.8.col.2. verſ. quid dicendum.Mier.vbi ſup. † Hę vicarię
fuerunt diſtinctę tempore Petri.2. et data forma iuramento per
vicarium pręſtando.Iacob.1.in curia Bar. cap.8.et intit. de offic.
vicarij

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

vicarij in cap 1. et 8. Mier col 2. in curia. Bar. R. Petri 2. cap. 55.
item, quod vicariæ ſint diſtinctę. et ſecundũ diſtinctionẽ vica-
riarum, fuerunt diſtinctę cauſæ, vt cauſæ vnius vicarię tracten-
tur in eadem vicaria. Mier. in eadem curia Barc. Petri· 2. cap.
15. item. quod cauſe vicariæ. quæ regula fuit extenſa ad cauſas
baiuliarum, vt hæ intra baiuliam tractentur. cap. x. in tit de iu-
riſdict. om. Iud. Mier. coll. 4. in. 3. curia Bar. Iacobi, 2. cap. xi.
de foro compet. quod poſtea fuit amplius extenſum ad cauſas
criminales. Maria in curia Barc. cap. volents las conſtitutions.
eſt ſub tit. de iuriſdict. omnium iud. Mier. coll. 10. cap. 3. vo-
lents. ſub ijs regulis non continentur cauſæ regaliarum. quia
hæ ſub verbis generalib. conſtitutionum non comprehendun-
tur. Mier. in d. cap. 15. item quod vicarię ſint diſtinctę. et latius
in d. cap. volents. col. 3. et. 4. ſiue ſint ciuiles, ſiue criminales.
21 ſed neq. † Cauſę officialium regiorum, aut cauſę patrimoniales
ſub his conſtitutionib. continentur. Mier. in dict. cap. vo-
lents. col. 5. verſ. item fallit in cauſis officialium. et verſ. item
fallit in cauſis patrimonialib. idem. Mier. coll. 11. cap. 2. les cau
ſes. fol. 4. col 3. verſ ſecundo quero, quis poſsit. et coll. 6. in cu
ria montiſon. petri. 3. cap. 23. vbi officiales pro eorum contrac-
tib. conueniantur. et ſuperius obſeruaui ex marq. in hoc vſ. a-
22 lium namq. col. 5. verſ. ſed quæro, an officiales. † Quę autem
23 proprie dicantur cauſę baiuliæ, quę vicarię. † & quę dicantur re
galię. Mier. in d. cap. volents. col. 4. verſ. vnde pro huiuſmodi
declaratione, & col. 5. verſ. regulariter ergo. et in d. cap. les cau
ſes et cap. ne ex beneficio. In curia Barc. Ferdin. 1. coll. 9. eſt cap.
35. in quib. locis hæc late tractantur. † Sed et hæ cauſæ, ſiue
24 ciuiles ſiue criminales, quæ ad regiam euocantur aud. ex rega-
lia, et extrahuntur a vicarijs et baiulijs, non poſſunt extra pro-
uinciam extrahi, ſed in ea ſunt terminandæ ſic enim ſtatutum
eſt. cap. totas las cauſas. tit. de iuriſd. omnium iud. cap. los
officials. cap. clarificant. Mier. coll. 2. curia Barc. Petri. 2. cap.
14. item quod omnes cauſæ. et cap. ſeq. item, quod cauſę vica-
25 rię. Idem in d. cap. volents. et cap. Les cauſes. † Nec pro-
uinciales



prouinciales conſentiunt cauſas etiam criminales remitti. de
qua re Mier. in d. cap. volents. col. 6. verſ. ſed quęro an ad peti-
tionem delati. et verſ. ſuper quo dic, quod dominus rex. quo
loci tractat de alia remiſsione intra prouinciam, quæ ſine offen
ſiones fit. rurſus in col. 6. verſ. quinto et vltimo. de remiſsio-
ne extra prouinciam. de qua plenius per eundem. in d. cap.
les cauſes. fol. 2. col. 3. verſ. ſequitur in tex. e que no pugen eſ-
ſer tretas. ibi. eſt et alia ratio. et fol. 3. col. 2. verſ. ſed quid de
cauſis ſupplicationum, et quid obſeruatum tempore regis
Alfonſi. 4. exiſtentis in regno neapolitano? ibid. fol. 2. col. 4.
26 redeo ad vicarios. † Fuerat olim, ante diſtinctionẽ vicariarum ſta
tatum, Vt vicarius conſtitueretur de eodem epiſcopatu. Ia-
cob. 1. in Curia Barc. cap. 7. eſt in tit de offi. vicari. in. 3. volu.
cõſ. ſed eſt hæc lex abrogata per diſtinctionẽ vicariarum aliter
ordinatam, quam per diœceſes et epiſcopatus. Mier. col. 1. in
curia Barc. Iacobi. 1. cap. 7. de vicario. et coll. 5. In curia Al-
fon. 2. cap. 13. item ſtatuimus, vt omnis ſuſpitionis cauſa. quini
mo hodie ſtatutum eſt, vt vicarij, non ſint In eadem vicaria do
miciliati, neq. orti. d. cap. per tal quę tota ſuſpita. eſt. 7. ſub tit.
de perſon. prohib. regere officia. ſed et hodie domicilitati et nati
in vicaria, creantur vicarij in eadem vicaria, ſub nomine regen
tium vicariam. ſed hoc fieri infraudem conſtitutionis, ſcribit.
Mier. et de ea re conquęritur. coll. 5. in curia Montisalbi Al-
fon. 3. cap. 13. de vicario. col. 1. verſ. ſed an domiciliatus vel
oriundus. ſubvicarij et ſubbaiuli, ad eadem tempora referun
27 tur. † Surgente prouincia et rebus melius ſe habentib Reges
Aragonię et comites Barcinonę, expeditionibus bellicis ſæpe oc
cupati, & negotiorum multitudine in tanta prouincia impli-
citi, alium nobilem magiſtratum crearunt & inſtituerunt, quẽ
in initio procuratorem generalem appellarunt, ſuccedentibus
temporib. nomen procuratoris, tranſiuit in nomen gubernato-
ris. Mier. coll. 6. In curia Ceruariæ. rub. de offic. gubern. colu.
1. ſub num. 15. de quo plura iura loquuntur in tit. de officio gu-
bern. & vicesgerẽtiũ & Aſſeſſor. Mier. col. 4. in curia Gerundæ
Iacobi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Iacobi.2. cap.20.Idem in curia Bar. Reginæ Eleeon.cap.3. coll.
7.vbi legitur pragmatica Iacobi.2.creationis officij vicesgeren-
tis gubernatoris, data Cæſarauguſtę calen.Iun.1304.Ferrer. vbi
28 ſup. cap.10. cuius & primogeniti idem eſt tribunal. † Hic Gu-
bernator ex lege & vſu Cathalonię primogenitus eſt,& naſci di
citur,nō creari.c.itē ſeñor com ſegons conſtitutions eſt.7.in tit.
de offic. gubernator. In noua compilat.& eſt gubernator gene
ralis omnium regnorum & terrarū domini regis Aragonię. d.
cap.item ſenior.Ferrerius in recollectione. cap.1. †.Hic guber-
29 nator generalis fuit olim etiam non primogenitus neq. Infans
domini regis, ſed erat gubernator generalis Cathalonię, non
omnium regnorum Coronæ. vt fuit Geraldus de Ceruillione
tempore R. Martini, quo rege defuncto, pro dirigenda ſucceſ-
ſione regni conuocauit parlamentum Dertuſ. Calic.in Curia
li.cap.4 in fine.Mier. in d.cap.preterea,quia per reſeruationes.
In princip. Ferrer. vbi ſupra. cap. 4. et hic magiſtratus an-
tea dicebatur vicarius Cathalonię.Calic. in prærogat.milit.nu.
30 29. †. et tam hic, quam vicesgerentes primogeniti, æqui pa-
rantur preſidi prouinciarum;primogenitus vel infans Prefecto
Pretorio. et ideo ab huius ſententia ſupplicatur, à ſententijs vi-
cesgerentium appellatur. Mier.in d. cap. præterea nu.10. Fer-
31 rer.in d.cap. 4.5.† abſente domino rege et illius locumtenente,
vicesgerentis gubernatoris maxima eſt poteſtas in prouincia.
Mier.et Ferrer.vbi ſup.† ſane in hac prouincia nō habemus ma
32 giſtratum, ſub nomine principis, ſed ſub nomine primogeniti
in adminiſtratione iuſtitię, licet sereniſsimus primogenitus do-
mini regis princeps Gerundæ, et Dux Montiſalbi in tituletur.
Marq. in vſ. Princeps namq. verſ.quęro vndecimo.Mier. in cu-
ria Barc. Alfon. 4.cap.confirmants.in verſ.ſequitur in tex.con
uocar lo principat de Cathalunya et cap 2. les cauſes. col. 7.
verſ.ſequitur in tex.que no puguen eſſer tretas.ibi.eſt et alia ra
tio. coll.11.et ideo exercitiū omnium regaliarum non pertinet
ad primogenitū.Mier in curia Barc. Alfon.4.cap. 2. fol.2. col.
8. ibi ſequitur in tex.en la audientia del Gouernador.Ferre.cap.
4.16.



33 4.16. Marq.in d.verſ.quæro xi.† Hi magiſtratus, ſiue ſit primo
genitus,ſiue Infans,ſiue particularis gubernator Cathalonię, vel
vicesgerens gubernatoris, tunc ineunt officium gubernationis,
cum iusiurandum pręſtant: nam ante præſtationem iurisiu-
randi non exercent officium, nec adminiſtrationem habent. c.
1. de offic. gubern. in no. compilat. Mier. in curia Gerundæ Ia
cobi 2. cap. 20. collat.4. & in curia Barcin R. Martin. cap. 13.
34 collat. 8. Ferrer. vbi ſup. cap.6.† Sed neq. dominus Rex ab hu
iuſmodi iurisiurandi religione voluit excuſari, quinimo initio
ſui regiminis iusiurandū pręſtat.cap. item que los noſtres ſuccei
dos.tit.de iureiurando,voluntario,neceſſario,& fidelitatis. Mie.
in 2. curia Barc.Iacobi 2. cap.29. collat.4. & hoc eſt valde ratio
nabile iuxta not.in cap. ego N.de iureiur. ex.& propter correla
tionem domini & vaſallorum.in cap.1. qualiter domino vaſall.
iurare debet fidelit.& cap.1. P. dominus quoq. de forma fidelit.
& in vſ.cūctū malū.vſ. qui viderit.verſ. ſed ſi ſenior.& de forma
huius iuramēti infra dicetur.cap.10.Acciderunt tamen aliqui ca
ſus, in quib. propter neceſſariam abſentiam domini Regis, qui
nondum iusiurandū præſtiterat in hac prouincia iuxta.d. cōſtit.
Iacobi 2. neq. in hac ciuitate ſecundū priuilegium Pet.3. eidem
conceſſum,magiſtratus creati a domino rege, qui non dū iura-
uerat,fuerunt admiſsi in hac ciuitate & in alijs ciuitatib.& villis
35 Cathalonię & Comitatuū Roſsil. et Cerit.quia,† quod eſt illici
tū in lege,neceſsitas facit licitum.l. impoſsibilium de regul.iur.
D. vbi Dec.cap. nemo poteſt ad impoſsibile.de reg. iur. in ſex.
vbi glo. fin.immo neceſsitas,quę ex impoſsibilitate proficiſcitur
excuſat a periurio,& cēſetur iusiurandum remiſsum. Din.ibid.
plura not. Innoc. et Felin.in cap.1.de conſtit.ex.quod in his ter
minis.ſcripſit Mier. coll. 10.cap.5. ab aqueſta.nu. 8. 9. et vi. ibi
de curia,et parlamento,et conuocatione, expiratione, proroga-
tione. et in duob. proœm. illius curiæ. et cap. item que on lo
dit ſeñor.nu.5. et cap.fin.ead. colla.quę ſunt notanda.ſic accidit
tēpore R.Pet.3.vt refert Carbonell⁹.ſic in an.1558.ſcribit Ferrer.
vbi ſup.cap.9.ſic et in anno currenti 1598. de menſe Septembri,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſequuta morte Philippi regis & domini noſtri recolendę memo
riæ.fuit enim admiſſus in Locũtenẽtẽ gñalem domini regis Phi
lippi,ſucceſſoris in regnis,illuſtriſsimus dñs Laurẽtius de Figue
36 roa,cuius poteſtas expirauerat p mortẽ regisſimilis.† caſus vrgẽ
tis neceſsitatis & ineuitabilis periculi,in quo receditur a perſona
li actu regio & regia præſentia,& admittitur primogenitus,po-
nitur per Mier.in c.4. cõfirmanis,coll. 11. in cur.Bar.Alfon. 4.
verſ. ſeq.in tex. conuocar lo Principat de Cathalunya.idẽ Mier.
in c.5.ab aqſta n.8. 9. in cur.Mariæ.coll.10.Marq.in vſ.princeps
nãq.col.5.verſ.nota 18. Socarrat. in c.ſi aliquis dominus vult ire
ad partes Sarracenorum.n.69.86.87.nam ex illo tẽpore, prior,
opinio,de qua apud Marq.recepta eſt in cõuocatione parlamẽti,
facta per gubernatorẽ generalẽ,ſequuta morte R. Marti. Ferre.
vbi ſup.cap.12.& ſequen.& Mier.in d.c.5. ab aqueſta.nu.4.5.&
ibi quid curia,quid parlamẽtũ, & in quo differant. Similis cauſa
diſpenſandi & relaxãdi,legis & conſtitutionis diſpoſitionẽ, fuit
recepta in celebratione curiarũ R. Mariæ, quas ipſa nomine re-
gis viri ſui conuocauit & ad eius cõuocationẽ curia cõgregata,ip
ſius perſonã & conuocationẽ habilitauit, propter abſentiã regis
Alfonſi. Cali.in extrauag.curiar.cap.4.n.4.& ſeq.aliud exẽplũ
eſt apud eũdẽ in R. Eleo. ſic prædicta declarauit. Mier.coll. 10.
in curia R.Mariæ.in primo prohemio.ibi.ſequitur in tex. habẽs
a nobis plenariã poteſtatẽ.quę ſunt obſeruanda pro expeditione
caſuum emergẽtiũ,in quib. explicandis de iure huius patrię re-
quiritur perſonalis intereſſentia & præſentia regis. idẽ Mier. in
curia Bar.R. Eleon.in prooemio.verſ. vlterius nota,quod prop-
ter cauſam neceſſariã.coll.7.Socar. vbi ſup.n.73. & plurib. ſeq.
37 vſq.ad nu.85.& ſeq.† Expirare vero poteſtatẽ Locũte.gñalis per
mortẽ dñi regis,&illi⁹ iuriſd.eſſe delegatã nõ ordinaria,receptũ
eſt.Ferrer.vbi ſup.c.9.& merito.quia licet poteſtas Locũtenẽtis
gñalis & poteſtas gubernatoris gñalis vel vicesgerẽtis,ab eodẽ re
ge deſcẽdat:tñ hęc Locũten.poteſtas,exit & manat a rege p mo
dũ mãdati,aliorũ,ſcilicet,gubernatoris gñalis regnorũ,vicesgerẽ
tis illius, fluit & manat p modũ legis & cõſtitutionis. rurſus, illa
per



per modũ prouiſionis perſonæ;hæc p modũ ꝓuiſionis officij cre
ati & erecti lege & cõſtitutione:in illa, nõ vacat officiũ , quia in
notitia magiſtratuũ huius prouinciæ non reperitur creatũ & fun
datũ Locumtenentis officiũ;ſed primum officiu & ſummus ma
giſtratus poſt regẽ ſiue principẽ prouincię,qui omniu magiſtra
tuũ eſt principiu,fons & origo.cap.1. quis dicat Dux, Marchio,
Comes vel valuaſſor.in feud.eſt gubernator gñalis. ſecundus vi-
cesgerẽs gubernatoris gñalis.ergo in his vacat officiu per mortẽ
prouiſi de eo,vel aliã vacationẽ.quia in notitia noſtrę prouinciæ
& diſpoſitione officiorũ, hi magiſtratus erecti,inſtituti, fundati
reperiuntur.ſic ſuccedẽtib. tẽporib.varij magiſtratus erecti,inſti
tuti,& diſpoſiti fuerunt in vtraq. Roma.quos oẽs iuriſdict. ordi
naria habuiſſe diſpoſitio titulorũ lib. 1.pãdect.& lib.1.C. demõ
ſtrat. not. in cõtinuatione rub.D.de offi.eius,cui mãd. eſt iuris.
& hęc ſcripſerũt doct.in l.more maiorũ.l.& quia de iuriſd. om.
iud.D. Ferrer.inſinuauit vbi ſup.c.9.in fine. Maran. in diuiſ.iu-
diciorũ.aliud ordinar.aut delegatũ.plenius in d. rub.de offi.eius
etc.D.Bar. magiſtraliter in d.l. more.n.8. Cyn.nu. 78. & quid
quid in mãdato nõ cõtinetur, non poteſt per Locũtenentem ex
erceri,etiã ſi dominus rex hoc poſſet exequi.quia Locumtenẽtis
poteſtas & iuriſd.radicatur & fundata eſt in comittente & con-
cedente & in eo reſidet,in Locũtenente exercitium,ſicut in pro
38 curatore exercitiũ actionum domini.† exemplis res clarior effi-
cietur.Cancellarius,vicecancellarius,regens cancellariã,Docto-
res regij concilij, ſunt magiſtratus ordinarij in hac prouincia.
quia horũ officiũ eſt creatũ, inſtitutũ & erectũ per legẽ patriæ.
tit.de offi.de Canceller,vicecãcell.etc.c.itẽ ſeñor,cõ ſegons la or
dinatio. vbi curia erigit & inſtituit officiũ regent. Cancell. &
illius officij prouiſionẽ dño regi tribuit.quod etiam in vacatione
officij Cancellarij & vicecancellarij aperte declaratur in conſtit.
Reginæ Marię. cap. primerament. Mier. colum.10.in eadem
curia.cap.3.& collat.8. in curia R.Marc.cap.3.† Cancellarij autẽ
39 origo et creatio,et vicecancellarij iã ex antiquiorib. ſeculis fuit.
P.3.in curia Ceruar. cap. part aço.Mier.coll.6.in cur.Ceruarię.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cap. vlterius. conſtat enim hęc officia per ordinationes domus
Regię fuiſſe inſtituta pro regimine et adminiſtratione iuſtitię.d.
cap.item ſenior,cō per ordinatio de voſtra caſa.et ex conſtitutio.
Pet.3.et R.Marię apparet,quod Cancellarius,et vicecancellarius
poſſunt eſſe de regnis Coronæ Aragonū in cōſtitutione expreſ-
is. ſed intelligo in Cancellario totius Coronæ et vicecancellario,
nō in Cancellario Cathaloniæ tantum,qualem hodie habemus.
nā hic debet eſſe Cathalanus.poſſunt autē plures eſſe ſimul Can
cellarij,vicecancellarij,& regen. regiā cancellariā habitu ſcilicet,
honore et titulo dignitatis,ſed nō actu.Mie.i d.c.3.primeramēt.
in cur.R.Ma.coll.10.n.fi.et col.2. verſ.ſed nūquid in eod.loco et
tēpore.quia iſti ſunt quaſi aſſeſſores domini regis et primogeniti
ipſius. Mier. ibid. et hoc declarant conſtitutiones prædictę R.
Martini,ſeu capitula ſub titulo de offic.Cancellarij. Sane origi-
nē Cancellarij et vicecancellarij tribuerim ordinationib. domus
Regię,ex quib.ad conſtitutiones poſtea editas,ventum eſt,ſicuti
colligitur ex ſerie dictarum conſtitutionū Pet. 3. cap. part aço.
et Martini in cap.itē ſeñor, com per ordinations de voſtra caſa.
Mier.in curia Montiſoni Pet.3. cap.23.coll.6. nu.25. quia dome
ſtici Regis et Palatini ex ordinatione domus Regię ad iuriſdict.
pertinent Cancellarij,non ad iuriſd. officialium regiorum ordi-
nariorū,caſib.aliquot exceptis,de quib. apud Mier.eo loci. Prę-
40 lati † inſuper exiſtētes in domo regia,clerici, capellani, doctores
regij concilij ſubijciuntur eidem Cancellario, niſi canonica lex
obſiſtat.Mier.d. nu.25.de his officijs domus regię plura in tit.de
offici de camerlenc, maiordom e altres oficis de la caſa del rey.
et tit.de officio theſaurarij.tit de offi.baiuli gñalis tit.de offi.cō-
ſeruatoris.in.2.vol.cōſtit.in no.cōpil.et tit.de offici de camerlēc.
cū tit.plurib.ſeq.lib.1.conſt.1.vol.et licet ab initio creationis horū
officiorū Cancellarius et vicecācellarius pauciorib.negotijs occu
parētur;quia princeps ipſe per ſe omnia ferme expediebat Cāce
llario veluti adſidente ; tñ poſtea ſancitum fuit negotia iuſtitiæ
cum ſubſcriptione Cancellarij expediri, non aliter. cap. prime-
41 rament.in cur. Bar.R. Mart. Sed et deinde † cauſæ cōtentionū
iuriſdi-



iuriſdictionis inter curiam Eccleſiaſticam & curiam ſecularem
ad Cancellarium pertinent,vt tertium a partib. approbatum.in
pragm. Alfon. 4. cap. viſis & cum diligentia recenſitis. Ferdi-
nandi 2. cap. primerament. cap.mes ſupplica. & Reginæ Ger-
manę.cap. fuit per Inclitum.quæ iura ſunt in tit. de content.iu-
42 riſdict.& occupat. temporalitatū.in 2. vol. conſtitut. † & occu-
pationes temporalitatum,ideſt,iurisdictionum,quas prȩlati ob-
tinent in caſib. iure permiſsis, ad declarationem pertinent Can
cellarij,vicecancellarij,& ſuo caſu regentis Cancellariam.in cap.
quia olim.cap. viſis & cum diligentia recenſitis. eod.tit. certum
eſt autem in hac prouintia officium Cancellarij, ad imitationē
Curiæ regis Francorum inſtitutum , ſicut alia pleraq. tempo-
re Regis Petri tertij fuiſſe inſtituta nouiter , vel reformata.
teſtantur Annales, et nos ſuperius retigimus. plene de Cancel-
lario Bud.ad pandect. in l.fin . de ſenatorib. Montanus de au-
ctorit.magni concilij.n. 8. q. 23. Couarr.in pract.cap. 4. Prob.
In cap. is cui Eccleſiæ de ſententententia excom. in. ſex. Petrus
Gregorius in ſyntagm. lib. 47. cap. 29. Mier. vbi ſup. Amat
in reportorio. verb. Cancęllarius. Rebuf. in ordination. Gal-
liæ tit. de reſcript.In pręfaionib.q.4. nu. 19. Gregor. lib. 47.
43 cap. 29. † Et quod eſt duplex Cancellaria, magna,et parua nu.
23. parua Cancellaria concedit et firmat literas intra ſuam pro-
uinciam tantum , magna in negotiis totius Coronę regiæ ibid.
nu. 25. et cum in capitulis Curiæ R. Martini ſcilicet in cap. Pri-
44 merament. † Proponatur forma generalis in expediendis lit-
teris iuſtitię tangētibus intereſſe partis deducibile in ius,forma
huiuſmodi non ſeruata , literæ ſunt nullæ. Panor. in cap. cum
ordinē.nu. 2. de reſcript. et ibi.plene per Felin.Mier. in d. cap.
item ſenyor,com per la ordinatio.verſ.ſed caueant.Idem in cap.
primeramēt ſenyor.verſ. nota ꝙ licet dñs rex. et col. 6. verſ.ex
his nota.& verſ.ſed an valerent literę per manū domini regis ſig
natę.vbi eſt caſus, in quo ſecunda iuſsio eſt expectanda. et qua-
liter intereſſe partis intelligatur.ibi.Mier.col. 3. 4. et verſ. ſequi
tur in tex. interes de part. et verſ. item nota,quod attēditur in-
F 3 tereſſe.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

tereſſe . quod et iure Romano obſeruatũ fuit. In nouella vt di-
uinę iuſsiones ſubſcript. habeant glorioſsimi quęſtoris. Mier.
vbi ſup. tamen literæ gratiæ et prouiſiones officiorum , quas
facit dominus rex, cũ ſola regis ſubſcriptione valent. Mier. in d.
cap. primerament ſeñor com per la occupatio. col. 1. verſ. ſed
literę de gratia, vt de officijs. etc. et col. 3. verſ. ſequitur in tex.
o proceis conexenſa. Et ideo in domo deputationis, in anno.
1578. die 8. Auguſti. cũ dubitaretur de validitare literarum regia
rum mandati et proriſionis locumtenentis generalis in perſonã
Ferdinandi de Toleto prioris Caſtellæ ordinis, S. Ioannis. Hie-
roſolimitani. In quib. nulla erat ſubſcriptio vicecancellarij. ( nã
eo tempore, iam non erat Cancellarius totius coronæ ) ſed duo
rum tantum regentium., fuit determinatum prouiſionem va-
lidam eſſe et recipiendam. quia prouiſiones officiorum ſunt gra
tioſę et non continentur ſub dicta conſtitutione. R. Martini. fa-
ciunt notata per ripam in Rub. extra de reſcript. nu. 14. et dec.
nu. 2. qua ratione ſcripſit. Idem Mier. in d. cap. primerament
ſeñor. col. 5. verſ. ſed numquid princeps poterit. quod prin-
ceps poteſt dare iudices delegatos, ſeu relatores et committere
cauſas ſiue firma cancellarij aut vicancellarij. quia hæc iudicis
adſignatio non tangit Intereſſe partis, cui ſaluum eſt ius recu-
ſandi iudicem datum et adſignatũ, ſi eſt ſibi ſuſpectus. Et quia
impetratio iudicis eſt actus extraiudicialis. cap. ex parte deca-
45 ui. de reſcript. † Dixi officia Doctorum Regij Concilij eſſe
ordinaria, et per legem inſtituta et creata, et propterea per mor
tem principis ea concedentis certis perſonis non expirare, ſicut
nec gubernatoris generalis officia , vicesgerentis gubernatoris,
cancellarij, vicecancellarij, regentis regiam cancellariam. quod
ex tempore Ferdinandi. 2. Inlelligo. nam hic in curijs anni 1493.
hęc officia erexit, inſtituit , creauit. in cap. 1. primerament. eſt
ſub tit. de Aud. e conſell real. et per alias conſtitutiones in alijs
curijs ſequentib. celebratas, de quib. In noua compilatione. tit.
de elect. numero, examine Doct. Regiæ aud. cap. 1. 2. et ſeq.
et facit cap. 2. eo. ibi. o altrament lo loc de algu o alguns dells





per qual ſeuol cauſa o manera, vacara. vnde colligitur loca et of
ficia Octo per d. conſtitutionem incipientem primerament. erec
ta et inſtituta et formata fuiſſe. accedit conſtitutio Reginæ ger
mane in anno 1512. cap. 1. primerament. eo tit. per quam fue-
runt addita quatuor alia loca, et diſtincta in duas claſſes. in cap.
7. Statuim mes auant y ordenam. huc pertinet cap. 8. iatſie. eo.
ibi. que las perſonas admetedores en algun lloc dels doze del
Real Conſell. Rurſus cap. 12. com per la bona adminiſtratio.
eod. ibi. ab approbatio dela preſent cort, erigim, ſtatuim y orde
nam, y cream vn nou cõſell real. et cap. 15. per maior expeditio.
eod. ibi ſtatuim y ordenam, que ſie leuat lo conſell criminal y
que ſe eregeſca vna tercera ſala dela audiencia y conſell real. et
ibi. y que per las cauſas criminals ſe creen tres Iutges de Cort
per nos nomenados. et ibi. tot lo demunt dit per altras conſtitu
tions. ex quib. iurib. apparet varie in his diſpoſitam fuiſſe in
diſtinctione concilij ciuilis et criminales. In his quoq. curijs quę
hoc anno. 1599. meſe Iulio fuerunt celebratæ multa in his ſunt
in mutata, quæ confirmant hanc ſententiã, quam trado de of-
46 ficijs doctorum regiæ audientiæ. † Sed tamen ex omnib. colli-
gitur officia hęc ordinaria eſſe et lege inſtituta et formata. Olim
non item. nam præter Cancellarium , Vicecancellar. Regentem
Cancellariam, fiſci. aduocatum, qui erant lege inſtituti, vt ex an
tiquis conſtitutionib. apparet ., quæ ſunt ſub. d. tit. de aud. e cõ
ſell Real . in antiqua compilat. et in tit. de offici de aduocats
del Fiſch. etc. cap. per repos dela coſa publica. Mier. coll. 10. in
curia Barc. Reg. Mariæ cap. 27. qui interueniebant in Regio
concilio pro decidẽdis cauſis ciuilib. vel criminalib. etſi in certo
numero fuiſſent inſtituti, vt in cap. ſi per nos o noſtros ſucceſ-
ſors o loctinent. tit. de audientia. in antiqua cõpilat. tñ erant nu
tuales et nominabãtur ad ſingulas cauſas, nec erãt diſtincti ad cer
ta loca et officia creata, erecta et inſtituta. et Ideo dubitat Mie. in
d c. primeramẽt. In cur. Bar. R. Mar. an potuiſſet eo tẽpore dñs
rex dare Iudices delegatos vel relatores in ſingulis cauſis, ſine fir
ma et ſubſcriptione vicecãcell. in col. 5. verſ. ſed nũquit princeps.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſic legim⁹ plures audiētias hoc modo celebratas fuiſſe ex docto-
rib. per Principem nominatis pro decidenda aliqua lite vna cum
Cancellario, vel vicecancellario & ſuo caſu Regente Cancellar.
Marq. in vſ. Princeps namq. col. 4. verſ. nota. 17. & in vſ. au-
ctoritate & rogatu. 2. col. 19. verſ. nota 2. & col. 21. ibi & ita fuit
determinatum. Idem & alij practici in plurib. locis referunt ſi-
47 milia concilia regia. † Hodie vero doctores regiæ aud. non ſunt
nutuales, vel ad nutum domini regis dādi pro cauſis decidendis
& tractandis in regia Aud. ſed ſunt delecti, certi, ſpeciales, cum
examine & approbatione ſecundum leges patrię, conſtituti,
qui ſoli poſſunt in audientiæ & concilij celebratione intereuni-
re. tit. de electione, numero, examine &c. doctorum regię aud.
48 in noua compilat. † Cōmiſsio vero cauſarum, quæ fit per Can-
cellarium, Vicecancell. regentem Cancell. & in quibuſdam ca-
ſibus regaliarum per Locumtenentem generalem, non eſt dele-
gatio, ſed diſtributio quædam cauſarum. Iaſ. in l. more maio-
rum. nu. 52. de iuriſdict. om. Iud. D. & ideo Doct. regij conci-
lij, cum ſint conſiliarij domini regis & ſupremi conſilij, iuriſdi-
49 ctionem habent ordinariam. Corſet. de poteſt. regia. q. 93. † Et
licet in prouiſionib. & electionib. quæ ex aliquib. annis retrola-
pſis fiunt per dominum regem de locis vacantib. in regia aud.
ponatur clauſula (durante noſtra mera ac libera voluntate) non
tamen hoc facit, quod per mortem Principis expirare & finiri
videatur officium in perſona illius, cui ſub illa forma comiſſum
eſt, & qui ſub ea clauſula eſt electus, prouiſus & nominatus,
quaſi ceſſet voluntas nominantis; aut quod cenſeatur extincta
nominatio aut reuocata; ſed legis miniſterio ſuſtinetur electio.
Bart. in d. l. more maiorum. nu. 17. quod ſimili non ineleganti
ab eodem comprobatur: nam ſi quis alicui cauſam delegauerit,
donec eam duxerit reuocandam, per mortem delegantis non vi
detur comiſsio reuocata. cap. ſi delegatus. de offic. deleg. in ſex.
vbi glo. morte. quę tamen in fine dubia remanet, & ideo facul
tatem remouendi ab officio retentam per principem, illa clau-
ſula operabitur, non delegationem, aut prouiſionem tempora-
lem,



lem, vt in dictis locis plene ab omnibus legiſtis & canoniſtis ob-
ſeruatur. & ſi loqui permittitur, hæc facultas remouendi electū
ab officio ex cauſis a iure expreſsis, tacite in eſt in nominatione
& prouiſione. l. cum prętor. verſ. lege. de iudic. l. caſsius. de ſena-
torib. D. & ibi. not. & in regula: infamibus. de reg. iuris in ſex.
in l. 2. de dignitat. C. Bart. in l. 2. nu. 5. in fine & nu. 6. ad leg.
iul. repetund. D. not. in l. 1. vt omnes iudic. tam ciuiles, quam
crimin. C. in rub. de pœna iud. qui male iud. C. in cap. 1. de ſen
tent. & re iud. in ſex. & modo, quo hodie exprimit, debet ad
cauſas legitimas referri, & non ad nutualem & voluntariā prin
cipis voluntatem, nulla legitima cauſa ſubſiſtente: quia hoc in
conſtitutione, quę dat principi electionem & nominationem, nō
continetur. operatur autem tantum, quamdam in nominato &
prouiſo perpetuam admonitionem, & ſtimulum ad bene & fi-
deliter ſe habendum in exercitio officij. not. in l. 3. deleg. 1. D.
ſed hęc viderint conciliarij collaterales domini regis. videatur
omnino. Bened. in cap. Rainutius verbo. duas habens. nu. 37. &
ſequentib. de teſtam. ex. Calic. in extrauagatorio curiarum. cap.
7. nu. 106. verſ. quæro an ex. ſed intelligitur loqui ſecundā for
mam prouiſionum ſui temporis, quæ hodie eſt alterata. In eadē
conditione ſunt cętera officia ordinaria, tam deſeruientiū in re-
gia audien. & in illius miniſterijs; quam aliorum, qui extra re-
giam aud. vel in ſtationib. regunt adminiſtrationem, in quibus
hęc eadem clauſula (durante noſtra mera ac libera voluntate) ap
poni hodie ſolet, ſi modo ſint officia per conſtitutiones & alia
iura patrię inſtituta, creata, formata. vt Alguzirij ordinarij. tit.
de offici de Alguazirs. lib. 1. conſtitut. In noua compilat. vt Ba
iulus generalis, regij patrimonij procurator, magiſter rationa-
lis, locatenētes in officijs magiſtri rationalis et baiuli generalis ac
regij procuratoris. vt Theſaurarius vt prothonotarius, ſcribę mā
dati, et alij minores officiales. de quib. ſpeciales tit. extant in no-
ſtris conſtitutionib. nam morte principis non expirat iſtorum
prouiſio, nec indigent noua prouiſione. et hoc iure vtimur, et
fuit obſeruatum hoc anno 1598. ſequuta morte domini regis
Philip-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

50 Philippi. Sane abſente domino rege á prouincia, † primogenito
aut regis Locumtenente, dormit Cancellaria regia & illius offi-
ciales omnes, qui regem, primogenitũ vel regis Locũtenentẽ ſe
quuntur.cap.1.2.3. in curia Bar. R. Martini. Mier. coll. 8. cap.
1.2.& coll. 10. in curia. R. Mariæ.cap.7.num.3.4.& coll.11.cap
2. les cauſes.in curia Barc. Alfon.4. & coll.9.in curia Ferdinan
51 di.cap. 35.ne ex beneficio.† Et in audientia gubernatoris gene-
ralis vel vicesgerentis illius,cum doctorib.regij concilij,qui eum
ſequũtur,tractantur pręſidente adſeſſore,vel antiquiore in quali
bet aula.literæ quoq. expediuntur & omnia mãdata in ſcribania
maiore gubernationis Cathaloniæ,nõ in regia cãcellaria.cap.1.
de aud.del gouernador vice Regia.in noua cõpilat.eſt cõſtitutio
Ferd.2.in curia Bar.ann.1493. cap.7.Mier.in d. cap. les cauſes.
Alfonſi 4. col.9. verſ. ſequitur in tex. lo ordinari.cumduab.ſe-
quentib.col.& in d. cap. ne ex beneficio.nu. 84. ibi ſequitur in
tex. ad noſtram. cum duab. col.ſequentib. idem coll.6. in cap.
præterea.rub. de offic. gubernatoris. in curia Ceruarię Petri. 3.
col.2. verſ.ſed in Cathalonia dominus Rex per ſuam ſpecialem
regaliam. & col. 3. ibi. ſed alij gubernatores.& ibi.ſed hodie pri
mogenitus,qui eſt omnium regnorum generalis gubernator.&
col.8.verſ.conſueuit etiã.ibi. credo quod gubernator. facit cap.
5. in curia R. Marię. Ferrer. vbi ſup. cap.17. & plenius cap.4.
per totum.licet autẽ dormiant & ceſſent prędicti miniſtri& ma
giſtratus,non tamen finitur eorũ officiũ, neq.expirat.& hoc iu-
re vtimur.redeamus ad notitiã magiſtratuũ huius prouincię.di-
ximus primũ magiſtratũ ordinariũ eſſe gubernatorẽ, qui ſi eſt
primogenit⁹ vel infans, eſt gubernator omniũ regnorũ,non ali
ter.Inde vicesgerentes ſiue ſpeciales gubernatores prouinciarũ,
qui pręſidib. ęquiparant.illi autẽ Pręfectis Prætorio,vt antea di
xi. ex Mier. in d. c. præterea. n.5.10.& Ferre.in d. c.4. ſecundi
gradus ſunt vicesgerentes gñalis gubuern.ſiue ſpeciales guber-
52 natores. de quibus dixi †. Tertiũ gradũ obtinet magiſter ratio
nalis,cui incubunt ex illius inſtitutione & creatione cõtenta in cõ
nſtitutione Ferdi.2.ſub tit.de offici de meſtre rational. rationes
omnes



omnes fiſcales apud eũ exiguntur,& omnes officiales regij com
puta illi reddere tenentur . vt Baiulus generalis, regij patrimo-
nij procurator, theſaurarius, & alij inferiores officiales. & hic
ex ordinarione domus regiæ originem habet & inſtitutionem.
Mier.coll.6.in cur. Montiſonij Petri 3.cap.22. in fine.qui citat li
brum ordinationũ domus regię ſub titulo de officio Cancellarij.
ibi.Los ſcriuãs empero al meſtre rational đ noſtra cort per raho
de ſon offici,ſots meſos tant ſolament foragitats. ſub hoc ordine
ſunt Locũtenens in officio magiſtri rationalis, & qui adiutores
dicuntur.de his magiſtratib.Camill.ad Bellu.in tit.de orrline &
forma ſtãdi & ſedendi .& in plurib.addit.poſt eundẽ Bellugam,
qui hos magiſtratus enumerat.Gregor. de regno Frãciæ & alijs
53 prouincijs lib.47.† ſequitur baiulus gñalis in Cathalonia & pro
curator regij patrimonij,in Comitatib.Roſsilionis & Ceritanię.
de quorũ officio extant pragmaticę in tit.de officio baiuli gene-
ralis etc.in 2. vol.conſtitu quę ſunt Alfon.4.plura in conſti.po-
ſitis ſub.eodẽ tit.in 1. vol. conſtit. Mier. coll.10. in curia Mariæ.
cap.23.ab ſerie.Hic eſt antiquiſsimus magiſtratus pro recuperã
dis & colligendis reditib. regijs inſtitutus & ordinatus. de quo
Guill.in vſ.baiulus interfectus. in prin.& Cali.col.2.verſ.quæro
an baiulus domini Regis.& huius poteſtas ab initio erat coar-
ctata ad colligendũ reditus regios, poſtea fuit ampliata ad cog-
nitionẽ cauſarũ regij patrimonij.Mier.in d.cap.ab ſerie. ſub eo-
dem ordine ſunt Locũtenens in officio Baiuli generalis, vel pro
curatoris regij patrimonij, & illorum miniſtri.vt in eadem rub.
obſeruatur. & hi omnes quos dixi habent ſuũ tribunal, & cog-
noſcũt de cauſis ad eorũ iuriſd.pertinẽtib. habet autẽ hic magi-
54 ſtratus ſuos adſſeſſores,ſcribas, curiã. † Alius ordinarius magi-
ſtratus ſub ſequitur,ſcilicet theſaurarius generalis.de quo in pra-
gmatica R. Alfon.4. ſub tit.de offic.de Theſorer.in 2. vol.con-
55 ſtit.extãt conſtitut. ſub eodem tit.in 1.vol. † Sequitur alius ma-
giſtratus magnæ auctoritatis,qui cõſeruator gñalis nũcupatur.
56 ſub tit.de offici de conſeruador general.vol.2.cõſtit.† Sũt & vica
rij ac baiuli in vicarijs& baiulijs diſtinctis pſidẽtes,qui ordinariã
in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

in eiſdem exercent iuriſd. pro domino rege, de quib. iam pridē
57 diximus. † Et Almiratus maris de quo et eius iuriſdictione in
pragm. Iacobi. 2. data Barc. 4. non. Octo. 1313. alij quoq. fuerūt
olim magiſtratus, qui hodie receſſerūt ab vſu, vt ex plurib. prag-
maticis, et alijs noſtris iurib. antiquatis poteſt colligi. Bellugavbi
58 ſup. et additur ad eum. † Cæterum, quia propter abſentiam do
mini regis fuit neceſſarium aliquem magiſtratum deputari, qui
pro eo et illius nomine regalias exerceret et vniuerſalem in pro-
uincia haberet iuriſdict. qui per conſtitutiones et iura patrię nō
fuit deſtinatus, hunc Locumtenentem generalem appellarunt.
hic repreſentat perſonam domini regis, et alter nos nucupatur,
habet ampliſsimam poteſtatem et auctoritatem. ad eum eſt pro
uocatio et recurſus, qui eſt ſumma regalia cap. 1. quę ſint rega-
lię. in feud. et in vſ. alium namq. Barones, abſente domino re-
ge et Locumtenente generali, abſolutam habent quodāmodo
iuriſdictionē in ſuis baronijs et diſtrictib. quia regaliarum exer
citium remanet ſuſpenſum, et ideo fuit neceſſarium vt genera-
lis Locumtenens regiæ maieſtatis vniuerſali ipſius prouinciæ ad
miniſtrationi præficeretur. ab eo ſupplicatur ad eundem, idemq.
regis tribunal repręſentatur, quod in domino rege præſente, et
per eum regis abſentia ſuppletur, et pro pręſentia reputatur in
pace et bello. itaq. caput eſt omnium magiſtratuum, cæteri au-
59 tem magiſtratus membra. † hunc plerique Pręfecto Prętorio
compararunt, ad exemplum illorum, qui per Imperatores mit-
tebantur ad regendas prouincias in tit. de offic. Præfecti Præto-
rio Aphricę. de officio Pręfecti Prætorio orientis. et in alijs tit.
ſed vix poſſunt omnia, quæ in iure Romano tractantur de Pre-
fecto Prætorio, Locumtenentib. regis, noſtri temporis accomo
60 dari, etſi veriſsimū ſit plura reperiri vtriq. cōmunia. † Sane hęc,
quę ad magiſtratus pertinent magnam ex temporum ſucceſsio-
ne varietatem receperunt. l. 2. P. poſt originem. verſ. quod ad
magiſtratus attinet. de origin. iur. D. et apud Rom. dum regibus
populus regebatur tribunus celerum ſecundum locum a regib.
obtinebat, et militib. pręerat. exactis regib. conſules ſunt con-
ſtituti



ſtituti, et populo aucto dictator ſummus magiſtratus creatus,
cui adiunctus alius magiſtratus, magiſter equitum, et cum
Imperator in vrbe ſuperuenit, Pręfectus Prætorio, qui ſecun-
dum locum habuit poſt Principem et Imperatorem, creatus eſt.
l. 1. de officio Præfecti Prætorio. D. recte itaq. ait Pomponius
in l. 2. P. poſt deinde. verſ. hunc magiſtratum. de origine Iur. D.
quod erat regib. tribunus celerū, hoc dictatorib. tribunus equi-
tū quod officiū fere tale erat, quale hodie Præfectus Prætorio
facit d. l. 1. verſ. ad vicem. ait lex. ad vicem magiſtri equitum
Præfectos Prætorio antiquitus conſtitutos eſſe, a quibuſdam
ſcriptorib. traditum eſt. & ibi. regimentis reipublicę ad Impera
tores perpetuo tranſlatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equi-
tum, Pręfecti Prætorio a principib. electi ſunt, data eis plenio-
pleniore licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. de hac
mutatione magiſtratuum, ſecundum varia tempora. Gregor.
61 lib. 47. cap. 12. nu. 11. vſq. ad finem illius cap. † Apud nos lo-
cumtenens generalis alter nos eſt, et non ſecundum locum poſt
Principem obtinet, ſed eundem locum; nec ab eo ad regem eſt
appellatio aut recurſus. idem eſt enim tribunal, idem regium
conciliū: tantaq. eſt apud eū poteſtas, vt, rege abſente, omnia poſ-
ſit, quæ ipſe rex poſſet, ſi præſens eſſet, ijs dumtaxat exceptis,
quę per iura patrię et mores maiorum non poſſunt ſeparari a
perſona regia. ſic enim ſe res habet, vt princeps ipſe in manda-
to, quod facit, totum ſeſe, in ipſum ſuum locumtenentem ge
neralem profundere et omnem ſuam poteſtatem in eum tranſ-
ferre videatur. hic ergo per ſimilitudinem cum Præfecto Præ-
torio comparantur. d. l. 1. ibi. regimentis Reipublicę ad im-
peratores perpetuo tranſlatis, ad ſimilitudinem. etc. et vere ma
gis Pręfecto Prætorio poteſt comparari, quam alijs magiſtratib.
Romani Imperij. rege pręſente, ceſſat omnino huius poteſtas;
ordinariorum poteſtas, etiam gubernatoris generalis nō ceſſat.
62 † Cum autem hæc Prouincia habeat regna vicina externa, par-
tim Francorum, partim Turcarum, et propterea ſint conſtituta
præſidia in limitib. Prouincię aduerſus hoſtes, ſintq. multi mi-
lites

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

lites ſtationarij in pręſidijs, propterea dominus rex generalem
capitaneum in prouincia deputauit, ad quem militaria omnia au
xilia & miniſteria pertinet. quem magiſtratum, magiſtro mili
63 tum compararunt. l. 1. C. de offic. magiſtri militum. † Vnde a
multis quęſitum eſt, an ab eo ad locumtenentem generalem ſit
prouocatio? & noſtris temporib. hæc controuerſia valde agitata
eſt, cum Idem magiſtratus commiſſus ſit locumtenenti genera
li. Olim ab hoc magiſtro militum vel Capitaneo generali, ad
locumtenentem generalem prouocatio ſine controuerſia admit
tebatur. Ferrer. in obſeruat. 3. par. cap. 115. & duob. ſeq. quinimo
& in prima inſtantia ſæpenumero locumtenentes generales
de delictis cognouiſſe militarium perſonarum, ideſt ſtipendiato
rum & ſolidatorum, in numeris militiæ deſcriptorum & ſub
vexillis conſtitutorum, exempla illa demonſtrant, quæ ille in
d. cap. 116. ſcripſit & alia viciniora plęrique affirmant Perpinia
ni accidiſſe tempore Locumtenētiæ Archiepiſcopi Cęſaraugu-
ſtæ, & Marchionis de Lombai. hoc autem rationib. plurib. con
firmatur. in primis certum eſt, quod in hac prouincia vnum de
bet eſſe caput, in quo regia poteſtas repræſentatur, nō plura ca-
64 pita. † Hoc autem eſt locumtenens generalis, qui locum prin
cipis repreſentat, illius locum obtinet, ſedet in eodem tribunali.
habet idem regium concilium, eandem Cancellariam, illi pa-
riter omnes magiſtratus totius Prouincię & omnes Prouinciales
magnates, duces, barones, ciuitates, vniuerſitates, prælati, omnes
milites religionum, obediunt & obtemperant pariter ac domi
no regi. & ideo primum locum, in perſonam domini regis in
Prouincia obtinet, ad quem omnes appellationes & recurſus de
feruntur iure principali ac regio. quam obrem non pręſidet vt
Præfectus Pretorio, locumtenens ipſe, ſed vt Princeps & illius
nomine & in eius perſonam. In notitia Romana à magiſtro mi-
litum, non erat prouocatio, ad Pręfectum Prętorio. quia viri il-
luſtres comites, & magiſtri equitum et peditum in prouincia-
les, nullam penitus habent poteſtatē, nec ampliſsima præfectu-
ra, in militares viros. l. 1. 2. de officio magiſtri militu. C. l. 1. de
offic.



offic. Præfecti Prętorio. D. quia iſtorū vterq. habebat primūlocū
poſt principem, vel dictatorem. Locūtenens generalis, non ſe-
cundum locum obtinet, ſed eundem. & idem tribunal. nec eſt
appellatio ab eo, ad regem: nec ab eo ad regē eſt aliquis gradus
medius cognitionis. ſic enim noſtris legib. ſtatutum eſt. & de iu
re vicegerentes principū eādem poteſtatē habēt quā ipſi prin-
cipes. boſſ. de princ. et eius priuileg. nu. 87. Rurſus legibus Ro-
manis, a magiſtro militū ad regem fuit prouocatio. cum autem
locumtenens generalis in perſonam domini regis, primū locum
in prouincia obtineat, ad eum appellatio erit a magiſtro militū,
ſicut foret ad regē, ſi in Prouincia eſſet. quia extra prouinciam
appellatio non recipitur. Alfonſ. 4. in curia Barc. cap. les cauſes.
Mier. coll. 11. cap. 2. les cauſes. col. 7. ibi. ſequitur in tex. q̄ no
puguen eſſer tretas de aquell. Ergo in Prouincia debet eſſe ali-
quis, ad quem recurratur, ſicut ad regem, recurſus eſt. quę eſt
regalia ſuprema in Prouincia. vſ. aliumnamq. cognoſcit autem
locumtenēs gñalis de iſtis cauſis appellationū a magiſtro militū
ſeu capitaneo generali interpoſitarum, cum regio conſilio. &
hoc fuit obſeruatum tempore fiderici de Portugalia archiep. Cę
ſarauguſt. & Marchionis de Lombay. & minime ſunt mutanda,
65 L. minime De legib. D. † pręſertim, cum in Cathalonia, Con
ſtitutio & vſus ſeu conſuetudo, quantum ad legis eſſentiam
equiparentur. cap. deſijants. cap. mes auant. tit. de obſer. leys y
conſtitut. ſunt Ferdin. 2. in curijs Bar. 1. & 2. not. in fortiorib.
66 terminis Ferrer. ita obſeruatū in curia gubernatoris cap 83. † Po
ſtremo in hac prouincia, quę proprijs legib. & morib. regitur,
nullus poteſt eſſe magiſtratus, qui legib. patrijs non ſit ſubditus,
regalijs ſuppoſitus, & illi præcipuæ & maximę regalię, per quā
67 ſubuenitur oppreſſo. d. vſ. alium namq. † hęc autem regalia cū
alijs, Locumtenenti generali cōmunicatur. igitur ad eum erit
appellatio et recurſus a quocūq. magiſtratu in prouincia exiſtē-
te. alioquin, ad quem eſſet recurſus? quia extra prouinciam non
datur. poſtremo, nihil magis conuenit fidei publicę, quæ reſidet
in Principe, nihil magis ad Regis honorem pertinet & rectam
reipu-

reipub. adminiſtrationem, quam vt ſit in prouincia aliquis, ad quem, Principe abſente, confugere poſsint omnes maiores & minores. Accedit alia ratio, quia per locumtenentē generalem occuritur ſcandalis, abſurditatib. turbationib. quæ ex confliƈtu magiſtratuum interſe de ſuperioritate contendentium orirentur. cap. paſtoralis. de reſcrip. ex. que omnia cōfunderentur, niſi eſſet hic ſupremus magiſtratus, qui in perſonam regis omnia componit, omnia conciliat, & inter omnes omnino in prouincia habitantes, et ad eam declinantes, vel per eam quomodolibet tranſeūtes, pacem facit, ſecuritatem pleniſsimam promittit, & ſeruat. omitto, quod magiſter militum procedit cum conſilio voluntario, et per eum pro arbitrio adſumpto, vnius aſſeſſoris vel duorum, auƈtoritate publica minime approbatorū; locumtenens generalis in omnib. cauſis ciuilib. & criminalib. di[illegible]ndis et terminandis, ſuum habet regium concilium, ex mu[illegible] viris doƈtiſsimis & magnæ fidei & auƈtoritatis formatum, cum approbatione regij ſupremi concilij, & nominatione regia, cum examine & longa vitæ, ac morū inquiſitione in concilium cooptatis & in ſenatu regio receptis. Atque hi ſunt magiſtratus huius Prouinciȩ & hæc iuſtitiȩ adminiſtrandȩ forma. nam cætera minutiora, quȩ in noſtris legib. de iure reddendo, de iudicijs habendis & exercendis, continentur, non eſt opus receſere properantem ad grauiora, & hanc magiſtratuum notitiā breuiter percurrentem. prelatorum quoq. Eccleſiaſticorum formam iudiciorum, integram & inuiolatam religionem prætereo. Nobilium, magnatum, militum, richorum hominū, qui omnes ſub nomine baronis, etiam ſi ſint prȩlati eccleſiarū & Eccleſiaſticȩ perſonæ, continentur, omnes curiȩ ſuam habent formā iudiciorum, a quib. non ſolum appellatio ſecunda ad regem per miſſa eſt ex regis prȩrogatiua & regalia. vſ. alium namq. ſed & in plurib. caſib. regaliarum in prima inſtantia cognitio cauſæ re-
68 gis eſt, non baronis. d. vſ. alium namq. vt iam iam incipiam declarare, hoc enim inſtituti eſt noſtri.† Enimuero ignoratio notitiȩ magiſtratuū, et ipſius formȩ iudiciorum & ordinū, magnas

parit



parit in tota prouincia difficultates, magna incommoda. nam qui ad prouinciam mittuntur, nullam habent prouincialiū notitiam, mores hominum ignorant, leges prouinciæ, ſtatuta, ritus; & dum aliarum prouinciarum iura, quæ nonnulli percepta habent & cognita, quæq. putant æqua, iuſta, occurrētib. caſib. in hac prouincia ſtudent aptare, accōmodare & applicare, duorum alterum efficiunt, aut cauſam contentionis miniſtrant ipſis prouincialib. vt de violatione ſuarum legum quȩrimoniā faciāt; vnde ſepenumero multi & magni labores in adminiſtratione iuſtitiȩ ſuſcitantur, aut grauiſsimæ iniuriæ prouincialib. inferuntur, qui plerunq. malunt omnia ſufferre, & perpeti, quam de afflictionib. expoſtulationē facere. vtrumq. magnum quidē malum, ſed poſterius maximum, dum prouinciales iniuſte affliƈtātur, & miſere præmunt̄ atq. crucianrur. Huic tam magno malo, vnum tantum videbatur remedium conueniens & opportunū; ſi mittantur, qui hȩc bene nouerint & prouinciæ leges, mores prouincialium, ritus iudiciorum cognouerint; aut qui hȩc intelligere & cognita habere cupiāt & obſeruare. Sic enim diuinus ille Plato dicere ſolebat, beatas tunc fore reſpub. ſi aut philoſophi reges eſſent, aut qui eas regerent, philoſopharentur, hanc coniunƈtionem videlicet poteſtatis, ac ſapientiæ ſaluti cenſuit ciuitatib. eſſe poſſe. Vnus mihi liber Ciceronis, vna epiſtola ad Quintum fratrem, qui in Aſiam prouinciam ſibi à ſenatu decretam mittebatur, inſtar eſt omnium librorū, qui de hac re ſcripti circunferuntur, & exemplum omnium inſtruƈtionum, quæ in Regia domo appoſite ordinantur & ijs, qui in prouincias mittantur cum magna religione obſeruandȩ cōmendantur. in ea etenim epiſtola Cicero, Quintum fratrem ſic admonet, ſic hortatur ad prouinciam regendam, vt nullum prȩtermiſiſſe officiū videatur diligentis & moderati imperij. quæ maxime colenda & obſeruanda ſunt ijs, quib. Imperium ita datum eſt in prouincijs, vt illud redderent, & ab ijs legib. datum eſt, ad quas reuertendum eſt. ſtatus prouinciæ cōmiſſȩ cum primis ſpeƈtandus eſt, ſi pax in ea reperiatur, & tranquillitas, vt cuſtodiatur. Nam

G dormien-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dormientem gubernatorem ſumma pax obruere, vigilantem etiam delectare poteſt. ſi bellum aliquod magnum & periculoſum immineat, omnia præcauenda ſunt. euitandū, ne vel hoſtium inſidiæ, prælij dimicatio incauta; defectio ſociorum, inopia ſtipendij aut rei frumentarię, ſeditio exercitus, prouinciam infeſtent. hæc enim per ſæpe ſapientiſsimis viris acciderunt. ex quo genere hominum prouincia conſtet, intelligat præſes, quib. vicinis & ſocijs adiuuetur; qua neceſsitudine cum ea, exteræ vicinę prouinciæ coniunctę: vt quantum in illis fiduciæ ſit ponendum intelligatur. reſiſtendum eſt pecuniæ, voluptati, & omniū rerum cupiditati, vt improbum quēq. negotiatorem, aut paulo cupidiorem publicanum comprimere præſes prouinciæ poſsit. nec ſatis eſſe ipſum præſidem hasce habere virtutes, ſed eſſe circunſpiciendum diligenter, vt in hac cuſtodia, prouincię omnes miniſtri Imperij, ſiue à principe tanquam comites, & adiutores negotiorum dati, in quib. non oportet omnes ſordes ſcrutari, aut vnumquēq. eorum excutere: ſed quantum ſit in vnoquoq. fides, tantum vnicuiq. cōmittere: ſiue ex domeſticis coniunctionib. ad miniſterium vocati, vel ex neceſſarijs apparitionib. quos præſes ſecum eſſe voluit. in quib. ipſum non ſolum facta, ſed etiam dicta pręſtare oportet. Hos itaq. tales eum eligere oportet, quos poſsit recte facientes, diligere, minus conſulentes exiſtimationi Imperij, facillime coercere. aures pręſidis ſint ad audiendum paratę, in quas ficte & ſimulate nihil inſuſurretur. ſit anulus, non vt vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu: non vt miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis voluntatis pręſidis. Accenſus, hoc eſt ſecretarius, quem ſibi miniſtrum optarit, ſit eo numero, quo maiores noſtri eum eſſe voluerūt, & cui non multo ſecus, ac ſeruis imperetur. Lictores & apparitores, præferant dignitatis inſignia, non poteſtatis. toti deniq. prouincię ſit cognitum pręſidi ſalutem omnium ſubditorum, liberos, famam, fortunas eſſe chariſsimas. ſit hæc opinio, nō modo ijs, qui acceperint aliquid, ſed ijs etiā, qui dederint, præſidem, ſi id cognouerit, futurum inimicum. ſit perſpectum omnibus nihil per eos, qui iactant ſe





apud pręſidem multum poſſe, ab ipſo ſolere impetrari. in ſuos vel domeſticos, vel comites & adiutores, ne ſit aut nimiū durus aut ſuſpitioſus. Sed ſi quis ex ijs nunquam in ſuſpitionem auaritæ venerit, illi negotia cōmittat rectiſsime. ſi quis vero ſit, de quo aliquid ſenſerit, illi nihil eſt credendum, nulla pars exiſtimationis cōmittenda. ſi quis in prouincia, qui ante fuerit ignotus, in familiaritatem præſidis penitus intrauerit, illi quantum credendum ſit, videndum prudenter. Laborandum ſummopere, vt prouinciales alienum hominem ament ex animo; ac non ſui commodi cauſa ſimulent. multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuscuiuſq. natura: frons, oculi, vultus perſępe mentiuntur: Oratio vero ſæpiſsime. ſit pręſidi nota tota prouincia, ſicut vnicuiq. ſua domus nota eſſe debet. publicani & vectigalium redemptores, ſiue prouincioles ſint, ſiue exteri, ſic tractandi, vt ne illis aduerſetur pręſes, neq. in omnib. reb. obſequatur, ne dum nimium illis indulget, funditus eos perire patiatur, quorum non modo ſaluti, ſed etiam cōmodis conſulere debet. ſuadendum prouinciaIib. vt ſuſtineant publicanos, cum vectigalia regia, ad bella externa ſuſtinenda & ad domeſticas diſcordias ſedandas, & pacē in prouincia retinendam, maxime ſint neceſſaria. Sed illud in hoc genere hominum ſummopere curandum, ne iniquis, acerbis & grauib. vectigalib. prouincia, contra ipſius inſtituta vexetur & oneretur. ſumptus hi & tributa ciuitatum, ab omnibus, qui earum fines incolunt, ſi ęqualiter ſuſtinentur, facilme tollerantur. ſunt hęc pręſidi pręcauenda diligenter, vt cum non ſolum ciuib. pręſit, ſed & ſocijs, omniū quib. pręſit cōmodis vtilitatiq. ſeruiat. Itaq. ſummā debebit adhibere diligētiā, ne æs alienum in ciuitatib. ſibi cōmiſsis contrahatur, vetere ſi quod erat magnū et graue, liberentur: nullas in oppidis ſeditiones, nullas diſcordias durare permittat: prouideat, vt ciuitates optimatū conſilijs adminiſtrentur. cædes reprimat, pacē in tota prouincia cōſtituat: & nō ſolū illa itinerū atq. agrorum; ſed etiam multo plura & maiora oppidorum, & templorum latrocinia depellat: in



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

iure dicendo adſit ſumma ſeueritas, quę non varietur gratia, ſed conſeruetur æquabilis. Sed parui refert, ſi ab ipſo Prę́ſide ius dicatur ęqualiter & diligenter; niſi idem ab ijs fiat, quib. ille muneris aliquam partē conceſſerit. Et cum negotiorum magna varietas in prouincia adminiſtranda ſit, ea tota iuriſdictione ſuſtinetur. In qua ſcientię pręſertim prouincialis ratio, & legum ac iurium ipſius patriæ cognitio, & praxis expedita eſt. itaq. conſtátia dumtaxat eſt adhibenda in iure reddendo, & grauitas, quę reſiſtit non ſolum gratię, verum etiam ſuſpitioni. Adiungenda etiam eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia. ſit facillimus aditus ad pręſidé; pateant aures omnium quęrelis, nullius inopia ac ſolitudo excluſa ſit, non modo illo populari acceſſu ac tribunali; ſed ne domo quidem aut cubiculo. Deniq. in toto imperio nihil acerbum, nihil crudele ſit; ſed omnia plena clementię, manſuetudinis, humanitatis. nam ſi hęc in ea prouincia iucunda ſunt, in qua rex ipſe adiri poteſt, & in qua ob eam rem tot ſunt magiſtratus, tot auxilia, tanta ſenatus regij authoritas; certe in ea prouincia, in qua tanta multitudo ciuiū, tanta ſociorū, tot vrbes, tot ciuitates vnius hominis nutū intuētur: vbi nullū auxiliū eſt, nulla cōquæſtio, nulla concio, nullus ad quem recurratur, erunt quā gratiſſima. Hæc & multa alia Quinto Ciceroni in Aſia Pręetori obſeruanda inſinuauit Marcus frater, quę pręſcripta eſſe ijs, qui mittuntur ad prouincias regendas ex Cyro Xenophontis, cum Africano exiſtimauit. Sed hoc viderint, qui in aula ſunt, & quibus hæc res curę eſſe ſolet, & debet: nos vero ad alia tranſeamus.

## *SVMMARIA.*

1 *Regalia in numero plurali in antiquis monumentis legimus, et vulgo regalia in numero ſingulari appellatur.*

*Regalia*



2 *Regalia quæ ſint.*

3 *Regalia iura quare dicantur.*

4 *Regalia iura competunt cuilibet non recognoſcenti ſuperiorem.*

5 *Papa & Imperator ſunt duo primi fontes omnium dignitatum.*

6 *Comites & duces non recognoſcentes ſuperiorem creant dignitates ſua dignitate inferiores.*

7 *Regalia, alia ſunt fiſcalia, alia patrimonialia, ſicuti & bona principis.*

8 *Regalia fiſcalia, quæ dicantur, quæue patrimonialia?*

9 *Patrimonialia ante incorporationem libere alienari poſſunt.*

10 *Fiſcalia Iura non alienantur.*

11 *Regalia diuiduntur in maiora & minora; licet aliqui tertium addant genus: & quæ ſeparari præſcribiq. non poſſunt.*

12 *Regalia iura in Cathalonia aliter diuidi.*

13 *Regalia iura, quo ad inſtitutum vſatici noſtri, alia ſunt ſecularia, alia eccleſiaſtica.*

14 *Regalia ſecularia quæ competunt comiti Barcinone*

 *cinone*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*cinone quam plurima ſunt, remiſsiue.*
15 *Baiulus generalis cognoſcit de rebus patrimo-*
*ny, regioq. patrimonio.*

## QVID SIT REGALIA REGIA, ET de regaliarum Diuiſione.

## CAP. 5.

1 QVAE ſint regalia, † ſeu regaliæ, declaratur exemplis
in cap. 1. quę ſint regalia. in feud. & licet in vtroq. gene-
re fœminino & neutro, nomen hoc pluralis numeri re-
periatur; tamen Budęus ad. l. 1. de offic. Præfect. Prętor. D. ſcri-
bit regalia, plurali numero, in antiquis monumentis vbiq. repe
riri & vocitari, quam regaliā numero ſingulari vulgo nunc ap-
pellamus, verbo ab errore vſurpato. ergo regalia dicenda ſunt,
cum ius illud vtendi fruendi, ſignificare volumus, quod rex ha
bet in bonis & patrimonijs ſui regni, ſecularib. aut eccleſiaſticis.
vt ſacramentum fidelitatis, quod pręlati eccleſiaſtici pręſtant, vt
alia pleraq. quę Carolus de Graſſallijs duob. libris complexus eſt,
2 qui & in eodē numero plurali, regalia vocauit † ſunt autem re-
galia, vt plenius hoc verbū explicetur, iura alta & ſuprema Prin
cipis in ſuo regno, quę etiā iura ſpecialia quis dixerit, vel prero-
gatiuas, vel priuilegia Principis, vel ſuperioritates. Calic. noſter,
eximius practicus ſub nomine Margaritę hæc iura cumulauit.
3 de Graſſalijs, iura alta nuncupauit. † Hæc iura regalia dicun-
tur, quia ad ſolum regem pertinent in ſuo regno, & ad Im-
peratorem in ſuo Imperio. Boſſ. in titul. de regalijs num. 2. 3.
ex alijs. quos citat. ex eo quod quis creatur rex, habet omnia
regalia regi congruentia. vt accidit in omnibus regnis Hiſpa-
nię. Nam ante erant Comites, & poſtea fuerunt creati Reges.
quinimo



4 quinimo Comes Barcinonæ † Et quilibet alius, ſiue Comes, ſiue
Dux, non recognoſcens ſuperiorem habet regalias. Bald. de
Afflict. & alij in d. cap. 1. quæ ſint regaliæ. Boſſ. vbi ſup. nu.
7. 8. ſiue de iure non recognoſcant ſuperiorem, ſiue de facto:
etiam ſi ſint creati Reges, aut Duces, à Papa, vel Imperato-
5 re, † qui ſunt duo primi & maximi fontes omnium dignitatū.
in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, Marchio. in feud. in cap.
ſolitę. de maior. & obed. in cap. per venerabilem. qui filij ſint
legit. extra. in clemen. paſtoralis. De ſententia et re iud. Boſſ.
vbi. ſup. num. 13. Igneus in l. neceſſarios. P. non alias. parte. 2.
nu. 160. et parte. 4. in princ. ad Syllania. D. Claud. Seyſell. Sa-
baudien. in ſpeculo feud. rub. qui feud. dare poſſ. in principio.
Eguin. baro de benefic. lib. 1. cap. 3. et plurib. ſeq. Luneburgē-
6 ſis in conſuetudin. feudor. cap. 5. † Ex quo fit vt iſti vel Comites
vel duces, poſsint creare dignitates ſua dignitate inferiores, ſi nō
recognoſcunt ſuperiorem, vel ſi hoc illis in creatione et erectio-
ne Comitatus, aut Ducatus conceſſum ſit per ſuperiorē. Seyſell.
vbi ſup. in ampliationibus, et limitationibus, vel niſi veniat
in conſequentiam dignitatis conceſſę, & erectę. Seyſell. verſi
quod dupliciter limitandum eſt. Ferrar. Montan. in vſus feu-
dorum lib. 5. cap. 7. Ioannes Borcholtenc Luneburgenſis in
7 cap. 1. quæ ſint regaliæ. in feud. nume. 7. † Hęc regalia Re-
buffus alia dicit Fiſcalia, alia patrimonialia. quia & bona prin-
cipis quędam ſunt fiſcalia, quædam patrimonialia. In ordi-
nati. galliæ in. tit. vt benefic. anteq. vacent non conferantur.
arti. 1. gloſ. fin. verſicul. item aduertendum eſt. Quod & nos
alias diximus ex Peregrino de iure fiſci. & hi ex Luca de Pen.
8 in l. quicumq. de omni. agro. de ſer lib. 11. Cod. † Fiſcalia ſunt,
quę populus regi pręſtat, ad ſuſtinenda onera Reipub. hæc
nulli ſunt per Principem concedenda. periret enim paulatim
Regnum ſiue Imperium, ſi iſta concederentur. cap. intellecto.
de iureiur. ex. can. monemus. 12. q. 2. ibi. ne Eccleſia Dei ad
nihilū redigatur. patrimonialia ſunt, quę ad vſum principis ſunt
deputata, & quę patrimonio principis incorporantur, ſeruatis
G 4 ſeruan

ſeruandis,ex cauſis ſcilicet & delictis,ex quib.confiſcatio fit & ſe
quitur incorporatio. rub.de bonis vacantib. & de incorporatio-
9 ne.l.ſi quando aut alicuius.l.fin.eo. l.2.de fund. patri.lib.11.† &
hęc ante incorporationem libere alienari poſſunt,poſt non poſ-
ſunt ſine magna cauſa,& iuſſu principis.l. idem Iulianus.P. fin.
verſ. ſed & ea prædia.de leg.1.D. ſicut nec alia bona patrimonia
10 lia.† Fiſcalia vero iura,vt dictum eſt, non conceduntur,nec alie-
nantur.nam ideo ſtatutum eſt ius fiſcale, & vt bona fiſco appli-
centur, vt principes habeant neruos ad tuendum remp. & eam
defendant ab inimicis : deinde vt negotia regni adminiſtrentur
cum pecunijs fiſcalib. tum , vt populus ſubleuetur onerib. ſed
& vectigalia publica ſunt ad id quoq. inuenta, vt viæ publicę,
pontes , muri , et loca publica reficiantur,et conſeruentur. Re-
11 buf. vbi ſup.art.2.glo. 5. Alij hæc iura. † et regalia diuidunt in
maiora et minora.Luneburgenſis in d.cap 1. quæ ſint regalia.n.
3. ex alijs quos citat.Igneus vbi ſup. par.1.nu.378.et parte.2.nu.
161.Ferrar.Montan.lib.5.cap.7. verſ. regalia ad huc bifariam ſe
habent. Claud.in d. rub. qui feudum dare poſſunt. circa prin-
cipium.verſ. prædicta tamen. Sed Igneus addit tertium genus;
Sic enim loquitur.Regaliorum tria ſunt genera ; quædam ſunt,
quę principi ita inhęrent,vt neq. cedere,neq. a ſe abdicare, neq.
eis vti,niſi per ſe ipſum poteſt.cap. cum non liceat.vbi glo. non
obſtante.cap. cum nobis.vbi glo.centum annorum : & ibi. Fe-
lin. de præſcriptio. quædam ſunt iura principis , quæ per a-
liũ explicari poſſunt;cæterum , qui ea explicant debent eſſe de
maiorib.magiſtratib.quia per eos tantum explicari poſſunt; &
hæc omnia iura pręſcribi non poſſunt . alia ſunt in quib. cadit ti
tulus,& conſequenter habilitas poſſeſſoris & pręſcriptio. quędã
et tertio,quę Princeps ſalua ſua maieſtate concedere poteſt. Alij
hæc aliter diuidunt, vt ex ijsdem locis deprehendi poteſt.quib.
addo,quę ſcripſit Ign. vbi ſup. parte 3. in principio. & parte 4.
etiam in princ.Zaſ.de feud.par.5.qui feudum dare poſſ. vel acci
12 pere.Bellapertica in rub.qui feud. dare poteſt.Boſſ.vbi ſup.† ſed
& noſtri Cathalani hæc regalia aliter diuiſerunt.Calic. in Mar-
garita


garita ſeparat iura fiſcalia.3.6.7 dubio.& iura propria Principis.
8.dub.Marq. in hoc vſ. alium namq. not.3.4.& in vſ.hoc quod
iuris.col.33.fol.309. diuidit Regalia Comitis Barc.in ea, quæ illi
competunt iure cõmuni;&ea,quę competunt iure huius patrię.
13 † Quæ vero inſtituto noſtro accommodatiſsima videtur, ea eſt,
quã & Carolus de graſſalijs eſt ſequutus, vt alia ſint regalia ſecu
laria,alia eccleſiaſtica.habet enim Comes Barcinonæ,de quo lo-
quimur, ſiue Rex Aragonum in hac prouincia quædam rega-
lia ſecularia,quædã Eccleſiaſtica.vtraq. illi cõpetunt vt Principi
habenti ſupremã poteſtatẽ in ſua prouincia,& in ea non recog-
noſcenti ſuperiorem. de regalijs ſecularib. ſeu quæ cõpetunt in
ſeculares,ſiue,barones & richos homines,ciuitates,vniuerſitates
& bona ſecularia,non inſtitui aliquid dicere contentus remiſsio-
ne, quam inferius faciam:de regalijs autẽ eccleſiaſticis , ſeu quæ
regi competunt in perſonas eccleſiaſticas,& bona earũ & eccle-
ſiarum dicam aliqua ſub pia & chriſtiana correctione . quia ni-
hil intendo decidere,aut determinare ; ſed tantum referre et cita
re authores;et quid ſeruetur in regia Aud. recenſere , vt exteris
gentib.quarũ occaſione hic noſter labor ſuſceptus eſt, et hoc ſtu
dium inſtitutum, ſit nota huius prouĩcię Catholicę et religioſæ
et in ſanctam Sedem Apoſtolicam, Romanãq. Eccleſiã omniũ
eccleſiarum et vniuerſorum Chriſti fidelium magiſtrã, obedien
tiſsimę,iudiciorum ratio,forma;notus ritus,et procedendi mo-
dus.Hanc regaliorum diuiſionẽ ſtatuerũt omnes interpretes in
cap.1.de his qui feud.dare poſsunt.et cap.1. Epiſcopum vel Ab-
batem . in vſib. feud. Rebuf. in. 1. diuiſione feudi, qua dicitur
aliud Eccleſiaſticum,aliud ſeculare.Claud.Montan. Zaſ. Lune-
burgenſis,& alij vbi ſuperius. Cuiac.ad Gerardum Nigrũ ſuper
eiſdẽ capitib. Canoniſtę.in cap.cęterũ.de Iud. in cap.verũ.de fo
14 ro cõpet.in c.1.2.de feud.† Regalia autẽ ſecularia, quę regi Ara
gonũ, & Comiti Barc.competunt in hac prouincia Cathalonię,
quã plurima ſunt,& quã notiſsima:ſiue fiſcalia iura ſpectes, ſiue
patrimonialia bona. Calic. vbi ſup.dub.3.6.7.& rurſus dubio.8.
in prærogatiua milit. in extrauagatorio curiarum in tract. de
moneta

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

moneta. Marq. in d. vſat. hoc quod iuris eſt ſanctorũ. Antonius
Amat in reportorio. ver. rex, regina Regia maieſtas. per totũ.
qui refert notabiles caſus, qui ſuo tempore In hac ciuitate con-
tigerunt in hac materia, & multas contentiones deputatorum,
quas vtile eſt ſcirę et memoria repetere, vt ſi denuo ſimiles ca-
ſus occurrant, cautius in illis procedatur. quia huiuſmodi con-
tentiones ſolent excitare magna incõmoda; & plerũq. Calcitra-
mus contra ſtimulum. cum rege verſãgendũ reuerenter, pru-
denter & rariſsime. fęlix, quẽ faciunt aliena pericula cautum.
Idem Amat in verbo deputati. & in verbo princeps verb. priui
legium. Idem poſt verbum, rex, facit breuem ſummam poteſta
tu, quas dominus rex dedit & attribuit ſuo baiulo generali Pe-
15 tro Cacoſta. † Quod cognoſceret de reb. patrimonij regis, de
reb. feudalib. & emphytheoticarijs, quarum rex eſt dominus
directus: de omnibus reb. fiſcalib. & fiſco regio pertinentib. &
citat amat eo loci pragmaticas regias. Petri tertij in anno. 1348.
ſuper his editas, & ſuper conſeruanda pecunia depoſita pro lui
tione facienda, quæ omnia obſeruabis. vnde intelligere etiam
poteris veriſsimũ eſſe id, quod nos ante dixeramus, regi Petro
tertio tribuendã eſſe aconomiã ſplendidam & magnificam do
mus regię. nam hic quoq. ſuum baiulum generalem magnis
dotib. in iuriſdict. illuſtrauit. eadem regalia ſecularia tractant
antiqui gloſatores. & Marqui. in proprijs locis, videlicet in vſat.
in quib. hæc iura fundantur. vt in vſ. ſimili modo. vſ. auctoritate
& rogatu. ij. vſ. camini & ſtatę. vſ. princeps namq. vſ. alium
namq. & in alijs quam plurimis. Mier. in conſtitutionib. quæ de
ijs diſponunt formiter, aut informiter. & in tract. de afflict. &
oppræſsionib. qui in manib. habetur nondum impræſſus. Calic.
de pace & treuga. de ſono emiſſo. Socarrat. in varijs locis, prout
caſus illi occurrũt. exemplũ in cap. ſi aliquis dominus. nu. 61. in
fine. & tractat in eodem capite plura iura alta principis Cathalo
nię. cætera colliget qui hęc videre volet in proprijs ſedib. cuiuſq.
prętogatiuę. In Eccleſiaſticis regalib. iurib. plura occurrunt trac
tanda, ſi ea plenius attingere propoſuiſſem ſed ero contentus
aliqua



aliqua breui & ſuccincta explicatione, quam ad hunc vſ. alium
namq. applicare volui, vt redderem rationem exteris gentib. de
modis, procędendi in regia aud. Cathaloniæ, circa res Eccleſia
ſticas et bona eccleſiarum. ſed anteq. hunc laborem ſuſcipiam,
quędam omnib. regalib. iuribus cõmunia explicanda prius vi-
dentur. nam ſemper generalia pręmittenda ſunt, vt quæ dein-
ceps ſequuntur, faciliorem lui prębeant intelligentiam.

## SVMMARIA.

1 *Regalia Iura tribus modis adquiri, per erectionem dignitatis regalis, per conceſsionem et per præſcriptionem et longeuã poſſeſsionem.*

2 *Qualiter regalia Iura acquirantur per erectionem dignitatis.*

3 *Comes Barcinonæ poteſt dignitates omnes ſua inferiores creare.*

4 *Comites Cathaloniæ ab antiquo, a quibus creati fuerunt, et quæ illis competant: et quæ ſint regales dignitates. n. ſeq.*

5 *Dignitates regales dicuntur illæ, quæ non recognoſcũt ſuperiorẽ, licet ſint comites ſeu duces. differũt enim ſolo nomine a regia dignitate.*

6 *Comites Cathaloniæ olim pretendebant non obedire comiti Barc. nec venire ad eum vocati.*

regalia

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

7 *Regalia ſuperiora in erectione dignitatis non veniunt, niſi ſpecialiter ſint conceſſa.*

8 *Regalium iurium conceſſio non comprehendit, niſi ſolita concedi.*

9 *Regalia iura ſolita concedi in triplici ſunt differentia.*

10 *Quædam ſunt competentia in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

11 *Expreſſio in conceſſione regalium quibus modis fiat.*

12 *Regalia maiora concedi poſſunt, ſi ex conceſſione magna diminutio dominij concedentis non ſequatur.*

13 *Regalia ſuprema nullo modo conceduntur, nec conſuetudine, vel præſcriptione adquiruntur.*

14 *Regalium conceſſio per viam legis & conſtitutionis poteſt fieri, etiam in ſupremis.*

15 *Regalium poſſeſſio qualiter probetur.*

16 *Locumtenentis regis mandatum non extenditur ad omnia, quæ poteſt rex, quantumcũq. ſit generale.*

17 *Curias generales ſolus rex celebrat: & quando infans, vel regina.*

*Parla-*



18 *Parlamentum generale a ſolo rege conuocatur.*

19 *Regaliarum exercitium, vſat. auctoritate & rogatu & ſimilium in locumtenentem generalem transfertur.*

20 *Princeps plures caſus poteſt expedire, quos inferior non poteſt, remiſſiue.*

21 *Præſcriptione non adquiruntur, quæ ſeparari non poſſunt a principe.*

22 *Principi reſeruata expreſſe, raro conceduntur.*

23 *Princeps ſeu rex de quibus rebus patrimonialibus poſſit diſponere.*

33 *Matrimonium morale, et policiticum dicitur contractum inter principem et rempub. ſui regni.*

34 *Regaliarum conceſſio non extenditur ad vnita, et incorporata coronæ.*

35 *Regalia qualiter preſcriptione adquirantur.*

36 *Præſcriptionis immemorialis magna eſt vis.*

37 *Regalia plura ſunt, quæ inmemoriali præſcriptione non adquiruntur.*

38 *Principis conceſſio nullum ius tribuit circa annexa coronae et adhaerentia omnino.*

39 *Principi eſt a populo data ſuprema poteſtas ipſeq.*

ipſeq. ſolus habet neruum iuriſdictionis & imperij.

31 Principes eſſe miniſtros dei, & de illorũ cura.

32 Reſpublica, fiſcus & princeps, pro vno ponuntur.

33 Preſcribi non poſſunt quæ nec poſſideri.

34 Preſcriptione non adquiruntur, quæ magnam coronae regiæ inducerent diminutionem.

35 Preſcribi an poſsit Imperium merum, & quæ vſaticorum iure præſcribantur.

36 Vſaticus, hoc quod iuris eſt ſanctorum, de qua preſcriptione intelligatur.

37 Fiſci bona nondum vnita, nec incorporata, ſed delata, preſcribuntur ſuo tempore.

38 Preſcribi poſſunt res patrimoniales quas rex habet vt priuatus, & quæ ſint huiuſmodi.

39 Poſſeſsio octuaginta Annorum eſt recepta in cathalonia, ad res patrimoniales adquirendum, preſcriptione.

40 Poſſeſsio immemorialis et lxxx. annorum non admittit probationem, niſi ad docẽdum tantum tempus, non fuiſſe elapſum.

41 Regalia iura poſſunt in curijs de conſenſu bra-

chio



chiorum inſtitui, vel erecta extingui: et de his inſtituendis et extinguendis, remiſſiue, cum ſeq.

42 De tallijs et collectis aliqua obſeruãda, remiſſiue

43 Veſtigal nouum in curijs imponi poſſe et impoſitum extingui, et ibi de pluribus iuribus ſimilis ſpeciei.

44 Regalia iura plura ex principum conceſſione obtinet ciuitas Barcinonæ, et que ſint.

45 Rex, an poſsit filium ſuum regem creare. et de aliquibus regibus, qui regno renuntiarunt.

## DE REGALIVM CONCESSIONE, præſcriptione, etc.

## CAP. 6.

EX omnib. quæ multa ſunt & late diſputata per ſcribentes iuris communis Rom. ciuilis. & Pontificij in proprijs ſedibus & per interpretes iurium municipalium, quę iura communia, ſunt in ea Prouincia, in qua ſunt conſtituta, de regalium iurium adquiſitione; hęc tantum in ſumma proponenda exiſtimaui, ne alioquin in immenſum, currente tota, opus incœptum creſceret, & contra inſtituti rationem in aliam et ab argumento propoſito alienam, tranſiret queſtionẽ.
1 † Regalia iura, tribus potiſsimum modis adquiri notiſſimum eſt, ex traditis per ſcribentes in l. imperium. de iuriſd. omnium Iud. D. in l. ſeruitutes. La gran de ſeruitutibus. tit.

gene-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

generali.D. in cap. 1. de his, qui feud. dare poſsunt. cap.1. epiſ-
copū vel abbatem.etc.in feud. in cap.1. quis dicatur dux, Mar-
chio, comes. etc. in cap. cum non liceat. cap.ad audientiam.
cap. cū nobis. cap. auditis.de preſcriptionib. ext.& in particula
rib. tractatib.de pręſcriptonib. Primus modus eſt per erectioné
et creationem dignitatis regalis factam ab eo, qui ius habet hu
iuſmodi dignitates erigendi & creandi. Secundus modus eſt
per ſpecialem regaliū iurium cōceſsionem. Tertius modus eſt
per præſcriptionem & longam poſſeſsionem tanti temporis,
quantū in ea re deſideratur.

1 Igitur per creationem † regiæ dignitatis & erectionem
tranſeunt ipſo iure in eam digniratem & in perſonam, quæ in
ea ſuccedit, iura regalia competentia de iure vel, conſuetudine
regi, & hic rex poteſt regalia hæc exercere. Idem in creatio-
ne comitis, ducis, Marchionis, reſpectu eorum regalium, quæ
vnicuiq. tribuuntur. Boſſ. in titu. de regalijs. num. 3.4.5. Bal.
in cap.1. quę ſint, regalia. in fine. Reges autem creat vel Papa
vel Imqerator: nam hi duo tantum ſunt primi duo fontes om-
nium dignitatum vt antea dixi. Boſſ. vbi ſup. nu. 11. Claudius
in Rub. qui feudum dare poſſunt. verſ. primo ergo circa prin-
cipē. et hi reges taliter ab ipſis Papa vel Imperatore vel vtroq.
creati, ſæpe in ſuis regnis non recognoſcunt Imperatorem, nec
Papam in temporalibus, ſaltem de facto. Boſſ. vbi ſup. nu.13.ex
Corſeto de poteſtate regia.q.49. eodem modo ſe habet comes,
dux, Marchio, creatus ab eo, qui ducem, comitem, marchioné
creare poteſt. nempe Imperatore, Papa, rege, & quolibet mo-
narcha, qui in ſuo diſtrictu non recognoſcit ſuperiorem. Claud.
vbi ſup. verſ.ſecundo amplia. hęc aliter antiquiſsimis tempo-
rib. expediebantur. Cuiac. ad titu. de his, qui feud. dare poſſ.
Montan. de feudis lib. 2. cap.1. per totum. & lib.5. cap. 7. nam
ex hoc ipſo, quod quis eſt creatus dux, vel talia caſtra, oppida,
erecta ſunt in ducatum, (in comite, & marchione ſit eadem in-
ductio) tranſeunt regalia in ducem, duci competentia, & in-
ducatum ſimiliter. Claud. vbi ſup.verſ.ſecundo amplia.& verſ.
idem



Idem etiam dicendū eſt. Bal in d. cap.1. verſ.vltimo nota, quod
3 ſi Papa.Boſſ.vbi ſup.n.5. † & conſequenter Comes Bar. omnes
dignitates inferiores ſua potuit creare, vt vicecomites, valuaſo-
res, nobiles, milites, & omnes magiſtratus pro adminiſtratione
iuſtitiæ neceſſarios: habuit etiam omnia regalia, fiſcalia, & patri-
monialia, quę monarchę & principi non recognoſcenti ſuperio
rē competunt & iure tribuntur. Boſſ. vbi ſup. nu.5. Claud. vbi
ſup. verſ. quod dupliciter limitandum eſt. quia in dignitate Co
mitis Barc. non recognoſcentis ſuperiorē & ſic, Monarchæ in
ſua prouincia, hęc omnia regalia iura includuntur, & continen-
4 tur, quæ competunt regi in ſuo regno.† Sed quia abſurdū vide-
retur ſub comite eſſe in eodē comitatu Duces, Marchiones, &
ſic dignitates ſuperiores ipſa ſua naturali, & communi appella
tione, propterea Comes barcionæ non creabat Duces, Marchio
5 nes, neq. alios Comites. quia ſoli illi † Comites, Duces Marchio
nes dicuntur habere regiam, vel regalē dignitatē, qui in ſuis co-
mitatib. ducatib. Marchionatib. exercent iura regalia, & tenent
locum regis, nec differunt a rege, niſi ſolo nomine: qui vero du-
ces, comites, Marchiones tenent feuda ſub dominio alterius, vel
regis, vel Comitis iura regia tenentis, & ſubſunt illi, in cuius do
minio feuda tenent & alias illum in ſuperiorem recognoſcunt,
ij non dicuntur habere regiā dignitatem, & ſub titulo & nomi-
ne Duces, nec inſignib. ducalib. vtuntur Paris de Puteo de
integrat.feudor.cap.1.nu.3.4.5.ſic in Sicilia, ſic in Flandria, ſic in
hac prouincia cernere licet. & licet tempore Comitum Bar.fue
rint Comites vrgelli, Ceritaniæ, Roſsilionis, tamen hi creati fue-
runt & huiuſmodi dignitates erectę per regem Francię, ſub quo
idem Comes Barc. militabat & erat illius vaſallus. quod ius du
rauit vſq. ad tempora Vuifredi ſecundi ante annum Dcccc. tē-
pore Caroli Calui regis Francorum nepotis Caroli magni, vt eſt
in genealogia Comitu Barc.& Marq.ſcribit in vſ.cum dominus
Raimundus.fol.12. colu.2. & fol. 4. in fine & fol.13. col. 1.Guil
lermus in eodem vſ. cum dominus. num.19.ibi. & hic Carolus
ante mortem ſuam. ſcribit etiam Soccarrat. in cap. habito de
H homa·

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

homagio. nu. 23. Et ex illa antiqua erectione, & creatione comi-
tum, quos Carolus magnus inſtituit in Cathalonia, peruenit iu
re antiquiſsimo ad Comites merum Imperium, & quod ſint po
teſtates: inferiores autem, vel magnates, vel barones, Marq. vbi
ſup. fol. 12. col. 2. Calic. ibid. col. 3. verſ. ſed quęro an alij Comites
& not. in vſ. ex magnatib. Socar. in cap. barones, nu. 21. qui ad ba
rones extendit merũ imperiũ, ſi ab antiquo eo ſint vſi quia Petr.
2. per ſuã conſtit. hoc illis reſtituit. quod ibi Latius explicatur. Idé
Socar. in cap. ſi aliquis habet hominem. nu. 51. qui vero barones
dici debeant in hac prouincia ſcribit Socar. in d. cap. barones. nu.
1. aliter iure feudorum communi. Boſſ. in tit. de principe. num. 1.
6 & ſeq. † prætendebant etiam ſuo tẽpore alij Comites, non obedi
re Comiti Barcinonę, & contra eum guerreiare, & nõ venire ad
curias Comitis Barcinonę. Sed hæc omnia ceſſarunt, cũ Comes
Barc. fuit vaſſallagio liberatus, & factus princeps non recognoſ-
cens ſuperiorem, & hodie ex longiſsimis retro temporib. in deſ-
uetudinem abierunt Calic. in vſ. hæc ſunt vſualia. verſ. & hic quę
ro, an vſatici. Alij Comites, & Duces, creant & erigunt dignita-
tes inferiores in vim priuilegij a Papa, vel Imperatore illis cõceſ-
ſi in creatione, & erectione Claud. vbi ſupra. verſ. idem etiam di
cendum eſt de alijs principibus. ſane Duces, Comites, ſi non re-
cognoſcunt ſuperiorem in ſuo Ducatu Comitatu, & iura Regia
exercent, ij, licet titulũ ſuę dignitatis ex erectione Papæ, vel Impe
ratoris habeant, tamen ij omnia iura regalia exercebunt: alij. Du
ces, Comites, intra fines & Imperium alterius conſtituti, cum ſu
periorẽ recognuſcant, nec ſinit primi & ſuprẹmi in ſuo Ducatu
& Comitatu, ij ea regalia iura obtinent, quę in ęrectione, creatio
7 ne Ducatus, Comitatus, ſunt exprẹſſa: † ſuperiora regalia, nõ ha
bẽt, niſi ſpecialiter conceſſa ſint, aut veniant in conſequentiam
conceſſorum. Boſſ. de regalijs, col. 1. 2. Claud. in rub. qui fẹudum
dare poſſ. verſ. ſecundo amplia, & verſ. quod dupliciter limitan-
dum eſt. Montan. in fẹuda. lib. 2. cap. 1. verſic. ſed et quẹlibet. &
verſ. quod autem ciuitates. & lib. 5. cap. 7. Quod in Hiſpania, Ita
lia, Gallia çernimus, quę ſunt multis Ducib. & Comitib. illu-
ſtratę



ſtratę. In ſecundo modo adquiſitionis iurium regalium, hæc re-
8 gula obſeruatur, † vt per conceſsionem iurium regalium fac-
tam ab Imperatore, Papa, aut alio monarcha in ſua dominatio-
ne, & ſi generalis conceſsio ſit, ea tantum regalia iura, cenſen-
tur, data & conceſſa, quæ ſolita ſunt concedi. Boſſ. in titul. de re-
galijs, num. 23. 24. Claudius vbi ſupra, verſic. vnde verum eſt, &
9 verſic. quod dupliciter limitandum eſt. Montan. vbi ſupra. †
Sunt autem regalia iura, quoad prẹſentem articulum, in quo de
conceſsione illorũ agitur, in triplici differentia. quędam inferio-
10 ra, & minora, quædam ſuperiora & maiora: & horum, † quæ-
dam ſunt prẹcipua in ſignum ſupremæ poteſtatis competentia,
alia quę etiam non ſupræmis principib. competunt. Lunebur-
genſis in cap. 1. num. 3. 4. quæ ſint regalia. Claud. vbi ſupra. per
generalem igitur conceſsionem iurium regalium a ſupremo
principe factam, inferiori, & qui ea exercere habeat intra fines
dominij ſupremi & concedentis, non transferuntur, niſi mino-
ra. Luneburgenſis vbi ſupra. numer. 9. alia maiora non trans-
11 feruntur, niſi exprimantur. † quibus autem modis expreſsio
fiat & quibus modis tranſlata eſſe cenſeantur, & per quæ
verba. Claud. vbi ſupra. verſicul. quod dupliciter limitan-
dum eſt. cum pluribus ſequentibus verſicul. ex Felin. &
alijs. Boſſ. de regalijs. numer. 23. & ſequent. quem nota. Lu-
neburgenſis vbi ſup. numer. 9. & ſequentib. & quibus clau-
ſulis vtendum, & conceſſa intelligantur. ibidem. & Boſſ. nu-
12 mer. 23. cum ſequentib. Claud. vbi ſup. verſ. † Item quod di-
xi de regalibus dignitatibus. maiora autem hæc, ita demum
concedi poſſunt, ſi ex huiuſmodi conceſsione, magna demi-
nutio dominij ipſius concedentis non ſequatur. quia ſi hinc
ſequatur talis deminutio, non valebit conceſsio, nec prin-
ceps concedens videtur fuiſſe intentionis, ea concedere. Boſſ.
numer. 32. & ſequentibus & numer. 36. idem in titul. de Prin-
cipe & priuileg. eius numero. 382. Montan. de feudis lib. 2.
13 capite. 1. † ſuprẹma regalia, nullo modo conceduntur quia
ſunt reſeruata in recognitionem ſuperioritatis, & ſupræmę
H 2 poteſta-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

poteſtatis,quam non conuenit decolorari & in ſuis præeminen
tijs & prærogatiuis prę iudicari.cap.intellecto.ext.de iureiuran.
Bal. in prælud. ad feuda. verſ. expedita definitione. ibi. circa
quod quęro. & ibi. in contrarium videtur. Igneus in d. P. non
alias. parte. 2.nu. 161. & ſeq. Claud. vbi ſup. verſ. primo ergo
limita. Montan. in feuda lib.5. cap.7. verſi. regalia adhuc bifa-
riamſe habent. Sane , ſicuti hæc ſupræma regalia concedi ne-
queunt per Principem;quia ſunt reſeruata in ſupremæ poteſta-
tis recognitionem,vt dictum eſt,ſic nec per conſuetudinem,aut
præſcriptionē adquiri ; quia hæc eſt tacita conceſsio , quę prohi
bita eſt in ijs, ſicut expreſſa. Montan. d. cap.7.verſ. igitur rega
lia ad Principem Romanũ.ibi.idem reſpondemus de quibuſdã
rebuspub. Venetis puta,vt poſt modum declarabitur.Sane prin
ceps in populum petentem & ad vtilitatem populi poteſt in ca-
ſib. ſpecialib. aliquam ex ijs prærogatiuis ſuprę mis a ſe abdica-
re & in populi magiſtratum aliquem conferre. ſic accidit de
recurſib. & de ſecundis appellationib. in hac prouincia, quoad
cognitionem iurium generalitatis Cathaloniæ;vt ex ijs , quæ in
14 locis prædictis tractantur, colligi poteſt. Accedit ijs,† quod hæc
conceſsio facta à rege generali Cathalonię & ſic toti vniuerſitati
Cathalonię,eſt facta per regē cũ curia generali,&hoc modo per
viam conſtitutionis & legis poſſunt aliqua regalia,etiam maio-
ra transferri & concedi. Ign. in d.P. non alias. parte.1. nu.376.
quia hinc reſultat capacitas & habilitatio recipientis.ibi. nu.388.
395. & pluribus ſeq. & inferius dicetur.Sed & hoc obſeruandũ,
cum de probanda conceſsione regaliorum agitur,ea res ſumitur
ex tenore priuilegij & conceſsionis , vel erectione dignitatis.
Boſſ. de Principe & de priuilegijs eius.nu.292. & ſeq. Quod eſt
valde notandum.nã eſt caſus,in quo deſideratur ſcriptura Boſſ.
ibid.et Iſer.in conſtit. regni Sicilię.in c. 1. in verb. inſtrumenta.
de probat p inſtrumēta etc.& in tit.de probat. Sed an ſufficiat,
inſtrumentum referens ſi non reperitur relatum? in Boſſ. ibid.
15 num.360.† Sed et poſſeſsio vſus regaliorum , ſicut et iuriſdi-
ctionis probatur teſtibus,et alijs inſtrumentis in caſibus exercitij
receptis



receptis. Boſſ. ibid. nu.266. & plurib. ſeq.quæ ſunt obſeruan-
da;quia vtilia & quotidiana,præſertim in hac prouincia , in qua
barones exercent quædam regalia , quorum neq. priuilegium
neq. titulum habent.Boſſ. ibid.nu.246. hæc,quæ de conceſsio-
ne regaliũ dicta ſunt ad eum effectum, vt intelligamus, quibus
regalib. iurib. vti poſsit vaſallus, cui caſtrum donatum eſt cum
iurib. regalib. vel is, quem Princeps in ſuo dominio comitē fe-
16 cit, vel alias cui de iurib.iſtis priuilegium datum eſt : † hæc ea
dem in principe creante Locutenentē ſuum cũ poteſtate vel
plena,vel ſimplici obſeruanda erunt.Belluga in rub. de poteſt.
Locumt. generalis.nam verba & clauſulę cõmiſsionis & man-
dati ſpectantur, puta damus vobis vices noſtras, ponimus & de
putamus te in locum noſtrum, vel facimus te Locumtenentem
noſtrum generalem,& alter nos. Boſſ. vbi ſup.nu. 87.& plurib.
ſequentib. quę etiam ſunt valde obſeruanda in hac prouincia,
propter generalia verba mandati regij, quod habent Locumte-
nentes generales , qui veniunt ad gubernandã prouinciam no-
mine domini regis.nam ſi verba ſpectes,omnia poſſunt,quę ipſe
rex, ſi præſens eſſet:tamen populus proteſtatur in ingreſſu regi
minis & ante pręſtationē iuramenti, de obſeruantia conſtitutio
num generalium Cathaloniæ,vſaticorum Barcinonæ,priuilegio
rum quorumcunq. vſuum,conſuetudinum, & aliornm iurium
patrię, & non conſentit in ijs, quæ fiunt in contrarium, vel de-
rogationem;licet verba priuilegij ſint apta plura alia comprę hē
dere. Mier. collat. 10. in curia Reg. mariæ. in procem. nume.
17 11.12.& hæ proteſtationes ſaluant noſtra iura.† quinimo ea, quę
non poteſt rex per alium expedire,vt celebratio curiarũ genera
lium,vel parlamentũ generale,vel petitio donatiui gratioſi, prę
ſtatio iuramenti in ingreſſu regiminis,& antequã illi iuramentũ
fidelitatis pręſtetur,& ijs ſimilia, non fiuut per Locumtenentes
generales,& ſi verba mandati & regij priuilegij illis dati hęc cõ
pręhendant. eſt enim ipſiſsima perſona regis in his actib. neceſ-
18 ſaria. † Sed nec parlamentum fit niſi a ſolo rege, qui conuocat
brachia ad illius celebrationem. & quando conuocetur curia &
H 3 pro

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pro quib. negotijs: quãdo parlamentũ, & in quo differunt. Mier.
coll. 10. rub. de execut. prouiſionũ. n. 5. 6. & ibi remiſsiue. latius
c. 5. de prorogat. curiæ n. 4. 5. & c. 6. vbi ſit curia celebranda dixi
ſuperius. nec legimus celebratas curias p̄ Locumten. gñalẽ, niſi
eſſet conſors aut infans vt Ioan. 2. maria Alfonſi conſors. Eleon.
Pet. cõſors. aut primog. vt Philipp. Caroli. 5. filius. & in his caſib.
quia populus ad citationem cõparuit & curiã habilitauit. Mier.
coll. 7. in curia Eleo. in procem. & coll. 10. in curia mariæ. in. 1.
cap. quod eſt primum procem. col. 4. hęc enim & alia plura
ſunt de maximis regalib. & reſeruatis Principi Cathalonię, &
quę non poſſunt cõmitti ſaluis iurib. patrię, nec demãdati. exer-
citium † tamen regaliarum, auct. & rogatu, ſimili modo, cami
19 ni, moneta, in Locumtenent. generalem, qui eſt alter nos, tranſ-
fertur propter regis abſentiam. & hos proceſſus facit prorex in
nomine regis. Mier. coll. 10. in curia R. Marię. tit. de cõmiſſa-
rijs inhiben. nu. 8. ibi. hęc intellige vera. Sed quę ſunt ſigna &
demonſtrationes regalium ſoli principi reſeruatorum, & quæ
alij in eodem Principatu & dominio exercere non poſſunt, ſine
ſpeciali gratia Principis, & quando nec cõcedi poſſunt? Sane plu
ra ſunt, & aliter in principibus eccleſiaſticis, vt Papa & alijs prę
latis maiorib. eccleſię Catholicę, aliter in ſecularib. vt Imperato-
re & alijs Monarchis dignoſcuntur. & vt omittam ea, quę iure
cõmuni ſtatuta ſunt de quib. abunde Boſſ. tit. de principe. nu.
381. ex Felin. in cap. cum non liceat. de pręſcript. ex. & cap. quę
in eccleſiarum de conſt. glo. in cap. quo ad translationem. de of-
ficio legati. ex. nam ex ijs, quę traduntur per Felin. & glo. colli
gantur caſus in quib. † poteſt Princeps quod non poteſt inferior
20 principe. & Dec. in d. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. nu.
13. & plurib. ſeq. nempe circa limitationem vel declarationem
iuris diuini, iuris naturalis, & reuocationem, vel diſpenſationem
iuris poſitiui. de quib. etiam in l. fin. vbi glo. generali iuri. ſi con-
tra ius vel vtilitatem pub. C. & ibi omnes. Couar. in cap. 6. lib. 3.
reſolut. & in rub. de teſt. parte. 2. Rebuf. in ordin. Galliæ. tit. de
reſcrip. in pręfationib. q. 9. per totum. omitto faſtidioſam iſtam
& ſuper-



& ſuperuacaneam cumulationem & congeriem remiſsionũ. ſed
non ſilebo Lucam de Penna in l. contra publicam vtilitatem. de
re milit. lib. 12. C. qui pulchra ſcripſit & valde notanda. redeo ad
Dec. in. d. cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. nu. 13. & ſequen-
tib. vnde hęc facile intelligentur. quę poſſunt etiam Comiti Bar.
& regi Aragonũ applicari: tamen in hac prouincia habemus re-
gulam receptiſsimã reſeruatorũ ſupremo principi, quę nulli cõ
petunt, nec poſſunt plerunq. ſeparari a perſona principis, nec cõ
cedi, nec per alios exerceri; niſi in perſona & nomine ipſius ſu-
premi principis & ex illius ſpecialiſsimo mandato. quinimo nec
primogenitus aut conſors poteſt illis vti, ſine prędicto manda-
to: † & ideo nec præſcriptione adquiruntur cc. annorũ hoc eſt
21 nulla temporis præſcriptione adquiruntur. In vſat. hoc quod
iuris eſt ſanctorũ. in vſ. ex magnatib. in vſ. auctoritate & rogatu.
ij. vſ. ſimili modo. vſ. Camini & ſtatæ. vſ. Princeps namq. in hoc
nobiliſsimo vſat. alium namq. Ergo ea, quę competunt Comiti
Barc. vt poteſtati primę & ſupremæ & ſingulariter pronũtiatę,
ex eo quod eſt poteſtas & ſuperior omnib. poteſtatib. magnatib.
baronib. & alijs in hoc comitatu degentib. & quomodolibet
tractantib. & competunt iure poteſtatis ideſt, ex eo ſolum quod
eſt poteſtas, † hęc ſunt reſeruata principi Cathalonię nec facile
conceduntur expreſſe. Iudaic. in d. vſ. hoc quod iuris eſt. plenius
22 Guiller. verſ. & nota, quod regaliæ principis. idẽ Iud in d. vſat.
ex magnatib. glo. & alij. in vſ. poteſtatem & poſtea latius dicetur
ſane ex ijs, quę ſunt principi reſeruata & cõpetũt iure poteſtatis,
et ex eo ſolũ, q̃ eſt poteſtas, aliqua videmus eſſe conceſsibilia per
priuilegiũ & gratia principis ſpecialẽ, quę tamen pręſcribi nullo
tẽpore poſſunt. Guill. in d. vſ. hoc q̃ iuris eſt. vt in mero imperio,
vt in plurib. alijs regalib. quib. alij comites Cathalonię & barones
vtuntur in hac prouincia. quę omnia in ſequenti & tertio capite
huius inueſtigationis plenius repetentur. Interea non omittã, q̃
Lucas de Pen. ſcribit in hac materia poſt Iſern. & alios in d. c. 1.
quę ſint regalia. in feud. is inquam in. l. quicumq. de om. agro
deſert. lib. 11. Cod. & in dict. l. contra Publicam vtilitatem.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

de re milit. & in plurib. locis, de quib. apud eum in alphabeto.
23 verſ. princeps. & verbo rex bonus & malus. † Facit enim duo
genera rerum, publicarum & priuatarum. in publicis ſunt fiſ-
calia, de quib. rex nõ poteſt diſponere, niſi ad vſum, ad quem
ſunt deſtinata: patrimonialia autem regis bona, quæ poſt ſuam
ſucceſsionẽ. ideſt, poſtquam ipſe venit ad regnũ, ex pecunijs pro
ceſsis ex reditib. regijs, emit & comparauit, vel illi legata ſunt
aut donata, aut quæ ex fructib. iuriſdictionis ad eum peruene-
runt, vt ob confiſcationem ex cauſis & delictis, ex quib. confiſca
tio fit, hæc inquam bona poteſt princeps alienare, donare, ſicut
ſi res eſſent priuatæ. non enim ſunt fiſcalia, non etiam patrimo
nij Cæſaris, nec publico ærario incorporata. Lucas in d. l. qui-
24 cumq. col. 2. † hoc amplius, Sicut inter virum et vxorem con
trahitur matri. carnale & œconomium: ſic inter principem &
rempub. ſui regni matrimonium morale & politicum. non er-
go poteſt alienare dotem vxoris ſuę. l. 1. de fun. dot. D. ſed quia
rex habet aliquid diuinitatis. epiſtola interclaras. de ſumma
Trinit. & fide catholica. C. Lucas in l. 2. de ſilentiat. lib. 12. C.
& ad eum ſolum pertinent reſeruata, & eorum diſpoſitio; optan
dum, vt pondus regiæ dignitatis ad gloriã dei & vtilitatem rei-
pub. portet. Lucas in d. l. cõtra publicam. col. 4. prędicta autem
bonorũ patrimonialium diſtinctio in principe facta conuenit ijs,
quæ Iudaic. & Guiller. tractant in d. vſ. hoc quod iuris eſt. de
25 quo poſtea dicetur. † In ſumma in conceſsione regalium facta
per principem non continentur, quę ſunt eius coronæ annexa,
vnita et incorporata. Lucas in d. l. contra publicã. col. 5. verſ. ſed
pone rex. Ign. in d. parte. 2. nu. 158. 161.
26 Sequitur adquiſitio regalium per præſcrip. † In qua regula re
cepta eſt, vt regalia pręſcribantur, & pręſcriptione adquirantur,
poſſeſsione & vſu tanti temporis, cuius in contrarium non extat
hominum memoria. Boſſ. tit. de regalijs. nu. 21. ex varijs auc-
torib. ab eo citatis & ex communiter traditis per Doct. præſer-
tim repetẽtes in l. imperium de iuriſd. omnni. iud. D. in cap.
cũ non liceat. c. cum nobis. de præſcrip. ex. Ign. in d. P. non alias.
parte.



parte. 1. nu. 378. & ſeq. & parte 2. nu. 161. & plurib. ſeq. &
parte 3. in principio. & parte. 4. in princip. in quib. locis hæc
27 pleniſsime tractantur. Luneburgen. in d. cap. 1. nu. 15. †. Quia
huius præſcriptionis immemorialis magna eſt vis, magna auc-
toritas. Montan. de feud. lib. 2. cap. 4. circa finem. plenius Lune-
burgen. in d. nu. 15. cum trib. ſeq. ſane ſi hæc regalia iura alij
priuato ex priuilegio competunt XXX. vel XXXX. ann. tempore
pręſcribuntur. illa enim immemorialis pręſcriptio contra impe
trarem & principem non recognoſcẽtem ſuperiorem deſidera-
tur, non contra inferiores huiuſmodi regalia poſidentes vel qua
28 ſi. Luneburgen. vbi ſup. nu. 19. † Sed et ab illa regula pręſcrip
tionis immemorialis plura regalia excipiuntur, quę nullo tem-
pore præſcribuntur: quia nec conceſsibilia ſunt, cum regi,
ita hęreant, vt ab eius perſona ſeparari non poſsint Ign. vbi ſup.
parte. 2. nu. 156, ex Iſer. in d. cap. 1. quæ ſint regalia. quę rega-
lia inpreſcriptibilia dicuntur. Bal. in l. 1. C. de iure aureor. an
null. Felin. plene in d. cap. cum nobis. c. cum non liceat. de præſ-
cript. ex. & eſt ratio, quia in his conſiſtit ſtatus & decor regius
& in eorum alienatione, aut cõmunicatione grauiter ipſa maie-
ſtas lederetur, quam princeps tacite, vel expreſſe diminuere nõ
poteſt. d. cap. Intellecto. Deinde, quia hæc conceduntur iure
vel morib. regi, non ſolum in ſignum ſingularis pręrogatiuæ,
quam princeps obtinet ſupra & vltra omnes ſubditos, ſed etiam
in ſignum ſupremæ poteſtatis, quam iure ſuæ coronę & regiæ
dignitatis in ſubditos habet. l. comperit. de præſcrip. XXX. an. C.
l. fin. de fund. limitroph. lib. 11. C. et ibi Platea & Lucas. & ideo
hęc ab alio in toto principatu, quam a principe proprio, absq. ho
noris & ſtatus regij deminutione & decoloratione exerceri non
poſſunt, ne videatur princeps alium ſibi æqualem facere. quod
lex Regia pati non poteſt: quia vnus princeps, non plures, Ari-
29 ſtoteles lib. 12. metaphyſic. cap. fin. in fine. † Hęc coronæ ad
hęrent, non poſſunt a principe ſeparari, & principis conceſsio
nihil iuris tribuit contra prędicta aut circa ea. d. cap. intellecto.
etiam propriomotu principis facta. Ign. vbi ſup. parte 2. nu. 156.
161.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

30 161. & hæc aut vere regalia. † vt eſt ſuprema poteſtas a popu
lo in principem data atq. tranſlata.l. ij. P. nouiſsime. de origi-
ne Iur. D. l. 1. P. cum enim antiqua lege.C.de veteri Iure enu-
clean. obſtat enim lex regia.P. ſed quod prin.d.iure naturali.In
ſtit. l. 1. in prin.de conſt.prin.D. vt pote ait lex. cum lex,quæ de
eius imperio lata eſt,populus ei,& in eum omne ſuũ imperiũ &
poteſtatẽ conceſsit:ſic quod apud populum, nihil imperij aut iu
riſdict. permanſerit, ſed omne ipſius imperium translatum fue-
rit. l. 1. ibi regimentis reipub. ad Imperatores perpetuo transla
tis. de offic.prefect.prætor. D. vnde in principe ſolo vis & neru
us iurſdictionis & imperij reſidere cæpit: & ſicut radij ſolis non
poſſunt a ſole ſeparari, ſic nec juriſdictio à repub. cui adhęret in
principis perſona.qui duo diſſociari nequẽt.quia in perſona prin
31 cipis reipub.imago repræſentatur.vnde ſapiẽter,dictũ eſt.† Prin
cipes eſſe miniſtros Dei, ad curam & ſalutem populi miſſos, vt
bona, quæ Deus largitur,partim diſtribuant, partim ſeruent. in
epiſtola inter claras.de ſumma Trinit.C.ibi per me reges regnat.
ſpecul. in prœm. ſui ſpeculi.Maran. in prœm. & in 3. parte ope
ris. vnde iſta regalia ſunt iura publica,& apud ipſam rempub.&
ſicut radij ſolis , non poſſunt ſeparari à ſole, ſic nec iuriſdic-
tio, nec ſupræma regalia a repub.vnde orta ſunt, & cuius cauſa
vigorem ſuum obtinent. Vnde quęrenti cuius eſt ciuitas Barci-
32 cinonę, reſponderi poteſt Barcinonenſium. † Nam reſpub.fiſ-
cus & princeps,pro vno ponuntur. Bal.in cap.1. col 1. de feudo
Marchię. ducat.& comit. Reſpub. eſt ſicut viuacitas ſenſuum,
fiſcus eſt ſtomachus Reipub.ſaccus & firmitudo, princeps ho-
rum diſpenſator. Bal ibid. & ideo hęc regalia , cum nulli pri-
33 uato conuenire poſſint,† Recte dicimus ea non poſſe pręſcribi;
quia nec poſsideri.l. ſine poſſeſsione.de vſucap. D. Reg.ſine po
ſeſſ. de reg. iur.in ſex. ſunt ergo incapaces horum iurium priua
34 ti, & omnes, excepto principe ſolo & vnico ipſius regni. † Ex-
cipiuntur pariter ea regalia, quę tranſlata in aliquem a principe
inducerent magnam ſtatus reip. & regni deminutionem. quia
hæc pariter pręſcriptione non adquiruntur.boſſ.de regalijs. nu.





32. et ſeq. et tit. de principe.nu. 382. et ſeq . quia quę non ſunt
conceſsibilia, non ſunt pręſcriptibilia in hac materia , licet ali-
qua ſint conceſsibilia, quę non ſunt pręſcriptibilia. Guiller.in d.
vſ.hoc quod iuris eſt.in principio vbi ponit exempla. et alia po-
nuntur in cap.ij. de præben.in ſex. vbi.Monachus & alij.aliqua
etiam in cap. decernimus.vbi ripa de iudic ex. circa hunc art.
præſcrip. regalium. Igneus vbi ſup.et Couar. melius. quam cę-
teri in cap. poſſeſſor, parte.2. P.2.nu.7.8. per totum de regul.
iur. in ſex. et alij Doct. citati plura cumulant , quę ſilentio prę
35 tereo, quia non eſt pręſentis ſpeculationis. † Sed ſi iura noſtra
ſpectemus,breuis erit definitio hęc. regalia,quę competunt prin
cipi vt poteſtati et ex eo quod eſt poteſtas, nulla tem poris pręſ-
criptione adquiruntur, ſicut nec ea, quę eccleſię ex eo,quod eſt
eccleſia, et ea quę competunt caſtro terminato , ex eo quod eſt
caſtrum.d. vſ. hoc quod iuris eſt ſanctorum. quia lex noſtra hęc
fecit inpreſcriptibilia;licęt principi huius prouincię aliqua ex his
liceat concedere, vt merum imperiũ,vt alia pleraq. Guiller.ibid.
intelligitur autẽ vſat.quo ad priuatos,vel non habentes eccleſias
vel caſtrum vicinum.nam hi nullo modo poſſunt prædicta preſ
cribere : ſed ſi quis habeat parrochiam,poteſt. xxxx. anno. ſpa-
tio querere decimas prędia les,intra fines alterius parro. cap. de
quarta de præſcrip.ex.ſi quis habet caſtrũ terminatũ,poteſt pręſ
cribere iura caſtri in vicini caſtri ambitu et quidẽ xxx.ãnis.vſ.om
nes cauſę.tit. de pręſcrip. qui vſ. in volumine antiquorũ gloſat.
nõ reperitur.quia eũ pro lege reputarũt lata per Iacob.1.Marq.
in d. vſ. omnes cauſę.not.2.3.ſic et habẽs territorium pręſcribit
imperiũ in ſuo territorio,aduerſus principẽ , in pętitorio.quo ad
mixtũ imperiũ,in poſſeſſorio tantum, quoad merũ imperium.
Iud.et Guiller.ibid. ſed immemoriali tẽpore vt ijdem ſcribunt.
hic in verſ. quid de mixto imperio. ille in verſic. vlterius quęro.
aut ſaltẽ lxxx. annorũ ſpatio,quod tẽpus fuit poſt aliquos gloſſ.
ſtatutum per Ferd.2. aliter tamen ſcribit Mier. coll. 4. in 3. cur.
Bar.cap.9.col.4.verſ.itẽ quęro ſed ego inteligo Mier.in terminis
vſ.quia iuſtitiã ſcilcet in comitib.quoad poteſtatem vel ijs,quibus



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

eſt a Principe conceſſum. vt Guiller. & Iud. declarant vbi. ſup.
melius & plenius. idem Mier. ibid. col. 7. verſ. item quęro. &
col.8. verſ. item quęro. ibi. ſed de iure vſaticorum. Calic. in Mar
garita dubio 8. verſ. 159. quem vide. Princeps contra Principē
36 iure communi vtitur. † vſat. hoc quod iuris eſt. loquitur de eo
qui vult vti præſcriptione aduerſus ſuum Principē in ipſius prin
cipatu, & de laico, vel etiam clerico non habente parrochiā, vo-
lente quęrere iura eccleſiæ: vel de affocato & habitatore intra fi-
nes caſtri terminati, volente vti poſſeſſ. etiam CC. annorum ad
uerſus iura dicti caſtri. hi vero non poſſunt pręſcriber e etiam
CC. ānorū ſpatio. Marq. ibid. col. 1. verſ. ex quib. nota. & verſ.
iuxta quod quæro. & verſ. ſed quid de religioſis. & col. 2. verſ.
& ſic nota & verſ. in hoc enim. idem Marq. col. 4. verſ. nota.
2. & col. 6. verſ. nota tertio. & col. 9. verſ. quæro an iſta iura. &
verſ. pone dominus per totam. q. & col. 11. verſ. ſed vtrum in
caſu pręſenti. ibi. nec obſtat ſalua pace. & ibi. ſentio tamen. &
huius pręrogatiuę, quod non admittatur præſcriptio etiam cc.
ann. in regalib. principis & competentib. poteſtati ex eo, quod
eſt poteſtas & quæ ſpectant ad regiā dignitatē & imperiū, nec
in alijs caſib. d. vſ. hoc quod iuris eſt. ponit alia ratio p antiquos
DD. huius patriæ ibi. col. 11. verſ. & adde, q poſſet eſſe alia ratio.
videlicet ne pereat dignitas eccleſię, poteſtatis vel caſtri. & quia
regalia debita Principi ſupremo non poſſunt ad aliū pertinere,
nec iura eccleſię competere non habenti eccleſiam, nec iura ca-
ſtri exiſtenti intra caſtrum, nec habenti caſtrum, ſed exiſtenti
ſub caſtro. Aliud autem eſt pręſcribere caſtrum contra poteſta-
tem, poſt contradictam poteſtatem petitam, aliud habitātes ſub
caſtro terminato pręſcribere iura caſtri contra caſtrum. Marq.
in d. verſ. nec obſtat ſalua pace. hęc autem regula iure vſatico-
rum & legum huius patrię defenditur, non iure cōmuni. vt ex-
pręcedenti reſolutione apparet, & docet Marq. in d. vſ. hoc quod
iuris. col. 14. verſ. pone poteſtas agit pro mero Imperio. ibi. ſed
certe dico ad huc. & ibi. pro ſolutione namq. horum. Socarrar.
in cap. vaſallus ſiue caſtellanus. nu. 1. 34. in eadem regula ponit
Marq.



37 Marq. col. 16. verſ. † & ideo dicuntur iura fiſcalia bona fiſci que
non poſſunt eſſe in cōmercio priuatorum. in reb. patrimonij.
Principis, nondum vnitis neq. incorporatis, ſed delatis tantū,
alia tempora in pręſcribendo ſeruantur. l. 1. 2. 3. C. de quadrien.
pręſcrip. l. 1. vbi. glo. longi temporis. C. ne rei dominicæ vel tē
plorum vindicatio temporis præſcript. ſub moneat. Platea in l.
1. verſ. tertio quęro. de bonis vacantib. C. & l. iuſtas. verſ. quæro
quanto tempore. de iure fiſc. C. not. in l. fin. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. in P. res fiſci. de vſucap. inſtit. l. intra quatuor. l. in omnib.
de diuerſ. & temporalib. pręſcrip. D. Couar. in cap. poſſeſſor.
parte. 2. P. 2. nu. 7. de regul. iur. in ſex. cuius diſtinctio & reſo
8 lutio eſt menti tenenda. † Sed in hac prouintia crederem res pa
trimoniales, puta quas, vt priuatus habet ipſe princeps, vel ex ēp
tione, donatione, legato, inſtitutione, quæ nondū ſunt incorpo-
rata rationib. dominicis, & ſic act. reales & perſonales ſiue ciuiles,
ſiue criminales. l. fin. C. de bon. vacantib. & incorporatione pręſ
cribi. contra principem et illius fiſcum (quia etiam hæ res per
fiſcum petuntur, exiguntur, defenduntur) et eadem ſunt priui-
legia fiſci, principis, et auguſtæ. boſſ. de fiſco et priuileg. eius nu.
4.) ordinaria pręſcriptione, quæ in hac hac patria eſt. xxx. anno
rum. d. vſ. omnes cauſę. qui continet declarationem quæſtionū
propoſitarum in glo. poſita in vſ. poteſtatem. verſ. niſi poſt con
tradictionē. & in vſ. de baiulis. in glo. penul. ibi. niſi in quibuſ-
dam caſibus. in vſ. hoc quod iuris. in verbo caſtrorum. ibi. ſcien-
dum tamen eſt. & ibi ſiue ſit criminalis, ſiue ciuilis actio. Marq.
in d. vſ. omnes cauſę. in verſ. nota 2. poſt. Iud. et Guiller. in vſ. hoc
quod iuris eſt. ſequitur idem Marq. in vſ. hoc quod iuris. col. 14.
verſ. ego autem aut ſaltem admittetur. pręſcriptio contra prin-
cipem et fiſcum in in his reb. xxxx. annor. ne ſit melioris con-
ditionis, quam eccleſia. cap. ſanctorum. cap. ad aures. cap. illud de
præſcrip. ex. not. in d. l. fin. C. de ſacros. eccleſ. maxime, vbi pro
reb. iſtis conpeteret fiſco hypothecaria. quia huius act. idem
termin. eſt in reb. priuatorum. Marq. in d. vſ. omnes cauſæ. col.
3. verſ. nota. 7. ibi. vide. Bart. in l. 1. de an. except. & ibi. hypothe
caria

caria vero. xl. annis. & ibi. vbi vide fallentias per Cyn. quoad
actio. quę xxx. ann. tollitur. & ſupra vſ. xxxxij. poteſtatem.
etc. Idem Marq. col.5. verſ.nota. x. ibi hic autem caſus videtur
ab hoc vſ. exceptus & ita tene,quidquid alij ſentiant.Hanc de
finitionem probat eleganter. Couar. in. d.P.2. nu.9. verſ. ter-
tio in his reb. & verſ. 4.ex pręmiſsis . & in verſ. vltima ſpecies
ibi tametſi guido papę. & plurib. exornat Ign. vbi ſup. par.
2. nu. 198. In reb. patrimonialib. iam vnitis & incorporatis
patrimonio cęſaris, quæ ſunt eius conditionis & naturæ de qua
ſup.diximus.& Guill.dicit. in d. vſ.hoc ꝙ iuris.verſ.& nota ibi.
vbi autē eccleſię & Iud.verſ. ſed ſi eccleſia habeat. etc. & Marq.
39 col.11. verſ.ſic.ſed quid ſi eccleſia,caſtrum vel princeps.etc. † Vt
alienari poſsint. et libere vendi,poſsideri et præſcribi,recepta eſt
poſſeſſ.lxxx.ann.c.5. de pręſcript. in conſtit.1 vol.quę eſt cōſtit.
Ferdi.2.de qua & duab.ſeq.in eod.tit.ego ailibi plura dixi.ex ijs
apparet quę regalia poſsint pręſcript.adquiri et quæ nō poſsint.
40 †Sane contra immemorialē poſſeſſ.in caſib.in quib.ea habet lo-
cum vtdiximus, vel lxxx.ann.in ſuis caſib.non admittitur pro-
batio,niſi ad docendum tantum tempus non eſſe elapſum. quia
illa poſſeſſ.in prędictis caſib. pro titulo eſt.vt in ijſdem locis ob-
ſeruatur.Boſſ. in tit.de regalijs. nu.21.22. qui dicit ſe poſſe in ea
41 re allegare ad duas horas,auctoritates Doctorum. † Addam his
colophonem.vbicumq. in hac prouincia , princeps in curia ge-
nerali de conſenſu vel aſſenſu brachiorum,aliqua regalia iura in
ſtituit,vel erecta extinguit & ſupprimit,vel alicui ea concedit in
particulari aliquo caſu aut loco , huiuſmodi conceſsio, erectio,
inſtitutio , extinctio rata eſt. ſic enim omnia regalia orta ſunt,
& augmentum receperunt & pleraq. ſicut finita,extincta. l.1.2.
fin.C.veſtigalia noua inſtitui non poſſ.l.1.C.de cōmerc.& mer-
catorib.de his omnib. erigendis, extinguendis & remittendis,
& alicui donādis,ponit exempla Cuiac,in cap.1.quę ſint regalia.
Petrus Iacobi in rub.de cauſis,ex quib.vaſallus, quantum eſt de
iure ſcripto debet amittere feudū.col.antepenul.verſ.& ſic appa
ret,quod Imperator.ibi ſic & rex Franciæ & Aragonum.et col.

penu.



42 penu.verſ.recte dixi pro defēſione.†et ibi.et detallijs et collectis.
qui ſcribit obſeruanda in hac materia. notat etiam Boer. deciſ.
26. glo.volumus in verſ. quia non omnia regalia glo. crimina-
lib.de pace conſtantiæ.glo. in ciuitate glo.conceſſerimus. glo.no
bis intrātib. in P.nobis autē intrātib. eo. Boſſ.tit.de prin.n.246.
Couar. in d.c. poſſeſſor.par.2. P.2.n.7. 8.qui omnino uideat in
verſ. quarta ſpecies ea cōpræhendit.et omniſsis ijs,quę iura cō-
muni tractantur vbi ſup.et in.l.vniuerſi.l.vectigalia quecumq.l.
fi.C.de vectigalib.et cōmiſſ.canoniſt.in c. nō minus.c.aduerſus.
de immunit.eccleſ.ex.et c.1.c.clericus in ſex.eod.Bar in l.1.de mu
lierib.et in quo loco munera. etc. lib. 10.Auen.lib.2.de exequē.
43 man. regijs. cap. 4. 14. † in noſtra prouincia extat tit. in noua
compilat.de vectigalib.leudis pedagijs.etc.et tit.de cōmercijs,et
ſecuritatib. in quib. apparet regalia, quę olim fuerunt impoſi-
ta, fuiſſe reuocata et extincta. et hodie in curijs generalibus no
ua imponi poſſe. huc pertinent tit. de coronatge e maridatge
tit. de bouatge y remiſsio de aq̄l tit. de remiſsio de monedatge,
de penas de albergas, de quiſtias e leixas pias. tit. de remiſſ. de
quint.tit.de rem.de bans lib.10.conſt. in no. compil. Nā rex cū
curia,in quavniuerſitas totius regni repræſentatur,habilitat non
habiles et facit capaces,non capaces ad hęc regalia etiam magna
obtinenda.Ign. in d. par.1.n. 388. et ſequen.ſed et ciuitatib.quę-
dam permittuntur minora regalia,pro ſubuētione neceſsitatū in
eis occurrentium.Cali.in marga.dub.8.verſ.59.lx.cap. itē ſeñor
molt alt.tit.de reuocatio del deſtreynimēt de Tortoſa. et quoad
iura gn̄alis cathalo. in c.itē ſeñor molt excelēt.eod in ātiqua cō
pilatione.Mie.coll.6.in curia Perpin. pe.3.c. cū ſecundū rub. de
inhibit.victualium. idē coll.2.in curia Pet.2.c.10.de gabella ſalis
et aliarum rerū ſublata.ſed in quo ergo ſuſtinetur gabella de la
tretaComitis Ampu.pro qua,contra figuerienſes nuper facta fu
it ſententia guardiola referēte.Mie.ibi.et coll.4.in 2.cur.Bar. Ia.
2.c.xi.n.16.de bouatico plu Mier.coll. 4. in cur. Iler.Iacobi. 2.
cap. x et in cap.16.et quatenus huiuſmodi conſtitutiones tol-
lere poſsint hęc iura particularibus conceſſa. Idem Mier. in d.

cap.xi.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

44 cap. xi. nu. 18. † accedit, quod ciuitas Barc. creat tabelliones, creat ciues, qui honorati dicuntur. habet armamentum, cudit monetã argenti, et aliam minutam, et alia plura iura regalia ex conceſsione principum. Perpinianum etiam creat Burgenſes, tabelliones, ſicut & villa Podijceritani. Sed in his obſeruabitur tenor conceſsionis & priuilegii, aut vſus tanti temporis, cuius non eſt memoria in contrarium. Boſſ. de principe. nu. 292. & de confirmatione horum priuilegiorũ ibid. num. 348. & 360. & dixi ſupra. hæc autem inter iura regalia cõnumerantur in d. cap. 1. quæ ſint regalia. & declarat exempla Cuiac. Igitur, vt ad rem redeamus, regalia, quæ ſuprema ſunt, non poſſunt a perſona regia ſeparari, niſi renuntiet rex ſuo regno: quod feciſſe vidimus Carolum Quintum recolendæ memoriæ, & Iacobus frater Alfonſi Tertij, renuntiauit primogenituræ, & Iacobus Primus, vt eſt in genealogia Comitum Barcinonæ. quia illa ſunt inſeparabilia a regia perſona, nec alicui poſſunt concedi: committi tamen poſſunt omnia fermè, & exercentur nomine committentis

45 & in eius perſona. † vnde fuit dubitatum, an rex filium ſuum regem creare poſsit: & obtinuit, non poſſe, vt rex ſit viuo patre ne regnum diuidatur: tametſi nominetenus, & quoad titulum honoris, nihil obſtet, cur non poſsit. Bal. in præludijs fęudorum 1. diuiſ. verſ. An rex. Claud. in eod. tit. verſ. & iſtud facit ad quæſtionem, vbi ponit alia exempla Imperatorum & regum qui renunciarunt regno & Imperio. Quę vero tractanda occurrunt in hoc. vſ. alium nãque. iura regalia, ea vel maxime ſunt huius qualitatis, vt poteſtati conueniant, & competant ex eo, quod eſt poteſtas, & ideo non ſunt conceſsibilia nec trasferri in alium poſſunt, committi tamen locuntenenti, vt dixi, poterunt & committuntur. Sed de his dicamus, quę ad Eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, ac bona earum pertinent.

## *SVMMARIA.*

1 *Amortiſat Comes Barcinone bona quæ perueniunt in manum mortuam; et quid ſit amortiſatio.*



2 *Principis bona abſq ipſius iuſſu non poſſunt in eccleſiam tranſire.*

3 *Eccleſijs bona ſua relinquere licitum eſt cuiq. ſaluis iuribus regijs.*

4 *Amortiſatio in Cathalonia ex quibus legib. fundetur, et de iuribus de ea loquentibus.*

5 *Baiuli generalis poteſtas eſt ampliſsima, quæ reformata fuit tempore R. Mariæ.*

6 *Amortiſatio in Cathalonia ex moribus et legibus Gallorum originem traxit, quod ius eſt in Gallia receptiſsimum. et remiſsiue de materia amortiſationis.*

7 *Manus mortua quæ dicatur, et quare ſic appelletur.*

8 *Amortiſare quæ cogatur eccleſia, et quid ſit amortiſare.*

9 *Amortiſandi ius ſoli Principi competit in ſua prouincia.*

10 *Empara realis apponitur per baiulum generalẽ, tam in emphiteoticalbus, quã feudalibus, ſi non obtemperant amortiſationi petitæ.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

11 *Empara an per firmam iuris ſuſpendatur.*

12 *Amortiſandi ius, an omnibus dominis directis, vltra principem competat: nec non compellendi manum mortuam transferre rem in manum habilem.*

13 *Amortiſatio requirit mandatum ſpeciale.*

14 *Amortiſationes in cathalonia facile conceduntur: requiriturq. in eis conſenſus inferioris domini.*

15 *Amortiſatione facta per dominum ſuperiorem, petunt domini inferiores indemnitatem iurium ſuorum. & quid ſit hæc indemnitas.*

16 *Amortiſare non cogitur princeps & quid in inferioribus.*

17 *Præſcribi licet poſſit iuri cogendi euacuare in manum capacem: ius tamen petendi indemnitatem non præſcribitur.*

18 *Præſciptione immemoriali opus eſt contra principem, ad præſcribendum ius expellēdi manum mortuam: faciet tamen indemnitatem principi.*

19 *Præſcriptione immemoriali, quando præſcribantur,*



*bantur, quæ competunt, principi ratione vniuerſalis dominij*

20 *Amortiſatio generalis ſemel fuit facta per regem alfonſum quartum.*

21 *Amortiſatio regis, an præiudicet dominis inferioribus.*

22 *Amortiſatio qualiter fiat & in quibus ſit neceſſaria. n. ſeq.*

23 *Princeps, rem feudalem ad ſe reuerſam tenetur in manum aliam habilem transferre, ne inferiores domini ſuis iuribus fraudentur.*

24 *Amortiſatio quādo in bonis liberis ſit neceſſaria, & n. ſeq.*

25 *Feudalia non transferuntur in eccleſiam ſine voluntate domini directi.*

26 *Eccleſiam compellere ad trāsferendum feudū in manum habilem, an ſit contra ipſius libertatem, & de intellectu. c. 1. de imm. eccle. in 6. cum nu. ſeq.*

27 *Statutum quando dicatur eſſe contra libertatem eccleſiæ.*

28 *Eccleſiā in legatis ſatis eſt conſequi æſtimationē feudi legati, per trāslationē in manū habilē.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

29 *Amortiſatio cedit in compenſationem onerum et munerum rei per manum mortuam acquiſitæ.*

30 *Eccleſia quibus caſibus non teneatur euacuare in manum habilem, nec amortiſare res per eam acquiſitas.*

31 *Bona omnia regni a principio ſunt de realenco*

32 *Per amortiſationem conſulitur tam dominis directis, quam eccleſiæ.*

33 *Eccleſia quando propter onera cogatur ponere rem extra manum ſuam.*

34 *Eccleſia licet per multum tempus tenuerit bona de realenco, tenentur tamen finantiam ſoluere, non autem euacuare.*

35 *Præſcribi poteſt habilitas poſſidendi, non ius ſuperioritatis.*

36 *Præſcriptio in rebus amortiſandis, a quo tempore currat.*

37 *Statutum laicorum ſuper rebus prophanis non valet, ſi principaliter fiat in præiudicium eccleſiarum. cum nu. ſeq.*

38 *Attendēdū eſt quod principaliter agitur, et non quod venit in conſequentiam remotam.*

*Intellectus*



39 *Intellectus conſtitutionis, com fero contraure ſpoſalles. tit. de ſponſ. & matrimo.*

40 *Contra ingredientes religionem ſine conſenſu parentum quare ſuſtineatur pragmatica reg. Iaco. primi.*

41 *Eccleſiæ non competit, ſed principi ſeculari, diſponere de bonis temporalibus abſolute.*

42 *Eccleſiæ non expedit caſtra habere in limitibus regnorum.*

43 *Amortiſatio qualiter in comitatibus Roſſilionis et Ceritaniæ tractetur, et qualiter in cathalonia.*

44 *Feudi dominus an teneatur acceptare perſonas, licet capaces, deterioris tamen conditionis, remiſſiue.*

45 *Feudum poteſt in perſonas habiles libere transferri.*

46 *Amortiſare libera et franca non eſt neceſſe in cathalonia.*

47 *Amortiſare non compellitur Rex: ceteri vero inferiores cogi poſſunt ex cauſa.*

48 *Amortiſatio tacita inducitur per ſubſcriptionem factam, adquiſitioni factæ per eccleſiam.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*eccleſiam.*

49 *Amortiſatio, an requirat ſcripturam, et quæ in ea ſint neceſſaria, et an per preſentiam ſeu tacitum conſenſum inducatur, ſiue per poſſeſſionem, et de formulis amortiſationũ.*

50 *Præſcri an poſsit ius ſuperioritatis.*

51 *Amplißima amortiſatio quæ ſit.*

52 *Omnia ſunt de regis dominio quoad ſupremam poteſtatem et n. ſeq.*

53 *Appellatio vltima, recurſus & alia ſemper ſunt regi reſeruata.*

54 *Homagium non preſtat rex eccleſiæ ſi ob culpã vaſſalli illius peruenit feudum ad regem.*

## DE REGALIBVS ET IVRIBVS ALtis, quæ conpetunt Regi Arag. et comiti Barc. in cathalonia, in perſonis eccleſiaſticis, eccleſijs, & bonis earum. et primum de iure amortiſationis.

## CAP. 7.

DIXI. antea Comitem Barc. habere quedam regalia, quę ſecularia nuncapauimus, & quędam eccleſiaſtica, et de ſecularib. nihil attinet dicere, quia abunde ſunt a noſtris practicis explicata in locis communibus, quos veluti digito





gito conmonſtrauimus; de eccleſiaſticis dicamus. Ea vero, quæ
1 ſequuntur ſunt pręcipua. † Rex Aragonum & comes Barc. in hac ſua prouincia, amortiſat bona, quę in manum mortuam, ideſt in eccleſiam perueniunt, & quę propterea iuxta Canonicas ſanctiones alienari non poſsunt, & facit vt eccleſia poſsint in perpetuum ea obtinere. Eſt enim amortiſatio in manum mortuam tranſlatio, iuſſu principis & auctoritate facta. Petrus Belluga. in ſpeculo princip. rub. de Amortiſationib. p. veniamus. nu. 1. nam ſicuti iure. D. & C. quæ publica erant & iuris publici eſſe dicebantur, non poterant fieri ſacra ſine principis iuſſu. l. ſacra. de rerum diuiſ. D. ſic
2 † Bona, quæ ab initio fuerunt principis, non poſſunt tranſire in eccleſiã ſine auctoritate principis. l. ſi quis ſub hoc pacto. de contrahẽ. empt. D. Bellug. vbi ſupra, nu. 3.
3 † et licet vnuſqiſq. bona ſua & prędia venerabi lib. locis, eccleſijs, Monaſterijs, beneficijs eccleſiaſticis donare poſsit. l. 1. de ſacro ſanct. eccleſ. C. in vſat. manam, quæ ſi algu. de ſacros. eccleſ. et in conſtit. Iacobi. 1. en nom de la S. Trinit. eod. tit. tamen iura regia debent eſſe ſalua, nec poſunt ſine principis licentia, ea bona pleno iure in eccleſiam tranſire. d. cap. en nom de la Sancta Trinitat. ibi ſaluat noſtre dret e ſenyoria general. & in noua compilatione. tit. de. ſacros. eccleſ. cap. 2. ſtatuim.
4 Hęc † amortiſatio in hac patria fundatur in d. conſtitu. in nominẽ. S. Trinitatis. & in conſtitutione Petri. 3. in curia ceruarię cap. 3. item neſuper laudimio. P. aiuſtant, quæ al vaſſal ſia legut de ſon feu. ſub tit. de iure emphyt. Mier. coll. 6. in d. curia Rub. de feu. & foriſcapijs nu. 23. ibi. in textu ibi. intra annum. et. nu. 24. ibi ex his etiam infero. & alijs jurib. citatis per Calic. in marg. dubio. 8. verſ. 57. hanc amortiſationem tribus pragmaticis dominus rex Iacobus multum roborauit, quas pragmaticas refert. Socarr. in c. eodẽ modo. n. 72. 73. & rex petrus dicta cõſtitutione nec mirum. nã et hic Pet. aulam ſuam decorauit multis officijs vt diximus ante, et patrimonium ſuum ſtabiliuit iuriſdictionẽ baiuli generalis augendo ęditis tribus pragmaticis, datis eodem die Barcino. 4. Idus Iulij. 1347



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

5 & directis Petro çacoſta baiulo generali, in prima † datur pote-
ſtas baiulo generali ampliſsima ſuper reb. patrimonialibus ha-
bendis, defendendis, conſeruandis: in altera ſuper rebus fiſcali-
bus & fiſco regio pertinentibus defendendis & petendis: in ter-
tia, ſuper omnibus rebus feudalibus, & emphytheoticarijs pe-
tendis, defendendis & habendis. Amat in reportorio. verb. rex
ſi quis videre poteſtates, etc, hac poteſtate abvtebantur baiuli ge-
nerales & regij patrimonij procuratores atq. eorum miniſtri
verba pragmaticarum in prauum ſenſum retorquentes, & ideo
emanauit conſtitutio reginę Mariæ conſortis Alfonſi quarti in
curia Barc. cap. 23. ab ſerie y tenor. de qua multa ſcripſit Mier.
collat. 10. cap. 24. rub. de offic. & iuriſd. baiuli generalis. per
quam curia baiuli generalis & regij procuratoris fuit reformata
& ad debitum modum, qui per regem Petrum tertium fuerat
ei præſcriptus, reuocata, & originem exceſſuum ſcribit Mier.
ibid. colum. 1. ad amortiſationes redeundo, apparet primam
pragmaticam fuiſſe factam per Iacobum 1. Regem Aragonum
& dominum Montiſpeſulani, cuius data eſt in Montepeſſula-
no anno domini. 1226. perquam prohibebatur omnis alienatio
rerum immobilium in perſonas eccleſiaſticas, vel in eccleſias.
altera eſt Iacobi. 2. data Perpiniani anno 1288. & fit inhibitio
tabellionibus recipientibus inſtrumenta ſuper iſtis alienationib.
niſi fiant cum licentia regis. Tertia eſt eiuſdem Iacobi 2. data
6 Perpiniani anno. 1305. † quod argumento eſſe poteſt amortiſa-
tionem in hac prouincia, & in comitatib. Roſsilionis & Cerita.
& in regnis Valentię & maioricarum, fuiſſe inductam ex morib.
& legib. Gallorum. nam hic Iacobus primus regna Valentię &
maioricarum coronæ regiæ adiunxit, pulſis inde Sarracenis, vt
eſt in monumentis antiquorum & in genealogia regum Arago
niæ. de regno Valentię Belluga ſcripſit vbi ſupra numer. 5. verſ.
& hæc amortiſatio, ideſt, in manum mortuam translatio, ab ip-
ſa lege Frãcorum introducta eſt. hoc etiam confirmant ordina-
nes Iacobi Regis maioricarum. 1. filij Iacobi. 1. de quibus in
recollectis priuilegiorum villę Perpiniani rub. de amortiſations.
in Gallia



in Gallia vero hoc ius receptiſsimum eſt, & vnum de maximis
iuribus & regalibus, ſiue iuribus altis regis Francię. Benedict.
in cap. Rainutius. in verb. & vxorem nomine. num. 594. 954.
de teſtam. ext. Chaſſan. in Burgundos. rub. 9. de mainsmortes
P. 1. 2. & pluribus ſequentibus. tractat enim materiam manus
mortuę diligentiſsime & in alijs ſignificationibus huius verbi,
quæ proprius accedunt ad homines proprios huius prouincię
& pagenſes antiquorum temporum; quam ad hanc, de qua hic
agimus, manum mortuam. de noſtra amortiſatione plura Ca-
rolus Molin. in conſuetud. Pariſien. titu. 1. P. 41. num. 55. 68.
Petrus Gregorius in ſyntagmate lib. 15. cap. 38. num. 7. & lib.
6. cap. 5. nu. 6. & lib. 20. cap. 11. n. 4. & Gulielm. Bened. hoc ius
ducit ab ordinatione Philippi Regis Franciæ vbi ſup. num. 595.
melius & altius amortiſationis originẽ explicauit Ægidius ma-
giſter de amortiſationib. cap. 1. num. 34. & cap. 2. & credo hũc
Philippum eſſe ſancti Ludouici filium. ſed erat iam amortſatio
in Gallia ante Philippum, hic vero quaſdam ſuper ea fecit ordi
nationes, vt eſt videre, apud Ægidiũ. melius hæc ſcribit Molin.
vbi ſup. tit. 2. P. 51. glo. 2. num. 5. 6. Carol. de Graſſalijs plenius
hoc ius amortiſationis attingit in lib. 2. regalium Francię. cap.
7 fin. Guido Pap. queſt. 361. & ibi additur: † dicitur autem ma-
nus mortua, quia communitas, eccleſia, capitulum, collegium,
vniuerſitas, confratria numquam moriuntur, nec mutant do-
minum, & res ad eorum manum & dominium peruenientes
vix vnquam dominos mutant: quia homines, qui in dictis cor-
poribus ſunt per ſubrogationem perpetuo ijdem ſupereſſe di-
cuntur. l. proponebatur. de Iudic. l. eum debere columnam. de
ſeruitutibus vrbanor. prędior. Pet. Gregorius in dict. cap. 11.
numer. 4. qui citat Ægidium magiſtri de amortiſationibus.
Ranchin. ad Guidonem vbi ſupra ex Maſuerio in practica. tit.
de loc. & iure emphyt. nume. 7. verſ. & dicunt aliqui. & num.
20. verſ. item ſi res, quædam ſit in emphytheoſim. nunquam
enim, aut vix, hæ res eſſent reuerſuræ ad dominum. cap. 1. de
alienat. feud. P. inde poteſt. ibi ideo ſcilicet hæc enim corpora
ſemper

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſemper in eodem ſtatu permanent, & veluti homines mortui
exiſtimantur, expertes omnis mutationis & viciſsitudinis hu-
ius ſeculi. Gregor. vbi ſup. lib. 15. cap. 38. numer. 5. & ſicut ſe-
mel mortuus amplius non moritur nec mutatur, ſic & manus
mortua. & bona, quæ ad eam perueniunt, non abſcedunt ab ea.
8 Molin. vbi ſup. nu. 54. † ergo bona immobilia feudalia, emphy-
theoticaria & alia de realenco, & immobiliũ ſimilia, vt cenſua-
lia, reditus perpetui, non poſſunt in eccleſiam transferri ſine a-
mortiſatione, vt apud eam perpetuo ſint, ſed cogitur eccleſia
& alia quæuis ſimilis manus mortua, intra annum ea ponere
& transferre in perſonam capacem, aut amortiſare & ius amor
tiſationis principi ſoluere. quod ius Galli vocant morticinium,
vnde finantia conſequitur, & diſpenſatio, ſiue amortiſamen-
tum. Gregor. dict. cap. 38. numer. 5. 6. & lib. 6. capt. 5. nu-
mer. 7. Benedict. in dict. numer. 594. in fine. Molin. vbi ſup.
9 numer. 67. in fine. † Hoc ius amortiſandi ſoli Principi com-
petere ſcribit Gregorius in. dict. cap. 5. numer. 5. 6. ſub li. 6. & ſum
ma ratione. quoniã ſicut omnis aqua à mari oritur, & in mare re-
dit: ſic feuda omnia à Principe ſunt, & ad Principem redeunt:
& ideo domini inferiores, & ſeniores ius morticinij conſequi
non poſſunt, nec amortiſare. Quam obrem iubere eccleſiæ, vt
rem immobilem ponat in perſonam capacem intra annum, ſo-
10 lus princeps poteſt, † & ſi non paretur, infra annum ab inter-
pellatione, fit manus iniectio per regem, hoc eſt apponitur em-
para realis in feudo & fructus facit ſuos, donec ſit paritum pr-
cepto expedito per baiulum generalem & regium procu-
ratorem reſpectiue & in eorum conſiſtorio. Molin. vbi ſupra.
numer. 60. Gregor. lib. 6. cap. 5. numer. 7. Socarra. in dict.
cap. eodem. numer. 24. 28. nam in hoc caſu ampara realis
poteſt apponi tam ſuper rebus emphytheoticarijs, quam ſu-
per feudalibus. dict. numer. 28. & obſeruabis reſolutionem quã
ſcripſit eo loci Socarrat. poſt longam diſputationem ex num.
24. vſq. ad nume. 34. nec præterea Calic. & Guillermum, qui
hæc tractant in vſat. Magnates. hic, in verſicul. ſed quid ſi
domi-



dominus fecit amparam realem. & ibi. item, quia per ampa-
ram realem. ille. columna 11. ibi. quro in quibus, ſeu in quot
caſibus, & columna 13. verſ. quæro an in re emphytheoticaria,
dominus. poſsit facere amparam realem. & colum. 17. ibi. que-
ro factis appræhenſione poteſtatis caſtri vel emparamento feu-
di. & colum. 18. ibi. & hæc ſunt notabilia. idem Calic. in vſ.
ſi quis contradixerit. colum. fin. verſ. quro iuxta. niſi eccle-
11 ſia † vel alia manus mortua, cui factum eſt pceptum de tranſ-
ferendo in perſonam habilem & capacem, firmet ius domino
ſeu ipſi baiulo generali, iuxta formam hodie receptam, quam
ponit Calic. ibidem colum. 15. verſ. quro in caſu huius vſatici.
cum duabus quæſt. ſequentibus & ibi, quid dicendum. Iudaic.
in vſ. omnes homines. col. 2 ibi per centum vncias. iſta forma fir
marũ, non vtimur; ſed non habita diſtinctione. & Calic. colu. 7.
verſ. quæro iſtud firmamentum directi, quod vſalli debent fa-
cere ſuis ſeniorib. quomodo fiet? & ibi ſolum igitur vaſalli hodie,
etc. Nam facta firma res amparata reſtituitur eccleſi vel alij, cui
fuit amparata. Calic. in d, vſ. magnates. col. 15. verſ. quro, aprhẽ
ſa poteſtate cũ plurib. q. ſeq. ſed fructus interim percepti non re-
ſtituẽtur. ibi. in verſ. quæro factis appræhẽſione. etc. ibi. ſed Iaco.
de Mõte Iud. hic eligit vltimã opin. et ibi. ecce determinationẽ
Iaco. de Monte Iud. aliã praxim iniectionis manus in res immo-
biles tranſlatas, in eccleſias abſq. licẽtia principis poſuit Bellu. in
verſ. reſtat videre, nu. 10. et plurib. ſequen. notat. Mol. in d. n. 60.
12 † Sed idẽ Molineus ibid. putat hoc ius cogendi et cõpellendi ec-
cleſiã vel ſimile corpus advacuandũ manus ſuas, & trãsferẽdũ in
manum habilẽ, non ſolũ regi cõpetere, ſed etiam alijs dominis in
feriorib. ſecularib. et citat ad enim rẽ plures regni Franci in di-
uerſis prouincijs conſuetudines. ego crederem ex ijs, qu ſcribit
Belluga, vbi ſup. verſ. reſtat videre n. 1. 2. opinionẽ Greg. et Ægi
dij vbi ſup. cap. 1, nu. 1, et cap. 2. in hac prouincia eſſe receptã, vt
ſolus princeps poſsit habilitare eccleſiã et alias huius generis ma
nus mortuas, ad obtinendum feud. et alia immobilia, quæ ſua
natura ſunt de realenco, & nullus alius præter principem. quia
hæc

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hęc eſt regalia maxima, quæ nulli alij competit, niſi ex priui-
legio ſpeciali principis concedatur alicui magnati, quale priui-
uilegium reges Francię conceſſerunt pluribus, principib. etiam
eccleſiaſticis. Egidius vbi ſup. cap.1. nu. 1. cap.2 qui hoc pro-
bat eſſe conceſſum parib. Franciæ: aut ex commiſsione regis &
mandato facultas amortiſandi alicui competat, vt baiulo genera
li, regio procuratori, vt proregi, vt pręfecto, vt gubernato-
ri, ſecundum diuerſas conſuetudines prouinciarum, et prag-
maticas ſeu regias prouiſiones. Pechius de amortiſat. cap.
13 23. et † eſt neceſſarium ad faciendum amortiſationem, et ad
inueſtiendum, manum mortuam, mandatum ſpeciale, non
autem ſingulare aut indiuiduum. Molin. vbi ſup. nu. 76. et qua
14 liter hęc diſtinguantur. ibid. † Conſueuit autem princeps in hac
patria huiuſmodi amortiſationes facile concedere, nec eas con-
ſueuit denegare, niſi ex magna cauſa; & ideo non reputatur
impoſsibilis hęc impetratio. Pechius vbi ſup. nu. 2. ſed & con-
ſenſus inferioris domini rei immobilis, quę petitur amortiſari
neceſſarius eſt in hac principis licentia, ne illi fiat pręiudicium.
Pechius. ibid. nu. 2. tamen domini allodiorum inferiores, aut
feudorum domini immediati, qui amortiſare non poſſunt, nec
15 manum mortuam capacem facere. † Poſſunt indemnitatem
ſuam petere, et manum mortuam ad indemnitatem cogere. Eſt
autem indemnitas, illa penſatio, quę fit & pręſtatur domino
rei amortiſatę, pro intereſſe ipſius domini immediati. quia per-
dit laudemia, quę ex alienationib. conſequeretur, ſi res eſſet pe-
nes viuentem & morientem, quæ non habet re amortiſata &
in manu mortua exiſtente. ergo hæc indemnitas et penſatio eſt
loco iuriū vtilium, quę dominus veriſimiliter percepturus erat
re ipſa manente in priuatorū manu, quę ſæpe mutatur varijs mo
dis. l. Senatus. P. mortis cauſa. de donat. cauſa mort. D. quib. iu
rib. nō poteſt dominus ſperare ſe gauiſurū re, penes manu mor
tuā manente. hęc recompenſatio, quę fit per manum vicariā
vel penſationē annuā pręſtandam, puta decimoquoq. anno, aut
decimoquinto, aut trigeſimo, iuxta conuētiones vel cōſuetudinē
dioceſis



dioceſis, vocatur indemnitas, quando autem fit in vna ſumma ſe
mel ſoluenda pro tota indemnitate, ſiue compenſatione, voca-
tur vltima finantia, Benedict. vbi ſup. nu. 594. in fine. Molin. vbi
16 ſup. nu. 68. † quam obrem ſolus princeps habet ius cogendi et
compellendi eccleſiam et manum mortuam euacuare ſuā ma-
num, & ſubſtituere in ſuum locum perſonam capacem et habilē
viuētem, moriētem et confiſcantem. quia princeps non cogitur
amortiſare: cū amortiſatio ſit gratia et indulgentia principis. ip-
ſe quoq. princeps ſolus poteſt manuam mortuam capacem fa-
cere et bona immobilia de realēco, quæ ad manū mortuā tranſ-
lata ſunt, amortiſare: inferiores principe, quicunq. ſunt domini,
aut feudorum aut pręediorum emphiteoticariorum, quę in ma
num mortuam tranſlata ſunt, poſſunt cogere manum mortuam
ad vacuandum et ponendum in manu habili intra annum ſeu
ad amortiſandum & ad pręſtandum indemnitatem, quę & ipſa
quædam amortiſatio dicitur, habilitare autem ipſam manum
mortuam & bona ipſa immobilia feuda, et pręedia cenſuaria a-
mortiſare, vt penes eccleſiam et manum mortuam eſſe poſsint
17 aliter quam per indēnitatem vel finantiam, non poſſunt. † Et
licet iuri cogendi euacuare et transferre in manum capacem ſit
pręſcriptum xxx. annis aut xxxx. iuri tamen petendi indemni-
tatem non erit pręſcriptum. Molin. vbi ſup. nu. 60. 61. itaq. do-
mini inferiores principe, lapſo termino legitimo ſecundum di-
uerſas prouinciarum conſuetudines, ad præſcriptionē ſtatuto,
licet non poſsint expellere eccleſiam a feudo vel prædio cenſua-
rio, tamen poterunt compellere & cogere eccleſiam & aliā ma-
num mortuam, ad præſtandum indemnitatem. d. nu. 61. quini
mo domini inferiores amortiſare aliter non poſſunt, ſed ſufficit
illis dari in feudo & in cenſuario pręedio hominem viuentem,
moriētem & confiſcantem; & ſi huic iuri per manum mortuam
ſit pręſcriptū, ſola indēnitate debent eſſe cōtenti. Ægid. vbi ſup.
cap. 5. nu. 2. 3. & cap. 6. num. 2. 3. quæ ſunt notanda. immo ſuffi-
cit manum mortuam dare hominem viuentē & morientē, aut
ſoluere indemnitatem. Ægid. in d. cap. 6. num. 3. & hoc caſu
homa-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

homagium per procuratorem præſtatur. quia homo viuens &
moriens pro manu mortua illud præſtat. ibid. numer. 4. & in
tractatu. de hominijs etc. & licet indemnitatem domino feu-
di prçſtiterint, hominium tamen præſtare debebunt. Ægid.
18 vbi ſup. cap. 8. nume. 1. † contra principem in iure amortiſandi
& expellendi eccleſiam immemoriali præſcriptione opus eſt.
Pechius vbi ſup. cap. 35. numer. 5. ſed eccleſia nihilominus in-
demnitatem faciet principi, aut iura ſoluet principi aut cum eo
19 componet, aut dabit hominem viuentem, morientem & confiſ-
cantem. † Nam licet quę competunt principi inſignum vni-
uerſalis dominij, & ſupremæ poteſtatis nullo tempore præſcri-
bantur. l. male agitur. de prçſcript. xxx. vel xxxx. annorum. ta-
men, quę ex ſpeciali priuilegio & prçrogatiua, ratione ſupre-
mę poteſtatis principi conceduntur, immemoriali prçſcriptio-
ni ſubiacent. cap. ſuper quibusdam. P. prçterea de verbor. ſig-
nificat. ext. Pechius vbi ſup. numer. 3. Ægidius vbi ſupra. cap.
5. num. 4. nam indemnitas & ius ipſius amortiſationis compe-
tens principi ſuprçmo & ius ſuperioritatis prçſcriptioni minime
obnoxiũ eſt. d. n. 4. Molin. nu. 91. Itaq. hoc ius amortiſationis nõ
præſcribitur, ius cogendi euacuare prçſcribitur. competit enim
ſoli regi amortiſationis ius, ratione ſuperioritatis, quam ſibi vin-
dicat in omnib. temporalib. & quia ad principem pertinet ſolũ
reipublicę poſſe prçiudicare & iuri publico in aliquo derogare.
quod per hanc amortiſationem fit. Nam bona dum à laicis &
priuatis poſsidentur, ſubſunt multis onerib. & publicis mune-
rib. translata in manum mortuam, ſunt exempta & immunia.
Deinde iuriſdictio temporalis ſecularis etiam lçditur, dum bo-
na immobilia in Eccleſiam transferuntur. & ideo temporalia
hæc bona non poſſunt in eccleſiam ſine licentia regis transferri,
nec amortiſatio cuiuſcunq. domini inferioris poteſt prçiudicare
ſupremo principi, quin eius procurator vel baiulus generalis (in
hac prouincia) poſsit cogere eccleſiam ad ponendum intra an-
20 num, in manum idoneam, publicis muneribus & oneribus ſub-
eundis. Molin. num. 86. † Sed neq. amortiſatio regis prçiudi-
cas-



cat dominis inferioribus quantum ad eorum intereſſe & in-
demnitatem, quantumcumq. ſit plena. Molin. numer. 97. ni
ſi ex cauſa rex iuri inferioris domini derogauerit. ibid. nume. 98.
21 † fit autem hæc amortiſatio á rege plerumq. generalis, accepta
grandi pecunia a tota vna prouincia. Ægid. vbi ſup. cap. 11. nu-
mer. 1. 2. Similem compoſitionem & amortiſationem fecit Al-
fonſus 4. in anno. 1451 eſt in titul. de ſacroſanct. Eccleſijs. cap.
2. volum. 2. conſtitut. differt ergo plurimum amortiſatio do-
minorum inferiorum ab ea, quę fit à rege. quia amortiſatio in-
feriorum, concernit tantum eorum intereſſe priuatum: & non
verſatur, niſi in reb. feudalib. cenſuarijs, emphytheoticarijs, aut
in hominib. conditionatę ſeruitutis, quos hęc patria proprios
homines vocat. nam in his rebus domini habent intereſſe, ne
22 transferantur in manum mortuam. Quinimo † & ipſe princeps
vel baro directus dominus, res quæ ad ſuum fiſcum peruene-
runt, tenetur vacuare in manus capaces & habiles, ne inferio-
res domini fraudentur ſuis iurib. Carol. Molin. in conſ. pari-
ſienſ. titu. 2. P. 51. glo. 2. P. 5. & ideo vbi ceſſat intereſſe domi-
norum directorum, non eſt neceſſaria, nec habet locum aliqua
amortiſatio eorum reſpectu, vt in cenſualib. & reditibus per-
petuis etiam non redimibilib. conſtitutis ſuper prçdijs feudalib.
vel cenſuarijs; nec poteſt eccleſia, quæ hæc adquiſiuit, compelli
ea ponere in manum habilem aut euacuare; nec ad recognoſcē-
dum inde dominum directum. quia eius non intereſt late Mo-
lin. P. 18. nu. 8. 9. 10. & P. 50. nu. 4. quæ ſunt obſeruanda domi
nis directis, ne per cenſualia aut alia onera impoſita ſuper feu-
23 dalib. & emphytheoticarijs ipſorum iurib. præiudicetur. † At
reſpectu regis amortiſatio, etiam vbi rex non eſt dominus feu-
di aut prædij cenſuarij, eſt neceſſaria, etiam in bonis alaudia-
libus & liberis ipſorum prouincialium, Francis inquam &
liberis ab omni onere reali & dominicali. Maſuer. tit. de præ-
ſcription. verſicul. item ſi eccleſia. Benedictus. vbi ſupra. nu-
mero. 565. quia hæc amortiſatio regis in his requiritur pro-
pter bonum publicum, & commune intereſſe Reipublicę,
quod

quod æqualiter ſe habet ad omnia immobilia laicorum,ſiue feu
24 dalia & cenſuaria,ſiue alaudialia,libera & franca.† Et ideo quo-
ad feudalia & cenſuaria rex & inferior dominus directus pari v-
25 tuntur priuilegio:† quia illa non poſſunt in eccleſiam transferri
ſine eorum voluntate,etiam ſi vaſallus expreſſe ea donaret ec-
cleſię pro anima ſua.cap.1. P.donare. qualiter feud. olim aliena
ri pot. Specul. de feudis. P. 2. quoniam ſuper homagijs. q. 30.
& 40.Idem in emphyteoticarijs.ſpecul.de locato. P. nunc ali-
qua.verſ. 116.& alias perſonas ibi enumerat, in quas feudũ vel
emphytheoſis transferri non poteſt. & ibid. verſ. 117. quæ no-
tabis.facit tex. in hac materia expreſſus in l.fin. verſ. his tamen
perſonis.vbi glo. veteri. & Iaſ. num.90. & plurib.ſeq.C. de iu-
re emphyt. Molin. vbi ſup. num. 57. quia intereſt ipſorum,ne
huiuſmodi bona tranſeant in manum mortuam propter laude
mia, & alia iura dominorum,quib. vaſalli non poſſunt prçiudi-
care,nec emphytheotę:& ideo hæc non poſſunt tranſire,niſi in
homines ſimilis conditionis & idoneos ad ſeruitia & iura domi-
nicalia.et propterea diſpoſitionẽ cap. 1. de immu. Eccleſ. in ſex.
limitauit Monach. ibid. in feudalib. et cenſuarijs:ſed quoad bo-
na libera ſiue regis ſiue alterius domini,eſt neceſſaria amortiſa-
tio propter intereſſe publicum. pone quod prędiũ hypothecatũ
pro reditu vel cẽſu non redimibili vendito eccleſiæ,eſt in domi-
nio regis;quoad intereſſe priuatum regis, non eſt petenda et ha
benda amortiſatio ab eo, vt diximus, cum ſit de bonis liberis
regis,ſed eſt neceſſaria amortiſatio propter intereſſe reipub. quę
reſpublica in rege reprçſentatur. et amortiſatione non obtenta,
regius procurator poterit compellere intra annum à die inter-
pellationis eccleſiam, vel ſimilem manum mortuam ad ponen
dum extra manus huiusmodi reditum ab ea adquiſitum, ſiue
ſuper alaudialib. ſiue ſuper feudalib.ſubditorum regis, et lap-
ſo anno, ſi non fuerit paritum, procurator regius nomine re-
gis ſuos faciet fructus et pẽſitationes dicti reditus, et apponet in
26 eo amparam realem, vt ſup. dixi, et collectorẽ fructuũ. † Quid
ergo dicemus ad tex. in cap.1.de immu. eccleſ. in ſex. vbi ſum-
mus



mus Pontifex, hęc iura & regias pragmaticas videtur damnare
& improbare, quaſi ſint contra libertatem eccleſiaſticam. ibi.
vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi adquiſita. & ibi. nec
etiam liceat.Sane varie reſponſum eſt ad eam decretalem per do
ctores in varijs locis, Bened. in dict. verb. vxorem nomine
adelaſiam. nu. 563. & 594. ſatis faciens quærelis Petri Iacobi. in
tit de cauſis ex quib. vas. feudum amittere debet, In arbore ſuc-
ceſsionis regni Frãcię.contra Regem Francię imponentem,col-
lectas ſuper bonis eccleſiarum & compellentem eccleſiam va-
cuare manum,dicit non fuiſſe intentionis regum Gallię graua-
re eccleſias, aut libertates earum minuere, ſed prouidere ne re-
giæ coronę et illius iurib. prçiudicetur.eandem facit reſponſio-
nem Carolus de graſſalijs lib.2.regalium Franciæ.cap. fin. verſ.
& ex his patet reſponſio. & Pechius vbi.ſup. cap. 6. verſ. Aud
acter tamen.refert alias plures ſolutiones ad. d.cap. 1. Molin. in
d. P. 41. nu. 95. aliter reſpondet.putat enim d.cap.et cap. cleri-
cis.de imm.eccleſ.in ſex. continere diſpoſitiones Pontificias,quę
habent legis vigorẽ in illis tantum terris & prouincijs, in quib.
Papa eſt princeps & dominus etiam in temporalib. & quod in
regno Francię propterea non fuerunt receptę: quia in eo regno
princeps in temporalib. non agnoſcit alium dominum ſuperio-
rem. cap. per venerabilem.qui filij ſint legit.ext. & ſubijcit vale-
re pragmaticam & ſtatutum principis prohibens alienationem
rerũ immobilium ſiue alaudialium et francarum,ſiue feudalium
& cenſuariarum fieri in eccleſiam, nec eſſe tale ſtatutum contra
libertatem eccleſiæ.Dec. poſt alios in auct. caſſa & irrita. C. de
ſacro ſanctis eccleſis. citant alios Molin. & Pechius vbi ſupra.
27 † Tunc enim dicitur aliquid ſtatui & ordinari contra liberta-
tem eccleſię, quando ab eccleſia aufertur aliquid,quod ei com-
petit & illi adquiſitum eſt iure communi. Dec.in d. auct. caſſa.
nu. 17. non autem quando ex iuſta cauſa prohiberetur de nouo
aliena adquirere. vnde putant valere ſtatutum prohibens rem
alienari in non ſubditos,& comprehendere eccleſiã,quę eſt apud
non ſubditos. hęc enim ſtatuta reſpiciunt bonum & intereſſe
K reipub.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

reipub. quod & publicũ eſt. ſcio aduerſus prędicta ſcripſiſſe mag
nam et luculentam diſputationem, Hieronium Albanũ Cardi
nalẽ illuſtiſsimũ, ad Iulium tertium Põtificẽ maximum. Cæte-
rum ego ſequorquę inuenio cõmuniter recepta et in iudicijs ob
ſeruata. in quorũ confirmationem pleriq; addunt aliá rationem
28 † quia ſatis eſt, quod eccleſia conſequatur æſtimationẽ per tráſ-
lationẽ in manũ habilem. vt in legato eccleſiæ facto ſcripſit ſpe-
29 culat. tit. de emphyt. P. nunc aliqua. verſ. 116. & 117. ac cedit, †
quia finantia & ſuo caſu indemnitas, quæ preſtatur pro amorti-
ſatione, cõpenſatio eſt onerũ et munerũ, quę res immobilis, quę
tranſit in eccleſiam ſuſtinuiſſet, ſi non veniſſet in manũ mortuá.
Molin. vbi ſup. nu. 68. Rurſus patere legẽ, quam tuleris. cap. cú
omnes. de conſtitut ex. & Rub. quod quiſq. iur. D. atqui in nouel
lis diſpotum eſt, quod eccleſia poteſt recuperare intra bienniũ,
rem ſuam emphytheoticariam, quæ peruenit ad domum impe-
rialem vel aliquam curiá. in P. 1. verſ. ſi vero contigerit. de alie-
nat. & emphyth in nouell. ergo patiatur ſimilem euacuationem
30 Graſſal. vbi ſup. † Accedit ijs, quod benedictus ſcribit in d. nu.
595. receptum eſſe in gallia in duob. caſib. vt eccleſiæ et perſonę
eccleſiaſticę ac ipſa beneficia, non teneantur de bonis immobilib.
adquiſitis facere euacuationem & tranſlationem, aut ſoluere finá
tiam regi. primus caſus eſt, quando ſunt quęſita pro fundatione
eccleſiarum parochialium intra villas vel extra, vel earum neceſ-
ſaria ampliatione. quo pertinet l. placet vbi glo. de dicata. C. de ſa
cro. S. eccleſ. ſecundus caſus eſt in reb. temporalib. alaudiali-
bus, quęſitis ante prędictas ordinationes, quibus amortiſationes
ſunt inductę. Pechius vbi ſup. cap. 35. nu. 2. qui alios caſus excipit.
Pechius vbi ſup. cap. 6. quæſtionem latiſsime tractat, & a quęre-
la atq. expoſtulatione Petri Iacobi exorſus, ad decreta vſq. Con-
cilij Tridentini. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 3. peruenit, quaſi eo
quoq. decreto hęc amortiſatio, tanquam inimica eccleſijs & ea-
rum libertati videatur damnata: ſed poſt longam & elegantem
diſputationem, ipſe quoq. Petrus Pechius ſolutis contrarijs, ſequ-
tus eſt opinionem communẽ, quæ amortiſationis leges defen-
dit,



dit, victus vti ego video argumentis & rationib. Petri Belluga. is
enim in d. P. veniamus plures. ad eam rem contulit rationes. & in
31 verſ. nunc videamus. nu. 15. & ſeq. plurib. †. Primum, quod om
nia bona regni a principio ſunt de realenco et ſunt regis, & ipſe
potuit legem in eis ponere, ne ſine licentia ſua tranſirent in eccle
ſiam vel aliam manum mortuá. ſicuti ſi poſuiſſet prohibitionẽ &
omnimodá alienationẽ, rem ipsá afficiendo. l. ea lege. C. de cõ-
dict. ob cauſam. l. si ita quis. P. ea lege. de verbor. oblig. D. l. si
quis ſub hoc pacto. de contrah. emp. D. et in caſu cõtrafactionis
potuit sibi reſeruare manus iniectionem. ut in. d. iurib. & sic af-
ficiendo bona onere regali, quasi ipſe ſolus poſsit ea alienare in
ecclesiá vel manum mortuam, vel alienáti aſſenſum ſuũ dare, &
nullus alias pleno iure poſsit ea in ecclesiam transferre, ipſa bo-
na affeciſſe videtur. Deinde princeps non facit legẽ omnino pro
hibitiuá, ſed sibi reſeruat, quod bona libera & alaudialia, feuda-
lia & cenſuaria poſsint transire in ecclesiá cum ſua licentia. vult
enim examinare & scire quę bona veniunt in ecclesiá. ipſe enim
32 eſt vetus patronus earum, defenſor & propugnator. † Tum, per
amortiſationẽ regiá conſulitur regi & reipublicæ & dominis in-
feriorib. ne propter priuilegiũ eccleſię, de quo in l. 1. C. de ſacro.
S. eccleſ. & in vſ. præcipimus. 2. detrimẽtũ patiantur in iurib.
ſuis ordinaris; cõſulitur etiá eccleſ. ne priuetur lucro ei delato ex te
ſtamẽto, si sit legatũ, vel ex donatione vel alio titulo, quia poteſt in
fra annũ ponere huiusmodi rẽ in manũ habilẽ, & cõſequi illius
æſtimationẽ. & hoc modo regis aut domini cõditio nõ fiet dete
33 rior: aut poteſt amortiſare & cũ rege cõponere. † licet enim prop
ter onera, quę reb. ipſis ab origine nõ insũt, aut quæ vniformem
nõ habẽt pręſtationẽ, vt puta propter collect. vel alia onera noua &
extroardinaria, eccleſia nõ cogat ponere extra manũ ſuá, res ipſas
34 per eá quęsitas. c. 1. circa finẽ de Immu. eccleſ. in ſex. † cogit tamẽ
ecclesia & cogi poteſt extra manũ ponere & vacuare aut amorti
ſare, propter onera ordinaria non fraudanda, quę rebus natura-
liter inſunt ab origine ex forma primę conceſsionis, & quę vni
formẽ ſemper habuerunt & habent pręſtationem. extant con-
K 2 ſtitutiones

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſtitutiones. 1. 2. in tit. de Epiſcop. & cleric. in noua compilat. Ia-
cob. 2. in pragm. data Bar. 15. Calen ſept. 1327. & cap. 1. 2. 3. de
ſacro S. eccleſ. vol. 2. poteſt etiam conſuetudo & lex principis
res omnes conditionare & qualificare. & ideo de omnibu. reb.
immobilibus nouiter adquiſitis tenetur eccleſia manus ſu-
as euacuare infra annum, vel cum rege componere. & licet ec-
cleſia huiuſmodi bona tenuerit per. xl. annos & vltra, tamen
tenetur finantiam ſoluere de. xxxx. in. xxxx. annis & donec
amortiſatio facta fuerit, aut obtenta vltima financia. bened.
vbi ſup. nu. 567. 569. Molin. d. nu. 63. Ægidius, tamen. vbi
ſup. cap. 5. nu. 3. 4. 5. putat poſt lapſum xxx. aut. xxxx. annorũ
ſecundum varias conſuetudines locorum manum mortuam nõ
poſſe compelli euacuare: ſed dumtaxat finantiam ſoluere (vti
eam appellat benedictus) de. xxxx. in. xxxx. annis. † Atq. ita
35 inquit Ægidius, pręſcribitur. poſſeſſ. & habilitas poſsidendi, ſed
non ius ſuperioritatis & obſequij, quod pręſcribi non poteſt. idẽ
Ægid. cap. 6. † Sed a quo tempore curret hoc tempus pręſcrip-
36 tionis? a die ſcilicet denegate, finantię, cũ peteretur a rege ſeu
eius officiali. L. hæc autem jura. de ſeruit. Vrbano. prędio. D. ad-
ditur ad benedict. ſub. nu. 567. quinimo cum tolleratur eccle-
ſia poſsidere per. xxxx. annos, inducitur tacita compoſitio. Be-
37 ned. in d. nu. 569. & plura ibid. nu. 521. & 546. † Adduntalij,
quod ſtatutum laicorum ſuper reb. prophanis & temporalibus
factum exiſtentib. in poſſe ſubditorum, ipſis ſtatuentib. non va-
let ſi principaliter fiat in pręiudicium eccleſiarum: non ſi in con
ſequentiam. L. ſi quis nec cauſam. de. reb. credit. D. vbi Dec.
nu. 3. & in cap. quę in eccleſiarum, cap. eccleſia S. Marię de cõ-
ſtitut. ex. Dec. cõſ. 293. in fine, de graſſalijs. vbi ſup. & hoc modo
laici per ſuas diſpoſitiones & principes per ſuas leges et prag-
maticas poſſint talem legẽ reb. ſuis imponere. Felin. in d. c. ec-
cleſia S. Marię. nu. 79. vbi ponit ſingulares rationes & deciſio-
nes hanc reſolutionẽ confirmantes. & nu. 56. cum plurib. ſequẽ-
tib. & plenius nu. 76. & ſeq. videãt. Dec. ibid. nu. 52. 53. Quãobrẽ
cũ hę leges, ordinationes, conſuetudines Gallorũ & pragmaticæ





regum Aragonię, quoad nos, ſint principaliter factę & ſtatutę ac
receptæ pro conſeruatione patrimoniorum & bonorum tempo
ralium, quę poſsidentur & ſunt in dominio ſubditorum ipſorũ
regum & ſubditorum ipſis, licet in conſequentiam ſint hæ leges
pragmaticę, ordinationes in aliquale detrimentum eccleſiarum
38 tamen hoc † quod eſt in conſequentiam remotam non attendi-
tur, ſed quod principaliter agitur l. 1. de auct. tutor. et curator.
D. ibi. per conſequentias contingit, vt debitum ſubeat. in orna-
tum ſcribit plura. Couarr. in rub. de teſtam. parte. 3. de teſtam.
ex. Dec. in l. ſenium in fine. C. qui teſtam. facere poſſunt. & de
validitate iſtarum pragmaticarum, & horum ſtatutorum per
principes laicos factorum, plura allegando ſcripſit boſſ. tit de
39 principe & priuileg. eius. nu. 339. † hac ratione ſuſtinetur in hac
prouincia conſtit. Ferdin. 1. con fer y contraure. tit. de ſpõſalib.
et matri. quę alioquin non poſſet ſuſtineri, quaſi infrigidans &
retardans homines a contractu matri. contra cap. 1. et cap.
gemma. de ſpoſalib. et matri. ext. Couarr. in epitome. parte. 2. c.
3. P. 7. nu. 5. & ſequentib. & 8. nu. 3. de ſponſalib et in cap. 3. n.
11. de teſtam. Luſitanus in l. titio centum. P. titio centum. et l.
cum tale. P. ſi arbitratu. de conditionib. & demonſtrat. D. Na-
uar. in manuali. cap. 22. num. 69. & cap. 25. num. 144. Mier. qui
conſtitutionẽ prædictam ſic intellexit. coll. 9. in curia Barc. Fer
din. 1. cap. 12. comfer y contraure. num. 13. verſ. hic autem con-
tractus. col. 4. & verſ. immo volunt dicere quidam. & ibi ſequi-
tur in tex. prohibim y reprobam. rex enim diſponit ſuper reb.
40 ſuis, non ſuper ſpiritualitate. & ſubijcit ſimilia. † Sic & priuilegiũ
regis Iacobi. 1. contra ingredientes religionem ſine conſenſu pa
rentum, in quorum ſunt poteſtate, vel proximiorum, parentib.
defunctis. eſt ſub tit. dels qui entrã en religio. lib. 1. in 2. volu.
conſtit. & cap. 1. & 2. de ſponſalib. lib. 5. conſtit. vol. 1. ſic illud
priuilegium intellexit Guillermus in vſat. exheredare. ibi. vel
dic & melius & ponit rationem Iudaic. ibid. quia hæ pænę non
apponuntur ad matrimonium, nec ad religionem, neq. ad per-
ſonas contrahentiũ aut ingredientiũ, inualidando matri. aut in-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ingreſſum religionis, ſed apponuntur ad bona temporalia et ſe-
41 cularia. † de quib. bonis iudicare, ſtatuere et diſponere legem
condendo & alias diſpoſitiones, non pertinet ad eccleſiam, ſed
ad principem ſecularem. cap. per venerabilem. qui filij ſint le-
giti. ex. ſequitur Marq. ibid col. 5. verſ. ſed quero ſecundum eũ
dem Iacobum. et verſ. quero ſecundum valleſic. Feli. vbi ſup. n.
58. 59. qui hæc cõfirmat plurib. rationib, valde obſeruandis. Quá
obrem Philippus prob. in cap. fin. de reſcript. in ſex. nu. 12. 13.
ſcribit huiuſmodi ſtatuta ſeculariũ principũ præiudicare eccleſijs
in quęrendis, non in quęſitis ante ſtatuta, vti ſup. diximus. eſſe au
tem concipienda verba ſtatutorũ, vt pœnę reſpiciant perſonas,
& bona ſubditorum, ipſis ſtatuentib. & concedentib. priuilegia.
Dec. in d. cap. eccleſia. S. Marię n. 56. & de his priuilegijs & ſtatu
tis aliqua ſcripſit Bellu. de amortiſat. P. veniamus. nu. 31. cũ plu-
rib. ſeq. quia bona temporalia ſubditorũ & propria principis an
tequam veniant ad eccleſiam, poſſunt affici aliqua qualitate &
conditione. Bellu. vbi ſup. hoc eſt enim afficere rem & inijcere
onus & vinculũ rebus & patrimonijs, antequã ſint de dominio
& patrimonio eccleſię. quod princeps per legem, teſtator & cõ-
trahentes facere poſſunt, nec dicuntur aliquid facere contraliber
tatem eccleſię. exempla habes apud Felin. vbi ſup. nu. 76. cum
plurib. ſequentib. Dec. ibid. num. 52. & ſeq. ſi autẽ bona iá erant
de patrimonio eccleſię, non continentur ſtatuto. Felin. ibi. nu. 7.
8. Dec. nu. 18. Accedit his, quod hęc amortiſatio reſeruata ſoli
principi non eſt impoſsibilis, ſed princeps ſolet ſe liberalẽ in ea
42 re prębere nec recuſat licentiam & amortiſationẽ, † niſi ex cauſa,
vt in amortiſandis caſtris & oppidis ſitis in limitib. regnorum
ad fauces inimicorum, quia eccleſiæ & manus mortuę, non ſunt
ſufficientes ad defenſionẽ horũ caſtrorum, quæ propterea non
expedit in eccleſiam tranſire vt apud eam perpetuo maneant.
arg. l. quicumq. vbi notat, in ſimili Platea. de fund. limitrophis.
C. lib. 11. bene faciunt quę ſcribit Marq. in vſ. Caſtrum. q. 1. ex
quib. intelligitur ad caſtrum ſtabiliendum & muniendum & cu
ſtodiendum plura eſſe neceſſaria, quę eccleſiæ in hac prouincia





non poſſent prouidere. idem Marq. in vſ. rochas. verſ. nota ec-
cleſias vel monaſteria. Iudaic. in vſ. ex magnatib. in fine. Guill.
in vſ. ſi quis contradixerit. col. 2. Marq. col. 5. verſ. quęro. pulchra
ſcripſit ad hanc rem pertinentia Pechius vbi ſup. cap. 24. num.
2. enimuero in hac prouincia cathaloniæ benignius amortiſatio
43 nes tractantur, † quam in comitatib. Roſsilionis et Ceritanię. in
illis ſummo iure amortiſationes fiunt, et manus mortuę per pro
curatorem regij patrimonij amortiſare cõpellũtur, et iura amor
tiſationis pendere. quod conuentio facta inter eccleſias et eccle-
ſiaſticas perſonas regnorum Valentię, maioricarum et comitatũ
prædictorum ex vna; et regem Alfonſ. 4. die 6. Ianua. 1451. c. 2.
in caſtro de torra de octaui regni Neapolit. plenius demõſtrat.
in Cathalonia vero receptum eſt, eoq. iure vtimur, vt feudalia
et cenſuaria, quæ ad eccleſiã perueniũt vel manum mortuam,
transferenda ſint intra annum in manũ habilem et idoneam, aut
cõponendum eſt cum baiulo generali, de cenſu deinceps per ma
num mortuam ſoluendo, vel ſeruitio feudi præſtando. iuxta cõ-
ſtitut. itẽ ne ſuper laudemio. tit. de iure emphyt. in P. aiuſtants
verſ. hon empero. Mier. coll. 6. in curia Ceruarię Petri 3. rub. de
feudis et foriſcapijs. ſuper verbo. in capacem. et ſuper verbo in-
tra annum. et ibi enumerat Mie. perſonas incapaces. et annectit
44 alias perſonas, quę non dicũtur incapaces, † ſed deterioris con-
ditionis, quas dominus feudi vel emphytheotici prędij non te-
netur acceptare. Mier. ibid. in verb. incapacem. Socarra. in cap.
ſi aliquis habet hominem. P. item vaſallus. remiſsiue ad Specu.
tit. de feud. P. quoniã. verſ. 17. et ideo in inſtrumẽtis ſtabilimento
rum ponuntur verba illa ſimilis cõditionis, et in infeudationib.
ſimilia aut ęquipollẽtia. quia licet feuda et cenſuaria ſint redacta
ad formã patrimonialiũ. d. cap. item ne ſuper laudemio. per quá
conſtit. derogatũ eſt vſ. ſi quis ſuum feudũ. Mier. ibid. n. 21. verſ.
et nota, quod per hanc conſtitutionẽ. Calic. in d. vſ. ſi quis ſuum
feudum. 2. 3. oppoſit. verſ. ſed de iure conſtitutionum. notat. So-
car. in cap. ſi dominus alicuius caſtri. num. 2. et ſeq. et qui ſint
45 incapaces. nu. 24. † tamen poteſtas et facultas ea transferendi,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

eſt reſtricta ipſis vaſallis ad habiles perſonas, & ad perſonas non
deterioris conditionis.d. cap. ſi aliquis habet hominem. P. item
ſi vaſallus. Mier. & Socar. vbi ſup. Guiller. in d. vſ. ſi quis ſuū feu-
dum. verſ. ſed quęro. quę dicātur perſonę inhabiles. Igitur ma-
nus mortua euacuabit feudum vel prædium cenſuarium & em-
ptor ſoluet tertium pro laudemio, vt ijdem affirmarunt. aut fiet
amortiſatio, facta compoſitione cum baiulo generali, vt dictum
46 eſt. † Alaudialia & libera ac franca non amortiſantur. quia in
Cathalonia, quilibet poteſt relinquere ſuum allodium eccleſiæ,
vel manui mortuæ. vſat. pręcipimus, vt ſi aliquis allodium. Ca-
lic. in Marg. dub. 8. verſ. 57. Marq. & alij in d. vſ. pręcipimus.
ſed nota, quod tunc iam excipiebantur baiuliæ nobilium quia
hęc feuda ſunt nobiliū. vſ. de baiulis. ibi. baiulias vero non con-
cedant. vbi glo. ordin. & in vſat. in baiulia. Iudaic. ibid. feudalia
ſane & cenſuaria per inferiores dominos amortiſari ſolent ad in
demnitatem, non ad finātiam vltimā: & remanet ſeruitiū, & cen
ſus augetur. & eccleſię ſolent date hominē pro ſeruitio ſed nec
rex denegat has amortiſationes in feudis aut prædijs cenſuarijs
47 domini regis, niſi ex cauſis, quales ſuperius iudicaui. † Sed ſi
nolit amortiſare dominus rex, non compellitur: cæteri ex cau-
ſa poſſunt cōpelli. et cauſas habes apud Pechium. cap. 24. 35. n. 2.
per totum Mol. vbi ſup. nu. 97. 98. ipſe quoq. rex ex ijs cauſis, ſi
nollet amortiſare ſaltem ad indemnitatem, non eſſet tutus in cō
ſcientia, vt ibid. traditur. ſed et ſi dominus feudi, etiam ſi ſit prin
48 ceps, aut prædij cenſuarij † ſubſcribat adquiſitioni factæ per ec-
cleſiam, amortiſaſſe videtur. Molin. vbi ſup. nu. 62. et alijs quoq.
modis inducitur amortiſatio, et perdit dominus ius expellendi
et cogendi euacuare manū, ſed non perdit ius indemnitatis. Mo
49 lin. ibid. num. 60. 61. 69. † Sed an ſcriptura ſit in amortiſatione
neceſſaria, an vero fiat verbo? Pech. vbi ſup. cap. 26. Bellu. in verſ.
reſtat videre. per totum formulas amortiſationū, quę ad indem-
nitatem fiunt in prędijs cenſuarijs & feudalibus rebus, ponit Sol
ſon. in ſtilo capibreuiandi rubri. forma inſtrumenti abſolutio-
nis, definitionis. etc. num. 2. 3. et Rub. ſequentib. et rub. forma
amor-



amortiſationis factæ per Epiſcopum. &c. & P. plures aliæ for-
mæ. & an ſufficiat tacitus principis conſenſus? an pręſentia? an
longa poſſeſsio ipſius manus mortuæ? an ſubſequens principis
confirmatio legati, venditionis factæ in fauorem manus mortuę?
hæc omnia explicat Pechius. cap. 27. 28. 29. quæ ſunt obſeruan-
da. plane ſi princeps ędificat eccleſiam & dotat, ſiue de feudali-
bus, cenſuarijs: ſiue de ſuis alaudialib. ſatis videtur amortiſaſſe.
quia hic exprę ſſus conſenſus eſt. qua ratione omnes eccleſię Ca
thaloniæ cathedrales, abbatiales & alię maiores, poſsident ſuas
dotes conſiſtentes in bonis, quę ſuo tempore erant feudalia, cen
ſuaria, alaudialia. atq. ita ſuper his nihil eſt amplius ab illis eccle
ſijs requirendum. Sed an compellendæ oſtendere ſuos titulos
& exhibere? Pechius vbi ſup. cap. 34. in feudalib. & cenſuarijs
compellitur, & capibreuare. fortaſsis ad indemnitatem poſſunt,
ad amortiſandum non poſſunt lapſis quadraginta annis, qui-
bus in hac patria ad exemplum hypothecarię de qua alibi di-
xi, pręſcribitur contra regem, per eccleſiam & aliam manum
mortuam, iuri expellendi & euacuandi, non autem iuri pe-
tendi obſequium, ſeruitium & indemnitatem. Molin. vbi ſup.
num. 60. 61. 91. Pech. cap. 35. num. 3. Ægid. cap. 5. num. 3. 4.
50 † Nec etiam iuri ſuperioritatis, cui nullo tempore pręſcribitur
in hac prouincia. vſat. hoc quod iuris eſt ſanct. ſolum ergo re-
manet ius regi in temporalib. etiam alaudialib. poſſeſsis per ec-
cleſias, nec tempore vllo illud tollitur. quia hoc competit iure po
teſtatis, & ex eo, quod eſt poteſtas. ergo omni temporę poterit
compellere amortiſare, aut componere, immo & ex cauſa iuſta
euacuare, non alias, obſtante præſcriptione, quæ regulariter in
iure expellendi pręiudicat. videatur tenor concordiæ Regis Al-
fon. 4 ſuperius calendata, quę eſt in titu. de Sacroſ. eccleſ. vol. 2.
in noua compilat. nec refert quod hoc ius ſit conceſsibile, ac pro
inde videatur pręſcriptibile ex iuris communis regulis. quia hęc
regula iure Cathalonico non eſt recepta. Guiller. in d. vſ. hoc quod
iuris eſt ſanctorū. Hanc cauſam galli popularem faciunt, & cum
bet datur ius defendendi non amortiſata. Pechius. cap. 34. nu. 3.
in hac

in hac prouincia adſunt publici denuntiatores, de familia ba-
iuli generalis vel regij procuratoris. cæteri nõ prohibentur, quia
51 in his ius publicũ ideſt fiſci verſatur †. Ampliſsima autẽ amor-
tiſatio ea dicitur, quando dominus rex, qui eſt immediatus &
ſolus dominus directus, permittit & conſentit rem à manu mor
tua poſsideri, per ſeipſam ſine vicaria manu, videlicet hominis
viuentis & morientis, & ſine aliqua alia indemnitatis exactione.
Cæterum etſi hæc pleniſsime amortiſata ſint, tamen res apud
eccleſiã remanet feudalis vel cenſuaria, ſicut prius fuerat cum ſo
lo onere fidelitatis in feudo, & ſolutionis cenſus in cẽſuario præ
dio, & ſine alio onere. hoc modo ſcribit Molin. vbi ſup. nu. 99.
temporalia eccleſiarum cathedralium in gallia eſſe amortiſata,
in quib. prẹter fidelitatem & quædam alia regalia, nullum ius ſi
bi rex reſeruauit. quod & in hac prouincia & comitatib. Roſsi-
lionis & Ceritanię receptum eſſe diximus. fidelitas autem &
ſuprẹmum directum dominiũ nõ remititur in hac patria. quia
coronæ regiæ detraheretur, quod regi non permittitur. etiamſi
res ante adquiſitionẽ factã per manũ mortuam, eſſet alaudialis.
quia in omnibus rebus totius prouincię, prima earum natura eſt
52 ſpectanda. ea vero eſt, † quod omnia ſint de dominio regis, quo-
ad ſupremam poteſtatem. Molin. vbi ſup. nu. 99. & ex noſtris.
Guille. & alij in vſ. ſtratæ. vbi Iacob. Valleſic. in fine. Guiller. in
53 vſ. ſi quis contradixerit. col. 2. in principio. † Qua ratione vltima
appellatio, recurſus & alia ſemper ſunt regi reſeruata. in vſ. aliũ
namq. de quo ſup. dixi. Bellug. vbi ſup. P. veniamus. num. 5. &
35. 36. & ſeq. non dico de allodio regis. d. vſ. ſtratæ. ſed de ſupræ
ma iuriſdict. poteſtate, protectione regis. vt ibi not. & in vſ. cũ
dominus. ibi & ſola vero poteſtas regia erit in omnibus libera.
54 ex quib. efficitur, † quod ſi feudum eccleſiæ reuertatur ad regẽ
ob culpam vaſalli eccleſiæ, vel alias, rex non prẹſtabit homagiũ
eccleſiæ propter illud feudum, quod erit eccleſiæ. Ægid. in tra-
ctatu de feud. hominijs & vaſall. cap. 1. ex Specul. de feud. P. quo-
niam. q. 24. quod in campo Tarracone ex tempore Ferdi. 2. fa-
ctitatũ eſt, in feudis quæ ſunt eccleſię Tarracon. & peruenerũt
ad



ad manum regiam vel ex conuentione cum Archiepiſco, vel ex
alijs cauſis. nã pro abſurdo reputatũ fuit quod rex pro illis præſta
ret homagiũ & fidelitatẽ Archie. cum res dicatur ex cauſa præ-
dicta redire ad ſuã naturã. quia eccleſia à rege & Comite Barc.
omnia tẽporalia habuit, vt ſup. eſt demonſtratũ. nec practicatur
hodie doctrina Cali. in vſ. omnes homines debent firmare. q. 13.
verſ. ſed pone, dominus noſter rex eſt vaſallus eccleſiæ vicenſis.
nã licet Comes Barc. poſt adquiſitionẽ prouincię & à Sarracenis
recuperatã terrã, eam in partibus donauerit, vel populis ad em-
priuium & vſum cõmunẽ vſ. ſtratę. Iaco. Valleſ. qui loquitur de
iſta donatione vniuerſali & generaliter facta cũctis populis; vel
militib. infeudũ vel alijs in emphy. & ad cenſum, vel eccleſijs ca
thedralib. vel alijs maiorib. & minorib. ſecularib. et regularib. ad
liberũ allodium vt in earũ fundationib. et donationib. apparet, et
nihil ſibi reſeruauerit, ſeruitiũ nullũ infeudo, nullum cenſum in
prẹdio: tñ fidelitatem ſemper cenſetur reſeruaſſe, & ſupræmũ
dominiũ nõ potuit a ſe, ratione ſuprẹmẹ poteſtatis et ſuperiorita
tis ſeparare. Mier. coll. 2. in cur. Barc. P. 2. c. 48. itẽ ſtatuimus et
volumus ac etiã approbamus. qua ratione omnes omnino prẹ-
lati maiores & minores, prẹſtant fidelitatis ſacramentũ domino
regi in hac prouincia, et quotquot ſunt in hac prouincia regi
ſubſunt in temporalibus, quoad ſuprẹmã poteſtatẽ. d. vſ. cum do
minus. et d. vſ. alium nãq. vt ex ijs, quę ad textum in literali ex-
poſitione tradita ſunt, colligi poteſt. hactenus de amortiſatione.

## SVMMARIA.

1 *Barones ſequntur regem, ad bellum.*

2 *Eccleſiæ et prælati iuuare debent regẽ in bello, ſi habent feudum pro eo.*

3 *Ab hoſte & caualcata in vim vſat. princeps nãq. cõuocata non excuſantur priuilegiati nec tale priuilegium ſubſiſtit.*

Feuda-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

4 *Feudatarij licet nullum præſtent ſeruitium, regem iuuant in bello et. n. ſeq.*

5 *Vaſſallus quilibet tenetur dominum iuuare.*

6 *In hoſtis cõuocatione qualiter pcedatur remiſsiue.*

7 *Baro nullus excuſatur in tribus caſibus, a iuuamine regi preſtando.*

8 *Pena non venientis ad conuocationẽ hoſtis qua ſit, remiſſiue. et de forma conuocationis.*

9 *Eccleſiaſtici vocati ad bellum venire debent et qualiter ſi non obtemperant procedatur contra illos.*

10 *Eccleſiaſtici, et prelati bellum priuatum in Cathalonia non agnoſcunt.*

11 *Eccleſiaſtici debent mittere perſonam armigeram, ad conuocationem ſoni emiſſi, et pacis et treuga et vſatici, princeps namq.*

12 *Regalia conuocationis vſatici princeps namq. ſoni emiſſi et pacis et treugæ ſunt excepta ab omni priuilegio et exemptione.*

13 *Feudatarij omnes in caſibus inopinatis et neceſſitatis ſuperuenientis poſſunt cõuocari.*

14 *Expenſæ vaſallis euntib. ad conuocationem belli, an per regem miniſtrētur.*

De



## DE IVVAMINE ET AVXILIO PRESTANDO COMITI BARC. PER PRÆLATOS ECCLESIARUM, SECULARIUM ET REGULARIUM, RATIONE FEUDORUM, QUÆ AB EO TENENT.

## CAP. 8.

1 BArones † in hac prouincia dominum regem ſequuntur ad bellum contra inimicos regis et huius prouinciæ properantem. cap. ſi aliquis dominus vult ire ad partes ſarracenorum. et cap. Barones. in conſuetudinib. feudalib. et ibi. not. Socar. in vſ. princeps namq. et omnes homines de terra ipſius, citati & commoniti ſiue per literas, ſiue per nuncium iuxta conſuetudinem monendi terram, qui non venerint in auxilium regis, perdere debent honorem, & cuncta quæ pro ipſo rege tenent d. vſ. princeps namq. in quo vſ. proponitur nobile ius regale principis huius patrię, in quo regi magnum exhibetur fulcimentum honoris, commodi, tuitionis. Iudaic. ibid. in vim huius vſat. fit conuocatio gentium huius terrę, ad quam omnes qui arma ferre poſſunt et bello intereſſe per ætatem et ſtatum, venire debent, et barones ſeculares, qui feudum tenent pro rege, et homines horum baronum. d. cap. Barones. in principio.
2 † Prælati quoq. eccleſiarum, qui feuda obtinent a rege (obtinēt autem omnes eccleſię Cathedrales, Abbatiales. et aliæ quęcumquæ habentes vaſſallos) iuuare regem tenentur contribuendo
3 in expenſis. Socar. in d. cap. ſi aliquis dominus. nu. 94. 95. † nec ſub priuilegio exemptionis hoſtis et caualcate, quod hoſpitalarij et templarij et alij pleriq. habent, hæc onera, quæ defenſionem et tuitionem totius reipub. concernunt, continentur. Socar. d. nu. 94. verſ. et pro hac parte. & verſ. ego vero. qui imo tradit Socar. tale priuilegium concedi non poſſe, et ſi concedatur de facto, iure non ſubſiſtere. ibid. verſ. ſed his non obſtantib.

cs

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

& nu.95. ibi.ſecundo caſu ſubdiſtingue. not in cap. non minus.
de immunit.eccleſ. ex. ibi. niſi Epiſcopus & Clerus. not. Bart.
in l.ad inſtructionem.de ſacro.S.eccleſ. C.Calder.decenſib. con.
4 1.2. † Et quia tenentur prȩlati,qui ſunt barones ad hæc onera
propter feuda, quæ a rege tenent, licet nullum ſeruitium aliud
prȩſtent pro feudis, non eſt dubitandum hoc onere prælatos ad
ſtringi iuxta conuentiones in infeudationib. appoſitas, & aliâs
iuxta feudi naturam.Socarratius in d.cap. ſi aliquis dominus.n.
116. & plenius. nu.104.& eſt ratio. quia iſti prælati, vt antea di
xi prȩſtant regi fidelitatem,nec poſsūt accipere poſſeſſ.ſuarum ec
cleſiarū & homagia vaſſallorum, ſine executoria regia.Gregor.
5 in ſyntag.lib.15.cap.38.nu.9.& ſeq.qui alios citat.† quilibet autē
vaſallus facit domino fidelitatē & iurat eū iuuare, ſi periclitetur
ipſe vel terra ſua.c.1.de noua form. fidelit. in feud. & cū prȩlati
hoc iuramētū fidelitatis præſtiterint,debent ipsū ſeruare.Socarr.
6 d. nu.104.qui rē explanat.† et docet qualiter dominꝰ rex ad hāc
cōuocationē procedere debeat.ibi: nota tamē,quod quando rex
mādat. & ponint praxim vſ. princps nāq.ibi. & pro complemē
to, materiȩ.d.vſat. princeps nāq.& nu.107.110.& ſeq.& quid ſi
in cōuinētijs feudi, nullū ſit exprȩſſum ſeruitiū.nu. 116.verſ.ſed
vidi declaratū in quadā ſentētia. notat pleniſsime. Calic. in vſ.
qui ſolidus eſt. Socarr. vbi.ſup.nu.119.Mier.col.2.in curia Barc.
Petri. 2. cap. 51. item, quod ſi aliquis baro. & cap. 52. item vo-
lumus, quod declaretur. idem Socar. in cap. ſi caſtellanus ſiue
vaſſallus dixerit.nu. 2. 30. 32. vnde habes an & quȩ præſuman-
tur eſſe allodia, in hac prouincia. Mier. vbi. ſup.cap. 48. item
7 ſtatuimus & volumus.† Nam in tribus caſib. nullus baro vi-
detur excuſari a iuuamine regi præſtando. In caſu videlicet vſ.
princeps nāq. pacis & treugæ. & ſoni emiſsi. Mier. coll.2. in cu
ria.Barc.Petri.2.cap. 24. item ſi barones.verſ.exceptis caſibus.
Marq. in vſat.aliū nāq.col.antep.verſ. quȩro.8.ſecūdum.& col.
penul.verſ.vltimo eſt notandum.vbi notat quȩ in his obſeruauit
ſuo tēpore.& Mier. ſcribit in curia Barc. Alfon.4.coll.11.cap.4.
cōfirmants.col.7. verſ.ſed pone,quod dominus rex.et col. 6.7.
ibi



ibi. et nota.quod omnes etiam de baronijs.cum col. ſequent.et
de pœna amiſsionis feudi, quod per regem occupabitur &
ponetur in eo ampara realis contra non venientes ſeu mitten-
tes iuxta morem & conſuetudinem prouinciȩ, ad conuo-
cationem. not. plene in vſat. qui fallerit hoſtes vel caualca-
tas. vbi Calic.quem Socar. ibi nu.119. verſ.ſed quo ad hoc mor-
dere videtur. cū per. vſ.princeps nāq. punitur ille, qui fallit ho
ſtes per amiſsionē eius,quod tenet pro domino rege,in perpetuū
ſeruata,in procedēdo cōtra fallentē forma cōſtitutionis, confir-
māts.tit.de iure fiſci.quȩ.eſt Alf.4.declaratiua & limitatiua vſ.
princeps nāq.& vſ.alium nāq.de qua Mier.plene coll.11.in curia
Barc. Alfon.4.c.4.cōfirmāts.in vſ.qui fallerit hoſtes vel caualca
tas.aliter punitur fallens hoſtē.Sed eo loci agitur de hoſte fallita
ſeniori ſuo nō principi quāobrē Socarr.tandē ſequitur eūdē ca-
liciū propter eius auctoritatē. in verſ. cogita, quia forte,melius
eſſet dictū. ſub.nu.120.itaq.vſ.qui fallerit.loquitur in feudatario
nō regio.vſ.princeps nāq.in illo vaſallo,qui tenet feudū pro do-
9 mino rege.† igitur prælati eccleſiarū & aliȩ perſonȩ eccleſiaſticȩ
quȩ feuda tenēt pro domino rege, vocati & admoniti per litteras
vel nūciū vel alios modos,quib.gētes prouinciȩ moueri ſolēt &
hoſtes cōuocari,pro prȩſtādo iuuamine domino regi dādo per-
ſonam armigerā & habilē atq.acceptabilē cūſuis vaſſalis,ſi cōtu-
maces fuerint,poterit cōtra eas procedi ſeruata forma d.vſ.prin-
princeps namq. & aliorum vſaticorum eidem applicabilium,
et adhibita moderatione conſtitutionis cōfirmāts. Alf. 4. & fiet
ſi ita iuſtum eſſe videbitur, appræhenſio feudi per amparam
realem, & deputationem perſonæ pro colligendis,fructibus.
& deueniri poteſt ad declarationem priuationis feudi & ad a-
lias emendas habendas ex fructibus temporalitatum, quas prȩ
latus cōtumax tenet pro domino rege. ſed durabit priuatio du
rāte vita prȩlati cōtumacis.Carol.de graſſalijs lib.2.c.16.quia nō
poteſt vltra prælatꝰ nocuiſſe eccleſiȩ ſuȩ.ſed et onera eccleſiȩ,adq.
prȩlatꝰ ex fructib.feudi reſpōdere tenebatur nō erūt defraudāda,
niſi per iudicē eccleſiaſticū cōpelleret cōtu.aliūde illa ſupportare
huc

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

huc pertinent quæ not. Calic in Margarita, dubio. 8. verſ. 39.
40. Idem in viridario militię cap. 1. per totum & cap. 2. nu. 7. ibi
ad quartum punctum. et nu. 8. nam in hac re primum recur-
rendum eſt ad vſaticos, deinde ad commemorationes et declara-
tiones Petri Alberti, tum ad conſtitutiones, quarto ad pragma
10 ticas ſanctiones. de quib. ibid. Calic. eodem ordine. † Licet
enim iure huius patrię bellum priuatum prælati non agnoſcant,
ſed ſint conſtituti ſub perpetua pace domini regis, et mouentes
bellum ſeu guerram contra eos et bona eorum, per dominum
regem & eius officiales certis remedijs cohiberi poſſunt. Calic.
in viridario militię P. ſecundo loco queritur. nu. 11. ibi quæro
vtrū prędictis. et nu. 12. ibi hoc etiam probatur. tamen ad bellum
publicum & guerram, quam princeps cathalonię mouet, vel quā
aliquis contra regem mouet, compelluntur venire vel mittere
armigerum habilem & acceptabilem. Marq, in d. vſat. princeps
namq. col. 9. verſ. quęro ſexto poſt iudaic. prout legitur in li-
bro de Papiolo relato per Mar. ibid. nec incurrunt irregularitatē
ſi in bello homicidia ſequantur. not. in cap. ad audientiam. de
homicid. ext. in cap. clerici arma portantes. de vita & honeſtate
cleric. ex. in cap. fi. ne cleric. vel monachi. in ſex. vbi glo. non li-
ceat. Marq. vbi ſup. et de graſſalijs in d. cap. 15. lib. 2. regalium
Frācię. de iuſtitia enim belli vel iniuſtitia, nō poſſunt vaſſalli diſ-
putare, ſed ea cognitio regis eſt, mouentis vel defendentis guer-
11 ram. † Non ſolū autē pręlati in hac prouincia feuda regia te-
nentes ad conuocationem vſat. princeps namq. venire tenentur,
ſed et ad conuocationem pacis et treugæ & ſoni emiſsi tenētur
mittere perſonam armigeram habilem & acceptabilem, cum va-
ſallis pręlatorum. Calic. de pace & treugæ dubio. 23. verſ. quęro
an vicarius poſsit et debeat congregare. ibi. & licet dominus rex
& verſ. quęro an vicarius. et ibi tamen hodie. & tract. de ſono
emiſſo. q. 8. verſ. quęro quid ſi vicarius cum exercitu. quia hæ
12 tres † Regaliæ ſunt exceptæ ab omni priuilegio et exemptione
Mier. coll. 2. in curia Barc. Pet. 2. cap. 24. item ſi barones. verſ.
exceptis. et ideo homines eccleſiarum & pręlatorum ad has cō-
uocationes



uocationes vocantur, nec ſunt exēpti in vim conſtitutionum Ia
cobi 2. in. 1. curia Barc. cap. 18. nos o noſtres officials. Pet. 2. in
curia Barc. cap. 8. eſt ſub tit. de ſacro S. eccleſ. & ibi ſunt plura
alia capita ex curijs Iacobi. 1. in curia Ilerdę, Tarraconę. Barc.
de quib. Mier. coll. 4. in curia Barc. Iacobi. 2. cap. 20. 21. & coll.
1. in curia Barc. Iacobi. 1. cap. 9. & redditur ea ratio, quæ cōmu-
niter allegari ſolet, quod hæ regalię ſemper cenſentur exceptę.
Mier. in d. cap. 9. & coll. 4. in 1. curia Barc. Iacobi. 2. c. 20. & latius
in ſumma ſoni emiſsi, quā idē Mier. citat. q. 19. quā hactenus nō
potui videre. hoc amplius in iſtis cōuocationib. dominus rex ab
antiquo habet intentionē fundatam. Mier. d. c. 20. Cali. in d. c.
23. verſ. quæro an vicarius poſsit & debeat congregare homines
eccleſiæ. verſ. tamen hodie. & de ſono emiſſo. q. 8. verſ. quęro vl-
terius, quid ſi vicarius cum exercitu ſuę vicarię. ibi. quid dicen-
13 dum. † Hoc amplius poteſt dominus rex omnes ſuos feudata-
rios, in quib. etiam prælati feuda eccleſiarum obtinentes conti-
nentur, conuocare in caſib. inopinatis & neceſsitatis ſuperuenien-
tis. d. vſ. alium namque. in fine. nullis exemptionib. conſtitutio
nib. & priuilegijs. obſtantib. quia hæc omnia ſunt de regalibus
iurib. quæ nullo modo poſſunt ſeparari a corona regia, & reſpi-
ciunt publicam vtilitatem. Quod in ſimilib. iurib. reſponſum
eſſe ſæpe legimus. Mieres. coll. 11. in curia. Barci. Alfonſi. 4.
14 cap. 4. confirmamus. col. 6. verſ. & nota. † Quod omnes etiam
de baronijs. ibi. quia talia ſunt de regalijs. an ſuo victu ire teneā
tur ad has conuocationes homines eccleſiarum, an vero expen
ſę ſint illis miniſtrandę? declarat Mier. Calic. Marq. Socarr. &
alij in locis ſuperius citatis. Carol. carcaſſon. vbi ſuperius lib. 2.
cap. 15.

## *SVMMARIA.*

1 *Rex ratione ſupremae iuriſdictionis habet do-
minium in omnibus temporalitatibus, ac*

L *hominibus*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hominibus ſuæ terræ.

2 Iuſiurandum fidelitatis ratione ſupremæ iuriſdictionis ſoli regi preſtatur. et in præſtito inferiori a principe per feudatarium cenſetur ſemper perſona principis excepta.

3 Iuramentum fidelitatis, qui preſtare teneantur.

4 Fidelitas præſtatur prelati nomine, et non nomine eccleſie.

5 Iuramentum ſimpliciter præſtitum, cenſetur præſtitum ex omni cauſa ex qua erat præſtandum.

6 Iuſiurandum fidelitatis praſtare plus eſt quã preſtare homagium: et quid in his ſeruetur et de formula.

7 Iurare debet rex in cathalonia, antequam ſubditi fidelitatem iurent.

8 Eccleſiaſtici ex cauſa feudi preſtant fidelitatem regi et conueniuntur, vt cæteri barones coram baiulo generali.

9 Emphitheota et vaſallus recognoſcere tenẽtur cenſuaria predia, et renouare feuda.

10 Capibreuiatio de iure communi appellatur recognitio





cognitio et renouatio.

11 Capibreuiationem nullus cenſuarius poteſt recuſare, vaſallus aut emphytheota.

12 Capibreuiare, quomodo quis compellatur.

13 Capibreuiatio ſeu renouatio in cenſualibꝰ quomodo et corã quo petatur, et in alijs reditibus perpetuis cum numeris ſequentibus.

14 Reditus annui in tritico, vino et oleo, qua forma ſint liciti, remiſsiue.

15 Iura dominicalia in cathalonia varijs nuncupari nominibus, et quæ ſint hec iura.

16 Pecuniæ etiam ſolent conſtitui pro iuribus dominicalibus, et aliæ preſtationes.

17 Vſus mali in cathalonia redempti et ibi remiſſiue de inteſtia, exorchia, cucurgia et alijs et de horum recognitione.

18 Homines de redimenſa, proprij et cenſiti et alij quæ tenentur confiteri, et recognoſcere, et de iuribus dominorum, remiſsiue.

19 Cenſualia mortua, an inter immobilia computentur.

20 Eccleſiarum patrimonia a manu laici adquiſita, ſunt capibreuianda, et preſtant



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*iura dominicalia, quæ præſtant laici, & cætera onera realia.*

21 *Titulus realis quis dicatur.*

22 *Capibreuiando eſt ſemper recurrendum ad originalem inueſtituram poſt infeudationẽ & ad primum ſtabilimentum.*

23 *Inueſtituras quandoque fieri propter nouas ſucceſsiones.*

24 *Capibreuationis practica quæ ſit & de recuſantibus capibreuiare, et alys notandis.*

25 *Empara reali vtuntur domini contra renitentes capibreuiare. quod eſt remedium vtile. et qualiter empara hæc de iure communi appelletur.*

26 *Emparãdi ius extenditur ad eccleſiaſtica bona.*

27 *Eccleſiaſticus vel prælatus ob culpã priuatur feudo, et qualiter contra eos procedatur.*

28 *Clerici quo ad perſonas in iuriſdictione contentioſa, ſuppoſiti ſunt non regibus ſed eccleſiæ. et quid in foro, ditione, ac poteſtate oeconomica et politica?*

29 *Propinquis licere emendare propinquos.*

30 *Eccleſiaſtici ſunt in pluribus ſubditi Regi*





*remiſsiue: non tamen eſt omnibus regijs officialibus commiſſa cognitio.*

31 *Punitus leuiter poteſt grauiori pœna puniri.*

32 *Eccleſiaſtici ſeu prælati culpa non aufertur feudum eccleſiæ, ſed de vita culpabilis. & quando nullo tempore ad eccleſiam reuertatur remiſsiue.*

## DE ALIIS IVRIBVS ALTIS REgis Aragonum & comitis Barc. in perſonis eccleſiaſticis & bonis earum ratione feudorum, quæ tenent pro rege.

## CAP. 9.

NON ſolum dominus rex habet iuuamen in perſonis ecclesiaſticis & bonis eccleſiarum pro defenſione terrę & prouincię, vt diximus;
1 † ſed & alia pleraque iura in eiſdem competunt regi ratione & ex cauſa feudorum, quę a rege tenent, & aliarum temporalitatum ac ſupremæ iuriſdictionis, quam rex habet in omnib. hominib. ſuę terrę. cap. Barones. Socar. ibid. nu. 2. 3. Socar. in cap. ſi aliquis dominus. & cap. Barones. & Puteus ad Iſerniã tit. 43. quę ſit prima cauſa beneficij amittendi. verſ. an ſi rex habet guerram. in fine. Iſernia ibid. P. ſed nec eſt alia. n. 41. idem Puteus tit. 46. hic finitur lex Cõradi &c. Iſernia ibid. nu. 8. et de iuuamine, in d. P. ſed nec eſt alia. & in d. cap. 1. hic finitur lex.
2 † Nam ſoli regi prętatur iuſiurandum fidelitatis ratione ſupremæ iuriſdictionis, quã habent in to



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

to ſuo regno, ab omnib. regni hominibus & ab eo ſacramento,
quod preſtatur inferiori principis ratione feudi, quod pro eo te-
netur, ſemper excipitur perſona ipſius principis. cap.1. P. illud.
de prohibit. feudi alienat. per Federic. in cap.1. P. fin. vbi glo. fin.
hic finit. lex conradi, deinde conſuetudines regni incip. Socar. in
cap.1. nu.7.66. & ſequentib. & nu.76. & hanc fidelitatem iure-
iurando ſpōdēt omnes homines à vicecomitib. vſq. ad inferiores
milites, eorum honorē. ideſt. feudum habentes. vſ. omnes homi-
nes a vicecomitib. Socar. in d. cap.1. ſi dominus petierit. nu. 68.
3 Calic. in Margar. dubio. 8. verſ. 152. † Hoc autem fidelitatis ſa-
cramentum in hac patria compelluntur prętare omnes homi-
nes tenentes feuda etiam Comites, & rex maioricarum. Ibidem.
Socarrat. numer. 68. ibi quęro, an dictus vſat. quin & pro
4 feudo eccleſię prętatur hæc † Fidelitas Regi & Comiti Bar-
cinone. non quidem nomine eccleſię, ſed nomine ipſius
pręlati. Socarrat. numer. 73. ex Baldo & ſpeculator. ibi. ci-
tatis. Guillermus. in d. vſat. omnes homines. verſic. alij ha-
bent. quod in omnibus religioſis & clericis feudatarijs domini
regis eſt receptum. Socar. nu. 68. in fine. facit cap. intellecto. de
iureiur. ext. quinimo ſubditi ratione iuriſdictionis debēt hoc ius
iurandum præſtare illi, qui habet in eos iuriſdictionem. Bald. de
pace conſtātię. in verbo vaſſalli noſtri. ſed qui tenēt feuda, iurāt
vt vaſalli, cæteri, vt ſubditi. Bal. ibi. in verſ. ſed an qui iurāt tanquā
5 vaſalli. † Sane qui ſimpliciter hoc iuramētū præſtat, cenſetur ex
omni cauſa illud pręſtitiſſe, ex qua illud pręſtare tenebatur. Bal.
in d. glo. vaſalli noſtri. & hoc iuramētum pręſtant etiam ſubditi ra
tione ſimplicis iuriſdictionis. Socar. in d. c.1. nu. 69. & ratione do
micilij, quod quis habet in caſtro, in quo alius habet iuriſdictio-
6 nem. Socarrat. ibidem. plus autem eſt † iuſiurandum fide-
litatis præſtare quam homagium. Socarrat. numer. 76. & in
capite. duplex eſt homagium. numer. 24. 25. & in capite. nullus
poteſt eſſe. numer. 17. Guiller. & Marquilles. in dict. vſat.
omnes homines à vicecomitibus. vnde habes eos, qui tenen-
tur ad prętationē homagij, & qui ad iuramentum fidelitatis. &
quid



quid in his ſeruetur in Cathalonia, quæ omnia obſeruabis, & alia
plura, quæ ſcribit Marq. ibid. col. 4. q. 2. & plurib. q. ſequentib.
& ponit formulam iuramenti homagij & fidelitatis, & quali-
ter vniuerſitates iurent regi fidelitatem per ſuos ſindicos. queſt.
7 7, 17. 18. † Sane antequam ſubditi & in hac patria habi-
tantes fidelitatem iurent regi domino noſtro, ipſe dominus
debet ex conſtitutione cum eo pactionata, iurare libertates & cō-
16 *Firma iuris olim erat omnium iudiciorũ principium, quæ ſucedit loco cautionis iudicio ſiſti et fuit iure communi recepta.*

17 *Iudex ex officio poteſt compellere litigantes ad legitimandũ perſonas ſuas ne iudicium reddatur eluſorium, et ad firmandũ de directo.*

18 *Firma iuris quibus caſibus neceſſaria ſit.*

19 *Aduocatorum ignorantia omnia iudiciaria conturbat et confundit.*

20 *Contentio iudicis ſecularis cum eccleſiaſtico, qualiter per firmam iuris, formetur in ordinarijs, et contentione formata, poteſt ſubcumbens condemnari in expenſis & ad quẽ pertineat*



*pertineat expenſarum taxatio et executio.*

21 *Contentio non firmatur cum delegatis, ſed citantur ad bancum regium. et quid huiuſmodi delegatis reſcribatur.*

22 *Firma iuris pro declinatione fori ecclleſiaſtici, admittitur per vicarios, baiulos habentes tribunal diſtinctũ: per alcaldos, in logia maris, in officio magiſtri rationalis & baiuli generalis.*

23 *Delegatum apoſtolicum ſeu conſeruatores ſolus rex eiusue locumtenens ſeu gubernator, citant in banco regio.*

24 *Cōtẽtio cum iudice eccleſiaſtico firmatur per vicarium regium, pro vaſſallis baronum et ipſis baron. et tam baro quam vaſſallus firmant de iure.*

25 *Militum priuilegia quo ad forum, remiſsiue.*

26 *Firma iuris contra delegatum apoſtolicum fit in rẽgia audiencia & non alibi.*

27 *Contentionem ſi recuſat firmare iudex eccleſiaſticus, proceditur contra eum poſt ſecundas literas ad occupationem temporalitatũ fiſco adherente parti.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

28 *Occupatio temporalitatum qualiter & vbi fiat: quæ per vicarios, vel alios inferiores non poteſt fieri.*

29 *Gubernator vice regia magnam ex regia audientia accipit auctoritatem. quia in omnibus ſeruatur forma, quæ in audientia Locumtenentis.*

30 *Occupatio temporalitatum an fieri poſſit per gubernatorem Roſſilionis & Ceritaniæ.*

31 *Gubernator Roſſilionis & Ceritaniæ abſente rege et Locumtenente, a prouincia; eſt in ſuo districtu ſupremus, et releuat oppreſſos.*

32 *Contentionis cauſa ſi eccleſiaſticus non reſpõdet in forma contentionis euocatur ad audienciam eo prætextu quia ordinarius non eſt potens ad compellendum firmare.*

33 *Baiulus generalis, quo caſu procedat ad occupationem temporalitatum.*

34 *Gubernator rege et Locumtenente abſente, procedit contra delegatos et conſeruatores Apoſtolicos, quia illi incumbit oppreſſos defendere.*

35 *Sequeſtri regij in rebus eccleſiaſticis omnia conſer-*



*conſeruant; nec per hoc læditur iuriſdictio eccleſiaſtica.*

36 *Regis officiũ eſt bona eccleſiaſtica defendere.*

37 *Audientia Regia qualiter procedat contra delegatum nolentem reuocare, procedimenta contra laicum facta et de forma procedendi contra delegatum.*

38 *Sede vacante iuriſdictio ſpiritualis per capitulum regitur et adminiſtratur.*

39 *Literæ quæ in regia audientia expediuntur cõtra delegatos Apoſtolicos præcedente declaratione contra eos, an per regentem ſint firmandæ. et olim qualiter et per quos firmabantur.*

40 *Executio declarationis factæ, contra delegatum Apoſtolicum, cui Committatur: et de modo procedendi?*

41 *Exceſſus via aperitur paruipendendo iura imperij et negligenter ommittendo quæ male vſurpãtur.*

42 *Fiſci inſtantia aliquando proceditur contra delegatos apoſtolicos. et infra poſt. n. ſequentem.*

43 *Multarum impoſitio eſt de regalibus regis: et ideo illis non vtuntur iudices eccleſiaſtici contra laicos, niſi in certis caſibus.*

44 *Cauſa miſerabilitatis aut paupertatis nemo trahitur in cathalonia ad forum eccleſticũ.*

45 *Cauſas ad forum eccleſiaſticum trahi, extra caſus ad eum pertinentes, non patitur rex.*

46 *Miſerabilis plura reportat commoda, in conſiſtorio principis.*

47 *Cauſas laicorum ad curiam romanam trahi prohibet rex.*

48 *Iudex iura ſua tueri debet: & non mittere falcem, in meſſem alienam.*

49 *Oppreſſum defendere etiam abſque partis petitione, eſt debitum regale: nec poteſt auxilium hoc denegari tam laicis quam clericis.*

50 *Recurſum non poteſt rex a ſe in totum abdicare. cum numeris ſequentibus vſque ad finem.*

51 *Clerici intelliguntur ſub generalitate vſaticorum; & ſubſunt regi in multis.*

52 *Statutum laicorum, quando liget clericos.*

*Clericus*



53 *Clericus oppreſſus per iudicem eccleſiaſticũ, iuuatur beneficio principis. et quomodo de his oppreſſionibus cognoſcatur, cum nu. ſeq.*

54 *Appellationi interpoſitæ per oppreſſum iudex qui non defert, vim facit et opprimit.*

55 *Cognitio contentioſa & iudicialis in eccleſiaſticos & eorum bona, non pertinet ad regem; ſecus in extraordinaria et extraiudiciali cognitione.*

56 *Rex ſuo caſu procedit ad punitionẽ eorum, qui bonis eccleſiarum abutũtur.*

57 *Oppreſſo nõ impartitur auxilium, niſi conſtito de violentia et oppreſſione.*

58 *Iudicare de bono et æquo permiſſum eſt vbi nõ eſt in occurrenti caſu, cautum a lege.*

## DE ALIIS REGALIBVS DOMINI Regis, in perſonis eccleſiaſticis, reſpectu iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ſeu illius exercitij. CAP. 11.

SEquũtur alia regalia domini regis et comitis Barc. quę habet in rebus eccleſiaſticis ratione iuriſdict. eccleſiaſticę
1 ſeu exercitij illius. vt ecce. notum eſt † duos eſſe gladios ſpiritualem et temporalem. cap. ſolitę. de maiorit. et obedientia
2 ext. can. cum ad verum. *96*. diſtinct. † Rurſus et temporalium



rerum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

rerũ duæ ſunt poteſtates.ſecularis,& põtificia.d.c.ſolite.& d.c.p
venerabilẽ.not.in c.nouit.de iud.& in cle.paſtoralis.de re iud.põ
tificia enim poteſtas nõ ſolũ circa ſpiritualia verſat̃,ſed etiã & cir
ca tẽporalia.d.c.p venerabilẽ.& in c.1.de his,qui feudũ dare poſ-
ſunt.lib.1.in feud.c.1.qui ſucceſſores feud. dare teneãtur.c.1. qui
ſucceſſores teneãtur.eod.lib.Luneburgẽſis poſt alios vbi ſup. in
cõſuetud.feudales c.5.ſpecul.de iuriſd.omni.iud.verſ.iudicũ igi-
tur. & verſ.ſecundũ canones etiã.Greg.lib.15.16.Lãcelotus Cõra
dus in tẽplo om.iud.lib.1.c.1.2.& ſeq.& lib.2.c.1.& in prœ. ipſi⁹
libri.Nã principũ chriſtianorũ,qui tẽporalia poſsident,duo tan-
tũ ſunt genera,Clerici alij,& laici reliqui. Can. duo ſunt genera
chriſtianorũ.12.q.1.igit̃ in laicos iuriſdictioni põtificiæ ſubditos,
regia poteſtas nullã exercet poteſtatẽ,cũ pontifex princeps eſt in
ſuo teritorio.d.c.per venerabilẽ,& de his,nihil attinet dicere ſed
prȩlati eccleſiarũ in regnis aliorũ principũ eccleſias obtinentes,
& quoad laicos ſuȩ iuriſd.ſubiectos,in certis caſib. regiã recog-
noſcunt poteſtatẽ,vt iã antea docuim⁹,& quoad clericos,qui eo-
rũ omnimodȩ ſunt iuriſdictionis,principis indigẽt beneficio. nã
3 etſi iure canonico definitũ ſit.† quod epiſcopi in tota ſua dioceſi
habeãt iuriſdictionẽ ordinariã, ita vt in quolibet loco pro tribu-
nali ſedere poſsint,ac ſubditos,eorũ exceſsib.id exigẽtib.capi fa-
cere & carceri deputare.c. cum epiſcopus. de offic.ordin. in ſex.
in c. 1.ex.eod.tamẽ extra ſepta eccleſiȩ & palatij epiſcopalis, non
habent territorium, nec poſſunt capere aliquem & captum du-
cere,niſi habeant territoriũ a principe,cuius eſt territorium con-
4 cedere pro exercitio contentioſæ iuriſdictionis. † et hoc habent
prælati in hac prouincia a comite Barc.et rege Aragonũ .in vſ.
Laudauerunt etiã & auctorizauerunt. qui vſ.in hoc ſenſu accipi
debet,& nõ in alio ſenſu,de quo dubitat iudaic.vſat.deniq. ſæpe
dicti principes.in conſtit.Ia.1. Tarraco.en nõ de la ſancta e indi-
uidua Trinit.P.item ſtatuim. verſ.ſobre la qual coſa al dit Biſbe
poteſtat per auctoritat real atorgam. eſt in tit. de hæret.in anti-
qua cõpilat. Mier. qui hoc plenius explicat in cap.9. item ordi-
namus.nu.33.34.in 3. curia Barc. Iacobi. 2. collat.4. territoriũ
olim



olim impetrabatur ab epiſcopis et concedebatur illis per regem.
& dicit Mier.vbi ſup.quod ipſe vidit binas licentias a domina re
gina. ( Maria ſcilicet conſorte regis Alfon.4.)conceſſas Epiſco-
5 po Gerunden. † Nam licet epiſcopi in ſuis diœceſibus habeant
ſuo modo merum imperium,ad coercendum clericos,et poſsint
ad perpetuum carcerem damnare.cap. quamuis.de pœn.in ſex.
quæ pena ſuccedit in locum penȩ capitalis.not.in l.3. ad leg. iu-
liam peculat.D.et in auct. clericus.de Epiſcop. & cleric.C.& in
ſpiritualib.habeant omnimodam iuriſdict. quo ad iura epiſcopa
lia: non tamen quo ad temporalia etiam eccleſiaſtica. Mier. vbi.
ſup. ex Innoc. & imola.ibi citatis. plus dicit Mier. ſe credere, †
6 quod Epiſcopus non poſsit ingredi in domos ſeculariũ cauſa ca-
piendi clericos:nec poſſe Epiſcopum capere clericos per vicos
aut plateas ciuitatis et locorum domini regis, ſine licẽtia curiȩ ſe
cularis.quia licet vici & plateȩ,& domus ſecularium ſint in dio-
ceſi,nõ tamẽ ſunt de dioceſi. loca regia ſunt in dioceſi,nõ de dio
ceſi.at Epiſcopus habet iuriſd.in locis de dioceſi. quod intelligit
Mier.in contentioſa iuriſdictione non in voluntaria.dubitat autẽ
Mie.in reſolutione ibi in fine,& ſubijcit ſua ſcripta eccleſ. deter-
minationi.videri poteſt Aufreri⁹ in cle.1.de offi.ordin. reg. 4. n.
21.verſ. decimo octauo.& citat ibi doctores grauiſsimos pro hac
reſolutione. hodie hæc diſputatio ceſſat. quia Fer.2.priuilegium
cõceſsit prælatis & ſtamẽto eccleſiaſtico q cõtinet plura capita,
& inter alia territoriũ.extat in tit.de Epiſ.et cleric.cap.6.ſubdata,
29.Aprilis 1496.in quo confirmatur pragmatica Regis.Petri.3.
in eodem priuilegio relata.conceſsio tamen eſt reſtricta ad ca-
ſus ibi expreſſos, & ſine familia armata.& ideo eſt tutius pete-
re aſsiſtentiam curiȩ ſecularis & poteſtatis. & quando eſt con-
tentio inter curiam eccleſiaſticã & ſecularem ſuper captura ip-
ſius incarcerati, vtrum ſit caſus ſecularis iuriſdiction. vel eccle-
ſiaſticæ, ſeruatur forma concordiæ Reginæ Eleonoræ & Car-
dinalis Conuenarum, & ſuo caſu res deciditur per Cancella-
rium, iuxta formam dictæ concordiæ & aliorum iurium hu-
ius patriæ,quæ ſunt in eod.vol.2.lib.3.tit.2. de content.iuriſdict.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

7 et occupatio tẽporalitat.† Hoc autẽ non eſt concedere iuriſdict.
epiſcopis, quam a lege canonica habent, ſed priuilegiare eorum
juriſdictionem, et dare territorium pro exercitio illius, quod ad
8 regem pertinet. Molin. in pariſien. P. 41. nu. 65. 66. qui † etiam
ſcribit quod ad dominum iuſtitiarium, ideſt habentẽ omnẽ iu-
riſdict. & imperiũ in oppido pertinet cognitio & punitio delin-
quentis in eccleſia, ſicut delinquentis extra eccleſiam, & non ad
prælatum eccleſię. Aufrer. d. nu. 21. 22. aut niſi alias habeat præ-
latus iuriſdict. temporalem, vt habent ſummus põtifex in terris
eccleſiæ, & multi pręlati, qui ſunt domini tẽporalitatũ & prin-
cipes vel barones, & ſic habent territorium. & de his intelligit
Mol. tex. in d. c. cũ epiſcopus. alioquin Papa in temporalib. nõ ſo-
let concedere iuriſdict. perſonis eccleſiaſticis, in pręiudiciũ do-
9 minorum. ibid. nu. 66.† ſaluat tamen priuilegia eccleſiijs & im-
munitatẽ confugientib. ad eas. Molin. n. 67. et extant conſtitu.
noſtræ prouincię in tit. de ſacro. S. eccleſ. vol. 1. & 2. in quib. im-
munitates eccleſiarum ſunt reſeruatæ in caſib. per iura canonica
ſtatutis. & hoc iure vtimur. Ferr. in obſeruationib. cap. 243. ergo
10 rex † Eſt dominus territorij, non Epiſcopus, vt pręlatus, etſi of-
ficialis Epiſcopi abſq. coceſsione territorij aliquem capit, extra
territorium capit & male capit. l. fin. de iuriſd. om. iud. D. c. 1. P.
contrahentes & ibi. not. de foro compet. in ſex. c. vt animarum.
verſ. fin. vbi glo. territoriũ. de conſtitut. in ſex. et ſicut non pote-
rãt prælati capere ſine conceſsione territorij, ſic nec captos trãſ-
11 ferre, aut tranſmittere, nec alia facere,† quę reſpiciunt tempora-
litatem, vt bona annotare, inuentaria facere & ſimilia horũ. Ca-
rolus carcaſſon. vbi. ſup. c. 10. per totum. Aufrer. vbi ſup. regula.
2. nu. 12. quæ obſeruabis. quia ſic fuit declaratum in cauſa con-
tentionis curie eccleſiaſticę archiep. Tarraco. & curię ſecularis,
ciuitatis Tarraco. ſuper executione ſententię per iudicẽ eccleſia-
ſticũ latę ex prorogatione laicorũ, & ſuper inuentario faciẽdo de
bonis cõdẽnati, & ſubhaſtione eorũ, & fuit declaratũ hęc quę rea
lẽ reſpiciũt executionẽ non pertinere ad iuriſd. eccleſiaſticã. ex-
tat in regeſtris cãcellarij definitio. et plura in huius rei cõfirma-
tionem



tionẽ ſcribit Carol. Carcaſ. vbi ſup. quę ſunt obſeruãda. ad l. pu-
blicati. C. de teſtã. & ad l. 2. C. queadmod. teſtã. aper. Aufre. vbi
ſup. reg. 2. n. 9. & aliquot ſeq. qui hæc l[a]te ſcribit. Coua. in c. ſi hę-
redes. n. 3. de teſt. ex. Trãſeamus ad alia. eſt nobile ius altũ dñi re-
gis in hac prouincia, quo mediãte poteſt licite ſe intromittere de
prælatorũ ꝓcedimentis iuriſdict. cõtentioſę. qñ laici conuenti in
curia eccleſiaſtica ꝑtendunt declinare forũ contenduntq. ſe cõue
niri debere corã iudice ſuo ſeculari, nec debere trahi ad fo. eccleſ.
etiã ſi de re eccleſię contentio ſit, ex regula vtriuſq. iuris, q habet
12 †, actorẽ forũ rei ſequi oportere. c. ſi cleric⁹ laicũ. de fo. cõpe. ex.
ibi ſi clericus laicũ de reb. ſuis vel eccleſiæ, impetierit; & laic⁹ res
ipſas non eccleſiæ eſſe, aut clerici, ſed ſuas ꝓprias aſſeuerat. not.
13 Auf. in reg. 4. n. 9.† tunc igit laicus pulſatus, anteq. iuriſdict. iu-
dicis eccleſiaſtici proroget & corã eo iudiciũ fundet (nõ enim ha
bet neceſſe cõparere ad allegãdũ exceptionẽ fori declinatoriã. l.
ſiquis ex alien. de iud. D. l. 2. ſi quis in ius vocat⁹ nõ ierit. D. cũ ibi
14 not.)† poteſt cõparere corã ſuo iudice ſeculari & ibi firmare ius
cõquerenti de ſe; ei ſcilicet, a quo pulſat⁹ fuit corã iudice eccleſia
ſtico; cautionẽ offerendo de ſtando iuri & rei iudicatę ꝑ dictũ ſuũ
iudicẽ competentẽ, in & ſuꝑ bonis ſuis, pro decẽ ſolidis cũ legi-
timo augmento, petendo cautionẽ recipi & literatorie intimari
parti & iudici, ad effectũ vt partẽ cõquerentẽ remittat ad iudicẽ
ſecularẽ, a quo recipiet iuſtitię cõplementũ. hęc iuris firma olim
tempore vſatic. cum pignorib. fiebat. hodie ex conſtit. Iaco. 2. in
2. cur. Barc. c. 20. itẽ tota ferma. eſt ſub tit. de iud. & firmis iur. li.
3. cõſtit. ſufficit cauere cũ fideiuſſorib. Mie. coll. 4. in d. cur. 2. Iac.
2. c. 21. de iurisfirmis. n. 1 & per d. conſtit. eſt limitatus vſ. de om-
nib. alijs nãq. cõmunib. cautis. immo hodie & ſine fideiuſſorib. cũ
hypotheca & obligat. bonorũ firmãtis recipitur. l. ſancimus. C.
15 de verbo. ſignifi. † Modus firmandi cum pigno. tenentib. reſtat
hodie in firma querelati pro pace & treuga, cum declaratio-
nem. cap. 41. de pace & treuga. volum. 1. & in querela batallię
Mier. ibi. qui adducit aliquot alios caſus non cõprehenſos. in d.
conſt. Iaco. 2. Cali. in d. vt. omnes homines firmare debent. verſ.
poſtremo ſubijcimus formulã. vſq. ad finẽ lecturę illius vſatici.
Olim

16 † Olim omnia iudicia incipibant à firma iuris,tam ex parte acto
ris, quá rei.d.vſ. omnes homines firmare debẽt.prag. Ia.2. data
oſcę.19.calend.Sept.1307.verſ.ſtatuim⁹.ibi.ſic tamẽ, quod ante
omnia firma iuris fiat per partes.eſt ſub tit.de ordin.iudic. curię
vica.Barc.c.2.P.ſtatuimus.et P. itẽ ordinamus et ſtatuim⁹,quod
quærelator.ibi.firma iuris vtriq.facta. li.3.vol.2.et eſt localis Ba.
Calic.in vſ.de omnibus.in.3.et 4.oppoſi. verſ. ſed de iure vſati-
corũ.ibi et eſt caſus.et iſta firma iuris ſuccedit loco cautionis iu-
dicio ſiſti et iudicatũ ſolui.Calic.poſt iudaic.in vſ. omnes homi-
nes.verſ.hæc forma requiſitionis.et verſ.hæc firma directi ſeu iu
ris probatur.ibi.quãquã hęc firma iuris ſecundũ Ia.de mõte Iu-
daico.quo in loco explicãtur hęc omnia.quę de firma directi id
eſt iuris, tractantur et ſunt recepta iure cõmuni. in auct. offera-
tur.delit.conteſt.C.in auct.generaliter.de epiſcop.et cleric.C.in
l.1.2.qui ſatisdare cogan. D. in.tit.de ſatiſdando.C.in tit. de ſa-
tiſdat.inſti.et tit.ſi quis caut. iudicij ſiſten.cauſ.non obtẽp.D. et
iure vſaticorũ.d.vſ.oẽs homines.et vſ.placitare.vſ.placitũ mãdet
vſa.placitũ iudicatũ. vſ.de omnib. alijs cauſis nãq:c õmunib.vſ.
17 batallia.pertinet † autẽ ad officiũ iudicis curare ne iudiciũ ſuũ ſit
eluſoriũ,et ideo poſſunt iudices ex offi.cõpellere litigãtes ad legi
timãdũ perſonas ſuas, et firmãdũ de directo pro aſſecurãdo iudi
cio,promittẽdo iudicio ſiſtere et iudicatũ ſoluere,cũ clauſalis ne-
18 ceſſaris. ſic † in logia maris vbi etiã fideiuſſores exigũtur ꝙ iu-
re noſtro nõ eſt prouiſũ,niſi in caſib.exeptis et ſpecilariter pro-
uiſis,vt in bataia,in quęrela pacis,vel vbi eſt ita receptũ.dominis
ſuis vaſalli firmãt ius.vſ. omnes homines. quilibet litigator ſuo
collitiganti.vſ.de omnib.nãq.alijs cõmunib⁹ cauſis. in cõmãdis
repetendis,cõmẽdatarius firmat ius cũ fideiuſſorib. quia hoc eſt
in priuilegio expreſſum.plus dicit Mier. in tract. caſuũ in quib.
quis tenetur firmare de iure,quod ipſe conſuleret iudici , ne ad-
mittat actorẽ ſine firma iuris,maxime ſuſpectũ et ſi hoc petatur
a reo et eſt de ſtilo vel cõſuetudine curię reum autẽ poteſt coge-
re remedijs plurib.vt ꝑ captionẽ pignorũ et alia remedia. l.1. ſi
quis ius dic.nõ obtẽp.D incipiẽdo a leuiorib.dequib.Cal.in Ma.

rub.



rub.pretoris remedia.ſub dub. 6. addit etiã,quod iſta firma con-
ſenſu partiũ tacito omittitur ſicut iuramẽtum calũnie.l.2. P.ſed
quia veremur.vbi gl.remitti.de iureiur.prop.calũ.dand.C.& ſic
videm⁹ parũ practicari iſtas iuris firmas in cauſis cõmun. & ita
hodie hæc firma iuris raro ſeruatur in cauſis cõmunib. quia ex-
cepta curia vicarij Barc.cauſę introducunt,non per quęrelã, ſed
ꝑ ſimplicẽ petitionẽ cũ ſupplicatione.quinimo in cur.vica.actor
ſolus in quęrela firmat ius reo:nõ e contra.& ita ex multis tẽpo-
19 rib.receptũ eſt,† fortaſsis ignoratione aduocatorũ,qui ſine aliqua
notitia iuris municipalis,localiũ pragmaticarũ , obſeruationũ &
ſtili curię,calamũ arripiunt & libellos formãt,oĩa turbãtes & ſur
ſum deorsũ miſcentes,iura cõmunia in ordinatẽ,cũ iurib.muni-
cipalib.cõfundentes;qui ſi ſe cõponerẽt ad praxim ſeniorũ & in
praxi peritorũ,quaſi ꝑ manus ſtili curiarũ & formulæ agendi re
tinerentur.De his cõquerebatur ſua ętate Thomas Mier.in cap.
9. a remoure. curiæ Barc.R.Mar.coll.10.verſ.ex quo etiã videt
ꝙ actio iniuriarũ.ibi.& quia à multis parũ curat de iſtis iurib.pa
trię. & ibi.ſed tñ prius debemus curare de domo ꝓpria, quã de
aliena.quia & practicãdo,legẽdo,ſtudendo,ſcribẽdo & alias mul
tũ video errari in iudicijs,quia plus & pluries video iudicari per
iura cõmunia,quã ꝑ iura patrię,q̃ licet ſint iurata,& ea habeam⁹
ſub pręcepto;tñ quotidie violãtur & parui pendunt.etc.hæc ille.
qui ſi hodie reſurgeret,quales inueniret doctores,& quã peritos
et in praxi iuriũ patriæ verſatos?ſed hoc ipſi viderint. redeamus
ad rẽ.conſtitu.Iaco.2. firmas iuris,quæ in ſua regia curia fierent
duob.caſib.exceptis admitti voluit, ſine pignor. & ad illos duos
caſus,Mier.adiunxit alios notabiles caſus eo loci.ſubiũgit etiã in
alijs curijs firmãdũ de iure ſm morẽ & ſtilum antiquũ. quod di-
ctũ Mier. erit obſeruãdum. ibi. & nota quod dicit in poſſe nro.
& qualiter hęc firma tollat.ibi.verſ.quot modis tollat ſatisdatio.
20 † facta igit iuris firma ꝑ laicũ,qui a iudice eccleſiaſtico vocat ad
iudiciũ,corã iudice ſeculari cõpetenti & ea admiſſa;reſcribitur ꝑ
iudicẽ ſecularẽ regium tamen, iudici eccleſiaſtico & notificatur
illi cõparitio laici,& firma iuris , ad effectum vt actorem remi-

tat ad

tat ad iudicem ſecularem. Et ſi quidem iudex eccleſiaſticus eſt
de ordinarijs huius prouinciæ, reſcribitur in forma contentio-
nis,& cum electione arbitri, in caſu hæſitationis; & ſeruantur,
concordię & alia iura quæ ſunt in tit. de contentione iuriſdict.
& occupatione temporalit. lib.3.volu.2.ſtatur autem declaratio-
ni arbitrorum vel cancellarij aut ſuo caſu tertij,qui etiam poteſt
condemnare in expen. alteram ex partib. ratione retardatæ ex-
ceptionis. arg. tex. in cap. 1. verſ. ſed ſi poſt rem. de except. in
ſex.& taxatio pertinet ad iudicem in cuius fauorem facta eſt cō-
demnatio, etiam ſecularem: executio contra clericum in bonis
mobilibusper Iudic.eccleſiaſticum fit ad requiſitionē Iudicis ſe-
cularis:in immobilib. per iudic.ſecularē,cum aſſiſtētia iudicis ec-
cleſiaſtici. fuit ita declaratum per Sorribes in cauſa contentio-
nis firmatæ inter curiam vic.generalis ſed. vac. Elnæ,& curiam
guber.1.Iulij.1553.& in art.condem.expenſarum ratione retarda
tę except. Aufrer.cle.1.regul.2.nu.33.de offic.ordin.quilibet iu-
dex eſt competens. Cyn.in auct. habita. nu.12. C. ne filius pro
21 patre. † Quod ſi iudex eccleſiaſticus eſt delegatus Rom. Pon-
tificis aut ſubdelegatus, quia hi in concordia cardinalis Cōue-
narum & Reginæ Eleeonorę non comprehenduntur,reſcribi-
tur illi quatenus reuocet procedimenta per eum facta, contra
talem laicum, qui firmauit ius in curia regia,intra talem termi-
num, aut intra eundem terminum compareat in regia audien-
22 tia, banchum regium informaturus.† Priore caſu, quilibet vi-
carius & baiulus regius habens tribunal diſtinctū, poteſt admit-
tere firmam iuris laici diſtrictualis ipſius vicarij aut baiuli: im-
mo & vidi firmas iuris factas in curia alcaldorum ſiccę, in logia
maris,in curia magiſtri rationalis,baiuli generalis, reſpectu eo-
rum,qui ſunt de eorū foro,& firmatur cū illis contentio: poſte-
23 riore caſu ſolus † rex,& eo abſente,locūtenēs gn̄alis, & abſente
rege & locūtenēte gn̄ali, gubernator etiā reſcribit delegato apo
ſtolico,ne propter abſentiā regis et locūtē.gn̄alis cōtingat iuriſ.
regiā turbari & in aliquo violari.ſicut in ſimili ſcribit.Mier.coll.
10.in curia Barc.R.Mariæ. c.item per tolre vexations. verſic.&
hęc



hæc ſunt de reſeruatis principi ibi.immo regalias dictorum vſa-
ticorum.idem Mier. coll.6. in curia ceruariæ Petri.3. cap. præ-
terea, quia per reſeruationes.Rub. de offic.gubernator.cathalo-
24 niæ. nu.5. verſ. nota quod oppreſſus.& ibi. ſed in cathalonia.†
Rurſus priore caſu,vicarius reſcribit pro vaſallis baronū & pro
ipſis baronib. firmantib. ius in poſſe vicarij procedimentis &
declarationib.cenſurarū factis p̱ iudices eccleſiaſticos ordinarios
huius prouincię.quia ad eū pertinet defenſio iuriſd.ipſius baro-
ronis,quę a rege profluit & emanat. Bal. & alij in cap.1.quis di-
catur dux vel Marchio.in feud.Calic.in pręrogatiua militari nu.
26.verſ.quæro,quid ſi ciuitas nu. 29.& ibi.citantur conſtitutio-
nes ſub tit.de iuriſd.omni. iud.pro hac prærogatiua fori militū.
de quib.Mier.coll.2. in curia Barc.Pet.2. cap.45. de priuilegio
fori militum.in verſ. et pro aliquali.& coll. 4. in curia. Barc. Ia-
25 cob. 2. cap.17.item ſi forſan. † in quib. locis Mier. plene tractat
de foro militum,baronum,generoſorū,in ciuilib. & criminalib.
& quod in citatorio detur terminus.26.dierū,vel tres termini ſci
licet.x.dierum in primo & octo dierum in reliquisduob. videa-
tur. Cali. in vſ.placitum mandetur.& in vſ.placitare. adde om-
nino ea,quę notat.Mier. in c. 27.item ordinamus & ſtatuimus,
q̃ ſi aliquis homo. verſ.nota vltimo.in cur.Montiſ.Alf.3. coll.3.
& Cali. in d.nu.29.cum alijs ſequentib.idem in Marg.dubio.8.
verſ.114.bene ſcripſit Mier. & ordinate in cap.item,quod nullus
miles.rub.de foro militum.in curia. Bar. Petri.2.cap.56.verſ.&
ex hoc dicimus,quod in cathalonia.coll.2.,adde Ferrer.vbi. ſup.
cap.45.qui notat obſeruantiā in foro militum. Firmat autem ius
& de iure vaſallus baronis ſimul cum barone in poſſe vicarij,quā
26 do iudex eccleſiaſticus procedit contra baronis vaſallum. † Po-
ſteriore caſu, ſiue vaſallus pulſetur ſiue baro per iudicem dele-
gatum,ſolus rex reſcribit & in eius audientia eſt firmandum de
directo,ideſt de iure per illum,cōtra quem proceditur,& poteſt
27 cum vaſallo ſuo dominus reſpectu iuriſdict. firmare.†. Tum in
priore caſu recuſante iudice eccleſiaſtico firmare contentionem,
poteſt procedi ad occupationem temporalitatum,poſt ſecundas
literas

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

literas fiſco regio adhærente parti firmanti. ſed hæc compulſio,
28 & † declaratio occupationis, quæ poſtea fit, in regia aud. tantum
fit præcedente concluſione & eſt ſeruãda forma pragmaticę re-
gis Martini & aliorũ iuriũ, quæ ſunt in tit. de contentione iuriſ-
dict. & occupat. temporalit. lib. 3. vol. 2. & vol. 1. eod. titu. cap. 1.
nam vicarij nõ poſſunt facere huiuſmodi declarationẽ, ſed ſolus
rex vel eius Locumt. iuxta formã dictę pragmaticæ. iſtis abſen-
tib. et gubernatore generali, vices gerens illius procedendo vice
regia ideſt cum regia aud. idem poteſt facere. quia tunc aſſeſſor
intrat in locum regentis regiam Cancellariam, & facta prius cõ-
cluſione in regia aud: poteſt facere huiuſmodi declarationem.
29 † Magnã etenim accipit auctoritatem gubernator et regia aud.
vt in tit. de offic. gubernatoris vice regia. li. 1. cõſtit. vol. 1. & Ferr.
in obſeruationib. parte. 1. c. 16. 17. qui citat Mier. in plurib. locis,
quos vide pro confirmatione hui⁹ aſſertionis. Idẽ Ferr. c. 4. 12. 16.
quia vicesgerẽtis gubernatoris magna eſt poteſtas, domino rege
eius locũtenẽte, et primogenito abſentib. quinimo, in tractandis
cauſis, votãdis, finiendis et hodie exequendis eadẽ forma ſerua-
tur in aud. gubernatoris procedẽtis vice regia, quę in regia aud.
locumten. gñalis. c. fin. in tit. de executione ſententiarũ. in noua
cõpilat. eſt c. 19. curiar. anni. 1585. olim quid ſeruaretur. Ferr. cap.
23. 29. et .d. c. 17. 86. Mier. coll. 11. c. 2. in curia Barc. Alfon. 4.
verſ. ſed quid ſi antequã gubernator. ibi. et per hoc reſtringitur.
et ibi. ex quo nota. et col. ſeq. et verſ. nota ex his, quod guberna-
tor. ibi et poteſt eſſe ratio. inſertũ eſt priuilegiũ creationis huius
officij per Ferr. c. 10. ex Mier. in c. vlterius ſtatuimus. in curia. R.
30 Eleono.. coll. 7. in gubernatore † comitatũ Roſsilionis et Ce-
ritanię. eſt plus dubij. ſed ex tenore. c. 1. tit. de cõtent. iuriſd. et oc-
cupatione tẽporalit. lib. 3. conſtit. vol. 1. apparet hãc occupationẽ
fieri poſſe per vicesgerẽtẽ gubern. dictorum comitatum. et ſi nõ
vis eſſe illuſus, tene quod ibi tenet vſus. Mier. in d. c. 56. item,
quod nullus miles, circa finẽ. ibi ſed vt dixi minime ſunt mutan
da. etc. nec eris illuſus, ſi ſeruas, quod ſeruat vſus. Ego crederem
quod gubernator comitatuũ Roſsilionis et Ceritanię poſsit pro

cedere



cedere ad declarationẽ occupationis tẽporalitatũ ſuo caſu, hoc
eſt Rege, locumtenente generali & primogenito abſentib. a pro-
uincia iſta, quę, quoad iſta, vna eſt. tunc enim ceſſat cancellaria
et dormit officium cancellarij. exceptis declarationib. cõtentio-
num iuriſdict. eccleſiaſticæ et ſecularis, ceſſat vicancell. et regẽs
31 cancell. et ideo iuſtum † eſt gubernatorem comitatuum poſſe
compellere pręlatos ad firmandum contentionem, et illis recu-
ſantib. procedere ad declarationem occupationis temporalita-
tum. quia non eſſet alius, qui defenderet iuriſd. regiam, et rele-
uaret oppreſos in illis partib. per cenſuras & procedimenta iu-
dicum eccleſiaſticorum. & debet eſſe in omni prouincia pri-
mus aliquis pręſes ad quem fit recurſus. can. in apib. 7. q. 1. is
vero eſt tunc in ea prouincia ſupremus. cap. les cauſes. verſ. eles
dels Comtats de Roſſello. tit. de la audien. e conſell real del go-
uernador. Mier. collat. 11. cap. 2. Ferre. vbi ſup. cap. 37. 42. vbi
hæc declarantur in praxi obſeruata. & cap. 68. faciunt notata
32 per eum in. q. diſputata cap. 68. quæ obſeruabis. † a curia vica-
rij cauſa contentionis iuriſdict. cum curia iudicis eccleſiaſtici,
qui non vult reſpondere in forma contentionis, euocatur dicta
cauſa, ſub eo pretextu, quia vicarius vel alius ordinarius, qui
prouocat ad contentionem firmandam, non eſt potens ad com-
pellendum iudicem eccleſiaſticum, ad firmandum contentio-
33 nem. addit † Mier. in d. cap. les cauſes. verſ. & nota. quod niſi
hic expreſſe dixiſſet & c. Baiulum generalem & procuratorem
regium reſpectu ſuæ prouincię quemlibet poſſe procedere con-
tra prælatos non firmantes contentionem, ad occupationem
temporaliatum. quod admitterem rege, Locumtenente, & pri-
mogenito abſentibus. quia baiulus generalis in his, quæ ad eius
pertinent officium, non recognoſcit vicesgerentes gubernatoris.
Mie. ibi. verſ. ſed pone, quod cauſa patrimonialis. Ferr. c. 77. 78.
vbi habes exẽplaria ad rẽ pertinẽtia. poſteriore autẽ caſu, ſi cõtra
iudicem delegatũ eſt procedendũ, in regia aud. firmandum eſt.
quia hęc regalia eſt de ſupręmis, & quę non poteſt ſeparari a
regia corona, niſi rex renuntiet ſedi regię vt vtar verbis Mier. in

d. cap.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

d. cap. les cauſes. verſ. ſed nunquid ex priuilegio. notatur in
vſ. ſimiliter & ſi ſenior. & in vſ. alium namq. Calic. in marg.
dubio. 8. verſ. 68. 69. & ibi citantur iura. Mier. in tract. de Affli-
ctionib. verſ. eſt alia afflictio. & verſ. modo videndum, qualiter.
34 hac tamen poteſtate & regalia † vtitur vicesgerens gubernato-
ris, abſentib. rege, Locumtenente & primogenito, quia ad eum
tunc pertinet oppreſsis ſubuenire, & eos defendere, & iuriſdict.
regiam tueri. Ferr. cap. 80. vbi referuntur exẽpla & facit, quia
alias poſſet in prouincia ſcandalum ſuſcitari. idem Ferrerius. cap.
68. qui citat iura. faciunt notata per eũdem cap. 10. & magis fa-
ciunt ſcripta in. q. diſputata cap. 86. & in terminis oppreſsionis
ſcribit vtilia Ferr. in 2. parte cap. 47. nam quando nec rex iura-
uerat, nec erat in prouincia locumtenens, quo fuiſſet recurſum?
ſic ergo tunc fuit practicatum in anno 1558. & huc pertinent
quæ ſcribit Mier. in cap. pręterea. coll. 6. in curia Ceruar. Petri.
3. & cap. vlterius in curia R. Eleeo. colla. 7. & in d. cap. les cau-
ſes. & habent manifeſtam rationem, quia debet eſſe in prouin-
cia, qui iura principis tueatur, & contra oppreſsiones, auxilium
ſuum impartiatur, ad eum recurrentib. quod vt dixi, fit per fir-
mam iuris, vel partis oppreſſę, vel fiſci procuratoris, vt accidit in
anno 1590. de menſe Auguſto, abſentib. rege & Locumt. gene-
rali a prouincia, cum ſequeſtri quidam auctoritate Apoſtolica
prouiſi, vellent accipere adminiſtrationem temporalitatum Ab-
batiarum S. Benedict. & S. Auguſtini, tunc vacantium; &
exigere rationes a ſequeſtris per dominum regem in illis creatis
& conſtitutis. nam procurator fiſcalis firmauit de iura eiſdem ſe-
queſtris in aud. generalis gubernatoris Cathaloniæ. quia per hu-
iuſmodi adſignationem & deputationem ſequeſtrorũ videbatur
fieri præiudicium regalib. iurib. domini regis, circa deputatio-
nes ſequeſtrorum in adminiſtratione temporalitatum & redituũ
Abbatiarum conſiſtorialium vacantium, quæ ad eius præſenta-
tionem pertinent. facit cap. generali. P. qui autem ab ipſarũ ec-
35 cleſiarum. de elect. in ſex. † quia ſequeſtri regij fideliter omnia
cuſtodiunt & conſeruant, & de illis reddunt legale computum.
nec



nec eſt hoc caſu vſurpatio aliqua, & ideo non habet locum tex.
in cap. ſi quis clericorum. ſeſſ. 22. in concilio Tridentino. in quo
36 non fuit derogatum iurib. † regum & principum in bonis eccle-
ſiaſticis tuendis & defendendis, aut aliter adminiſtrandis. cap. 9.
ſicut legitima. verſ. & exceptis ijs, quæ ad Imperatorem. decre
to de reform. ſeſſ. 25. quia iura Imperij in ſuis dominijs habent.
latius de hoc iure domini regis Couar. in cap. poſſeſſor. parte.
2. P. 10. numer. 5. de regu. iuris in ſex. Rebuf. in praxi benefi-
ciaria. in rub. de forma ſignat. ſimplicis prouiſionis. in verbo
nec non ius patronatus. idem Couar. in pract. cap. 35. 36. Abu-
lens. de concilijs vniuerſalibus parte. 2. cap. 25. ſed de his poſtea
fortaſsis plenius. Abbatias conſiſtoriales ex taxatione valoris ea
rum diiudicamus. & ita in hac prouincia ſæpe iudicatum fuit.
Ferrerius in obſeruationibus. parte. 3. cap. 1. 2. igitur contra de-
legatum procedentem contra laicos, qui ſunt de foro & iuriſd.
originaliter domini regis, firmatur de iure, vt dictum eſt, in re-
gia aud. vel in aud. gubernatoris vice regia procedentis, vel via
37 ordinaria in Comitatibus Roſsilio. & Cerita. † ſed iudice delega-
to nolente reuocare procedimenta per eum facta contra laicos,
vel comparere in audientia ad informandum banchum regium,
quid amplius ſtatuetur? Sane ſi ſint tales iudices delegati & co-
miſſarij, qui in prouincia habeant temporalitates; ad declaratio-
nem occupationis earum, & tandem ad realem occupationem
proceditur vt aliquando ſcribit Ferrer. obſeruatum. par. 1. cap.
80. qui loquitur in terminis fortiorib. in quibus non eſſet ſatis tu
tum obſeruare praxim ab eo traditam, quatenus loquitur de gu
bernatore procedente via ordinaria: quia tutior via eſt ſemper
eligenda. proxime accedit ad pragmaticã. R. Martini & alia iura
ſup. citata, vt fugiamus querimonias, quas faciunt eccleſiaſtici
in curijs, de quibus querimonijs in cap. 1. de content. iuriſd. &
occupat. temporalit. lib. 3. conſtit. vol. 1. per quod ſunt confir-
matæ pragmaticę loquentes de occupatione temporalitatum. &
ex tenore. d. capituli apparet ſufficere quod occupationis decla-
ratio & executio fiat de voto vnius aulę regię aud. & his proxi-
O mis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

mis diebus contra ſubcollectores cameræ apoſtolicæ adminiſtrã
tes temporalitates menſę Epiſcopalis barch. ſede vacãte per mor
38 tem bonæ memoriæ Io. Dimæ Lloris vltimi Epiſcopi Barc. † iu-
riſdictio enim ſpiritualis per capitulũ regitur, cap. illa. ne ſede
vacante. ex. in cap. 1. eod. in ſex. cap. 1. de inſtitut. eo. vol. & quia
dicti commiſſarij camerę Apoſtolicę, recuſaruntfirmare contẽ-
tionem, cum curia regia, occaſione procedimẽtorũ per eos fa-
ctorum, contra homines Villæ Franchæ penit. & quoſdam re-
giosofficiales, fuit proceſſum ad declarationem occupationis tẽ-
poralitatum, quas tenent in prouincia, cum ſuccedant in vices
Epiſcopi, quoad temporalitates. Quod ſi commiſſarij & dele-
gati Apoſtolici ſint tales, qui nullas habent temporalitates, vt cõ
muniter accidit; tunc fiſco regio adhærente parti, quę ius firma-
uit & quærimoniam facit, cõminatio fit banni, & aliarum pœ-
narum pro tuitione regię iuriſdict. & commiſſario perſeueran-
te in contumacia reuocandi aut comparendi, fit adſignatio pro
declaratione incurſionis pœnarum ad diem certam, cum ſe-
quentium continuatione, fiſco etiam adhęrente parti, & in illa
die, præcedente concluſione in regia aud. fit declaratio pœnarũ
cõminatarum, cum ſententia regia nomine Locumt. generalis,
& declaratur delegatum incurriſſe in pœnam banni & alias in
literis monitorialib. p̄cedentib. cõminatas, cũ mõtiuis in plurib.
exẽplarib, expreſsis, & ſignãter, quia turbat regiã iuriſdict. & pro
cedit in caſu ad ſuã iuriſd. nõ pertinente, & quia, monitus per li-
teras regias, nec reuocauit procedimẽta, nec comparuit in regia
aud. banchũ regiũ informatur⁹ & de ſuis procedimentis rationẽ
redditurus ꝓ ea reuerẽtia, quã oẽs delegati & cõmiſſarij apoſto-
lici debent, p̄ſertim moniti, ſupremo principi ſeculari, in ſuis do
minijs, imperij iura obtinenti. etc. varietas caſuũ occurrẽtiũ, variã
formã declarationis expoſcit. l. nã vt ait pędius. ibi. cętera, q̃ tẽdũt
39 ad eãdẽ vtilitatẽ. de legib. D. † Sed fuit dubitatũ. q̃a cauſa firmæ
iuris cõmittit̃ vni ex doctorib. alicuius aulę, & eo referente pro-
ceſſus fit ex informatione ſup ꝓcedimẽtis p iudicẽ delegatũ fa-
ctis & ex literis monitorialib. primis & ſecũdis, & deinceps expe





diunt̃ literę cũ adſignatione termini ad declarationẽ incurſionis
pœnarũ, an huiuſmodi declaratio fiat cũ firma relatoris, an cũ fir
ma regẽtis regiã cancell. vicec. aut cancell. iuxta prag. R. Mart.
in tit. de cõtent. iuriſd. & occup. tẽporalit. lib. 3. vol. 2. & c. viſis &
cũ diligẽtia recenſitis. nu. 4. eo. quia videbat̃ prouiſionẽ qua cõti
netur locũ eſſe declarationi pœnarũ faciẽdã p relatorẽ in modũ
ꝓuiſionis; declarationẽ autẽ per regentẽ cancell. vicec. aut cãcell.
in forma ſẽtẽtię, ſicut in adſignatione curatorũ ad lites fieri ſolet
vtroq. tñ modo vſitatũ reperit̃. quia cũ fiat in forma ſentẽtiæ no
mine Locũt. gñalis & cũ adſignatione ad dictã declarationẽ facta,
ſufficit firma relatoris. pręſertim cũ literę executoriales, q̃ ex hu
iuſmodi ſentẽtia ꝓcedũt, expediunt̃ cũ firma etiã cãcellarij, aut
vicec. aut regẽtis cãcell. Olim tẽpore R. Mart. & vſq. ad curias
anni 1493. cum doctores regij conſilij eſſent tẽporales & nutua-
les, & ſoli Cancellarius, vicecancellarius & regens cancellariã &
fiſci aduoc. eſſent ꝑpetui & deſignati, erat neceſſariũ huiuſmodi
declarationes fieri per dictos Canc. vicec. aut regentem Cancell.
nomine domini regis, aut locũt. generalis aut primogeniti. quia
de ijs tantum prouinciales habebant confidentiam, cum eſſent
notabiles perſonę, et delectę ad officia, perpetuo ideſt ad vitam
eorum, regenda. vt apparet in capitulis curię regis Mart. in tit.
de officio Cancellar. vicec. et reg. cancellar. lib. 1. vol. 1. ſed poſt
erectionem concilij formati ex certo numero perſonarum non
nutualium, ſed ad ſingula loca conſilij et regiæ audientię deſig-
natarũ et deputatarũ cũ examine et ſolemnitate in electione, et
in vim conſtitutionis pactionatę in cur. gñali, relatoris auctoritas
fuit aucta et ampliata, & illi⁹ firma in cauſa illi cõmiſſa in decla
rationibus et ſentẽtijs ſufficit precedẽte concl. in regia aud. facta,
ſi cauſa id poſtulat. vel ſine cõcluſione. quia ſententia ſemp dicta
tur ſub nomine regis vel locũt. et executoriales literę poſt cõmiſ-
ſã exequtionẽ, firmã habẽt Cãcell. vicec. aut regẽtis cãcell. & ideo
ꝙ fierẽt declarationes cũ firma relatoris, nõ venit in contentionẽ,
ſed quia fiebant ſine voto regię aud. c. 1. de conten. iuriſd. et occu
pat. tẽpor. lib. 3. vol. 1. ꝙ de creatione curatorũ opponitur, diuer-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſam habet rationem.quia illa prouiſio non fit cum concluſione,
immo ſolus relator, qui recipit informationem ex commiſsione
ſibi facta,poteſt facere prouiſionẽ,quod nominat in curatorẽ eſt
idoneus,& quod portetur proceſſus Cãcell.aut reg.Cancell.pro
huiuſmodi adſignatione facienda. & eſt hæc via poſterior, bre-
40 uior et magis expedita.L. fin.C.de adopt.† poſt declarationem
huiuſmodi,literę executoriales cum declaratione prouiſę expe-
diuntur directę alicui officiali, cum literis ſubſidiarijs ad oficia-
les eccleſiaſticos iuxta ſtilũ ordinariũ,& fiunt præconitzationes,
& bannimenti publicationes.ſed ante omnia,poſt declarationem
factam& notificatam iudici delegato,vt poſsit reſipiſcere & ad ſe
redire & melius ſentire, adhuc generalis locumt. vel guber-
nator ſuo caſu, charitatiue monere delegatum ſolet cum cartha
priuata,& non expedita per cancellariã, vt ab huiuſmodi oppre
ſione ceſſet,et conſulat ſibi in reuocandoprocedimenta per eum
facta,aut in comparendo de ſuis procedimentis rationẽ redditu-
rus.Belluga rub. de occupat. temporalitatum. nu. 7. verſ. ma-
xime, quia princeps.et Marq. in vſ.alium namq.verſ. quęro etiã
quid ſi prælatus.ibi.conſultius tamen faciet.putat hanc admoni-
tionem initio faciendam, ſtatim vbi quærimonia ab oppreſſo
facta eſt.Sed literę monitoriales primę & ſecundę hanc vim ob-
tinent, nec hæc monitio poſt declarationem factam eſſet neceſ-
ſaria,niſi ad maiorem contumaciam prælati et iudicis eccleſiaſti-
ci delegati, cui iudices ſeculares ex debito officij lubenter defe-
runt, et coacti pro defenſione regię iuriſdictionis & pręeminen
tię,ad grauiora hæc & acriora iuris remedia deueniunt, quaſi in
uiti & nolentes. nolentibus igitur iudicibus eccleſiaſticis dele-
gatis, acquieſcere literis regis aut eius officialium, ad quos
hæc cauſa pertinere poteſt, vt dixi, ſic erit contra eos proce-
dendum, ne alias regalię domini regis & comitis Barcino-
41 ne depereant et in contemptionem veniant, † & via exceſſus
alijs aperiatur, in cõmittendo ſimilia & principem iura impe-
rij obtinentem paruipendendo.l.2.in fine. Cod. de indicta vi-
duita. tollen. ibi. cum ſatis in humanum eſſe videatur.

et



& glo.fin. ibi.et nota non dari viam malignandi. vnde Grego-
rius ad Epiſcopum Syracuſanum. ait, ſi negligenter ea,quę ma-
le vſurpantur, omittimus,exceſſus viam alijs aperimus.Can.per
uenit.2. diſtinct.93. facit tex. in Can.paratus debet eſſe.verſ. nã
cui licentia iniquitatis eripitur,vtilius vincitur.23.q.1. Quoniam
ſecundum Auguſt.eo loci, nihil eſt infelicius fœlicitate peccan-
tium,qua pœnalis nutritur impunitas,& mala voluntas velut in
terior hoſtis roboratur. glo.in contemptum. in cle.grauis.P. ne
igitur. de ſentent. excommuni. huc pertinent quę ſcribit Re-
buf.in ordinat.gallię tit de appellat.tamq.ab abuſu.glo.1. vbi op
tima praxis ponitur, in hac materia ſeruanda,contra iudices ec-
cleſiaſticos vſurpantes iuriſd.regiam in caſu non ſuo proceden-
tes, & iuriſd.abutentes,ad quem locum recurri poteſt, vt con-
tra abuſus iſtorum iudicum officiales regij ſeſe opponant.non
igitur mirari debent iudices eccleſiaſtici etiam delegati, ſi
contra violentias eorum,quas plerumq.faciunt in prouincijs in
quib.rex habet imperij iura, & non recognoſcit in illis ſuperio
rem, dominus rex inſurgat, modis omnib.huiuſmodi violentias
propulſando, præmiſſa cum primis monitione charitatiua, &
parti inſtanti coram iudice delegato,cautione præſtita coram do
mino rege vel eius officialib. ad quos ſpectat, & firma iuris in
forma debita facta.Nam ſiue ad partis priuatæ ſupplicationem,
cum firma iuris,ſiue ad fiſci regij inſtantiã cum ſimili firma,reſ-
cribatur per iudicem ſecularem,qui reſcribere poteſt,vt præmi-
ſimus, iudici delegato, ſemper debet eſſe prius firmatum direc-
tum in poſſe iudicis ſecularis, tam parti priuatę ad cuius inſtan-
tiam iudex delegatus procedit, vel fiſco eius curiæ, quam ipſi iu
dici delegato,& iuris firma in forma debita ſecundũ leges hu-
ius patrię facta, & admiſſa per iudicem ſecularem,ſi & inquan-
tum, conſtito de procedimentis per delegatum factis,reſcribitur
iudici eccleſiaſtico monitorie et charitatiue,monendo eum & ro
gando,vt ceſſet ab opprẹſsione & procedimentis, & ea reuocet,
aut compareat in regia. aud. banchum regium informaturus.
42 † dixi ad fiſci regij inſtantiã plerumq.reſcribi.vt puta iudicib. de

 legatis.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

legatis procedentib. contra laicos, cũ multarum, impoſitionib.
vel in caſib. regaliarum, vt contra regios officiales officia ſua
exequentes. nam in his caſib. fiſci procurator comparet & fir-
ma iuris facta, petit reſcribi ad effectum reuocationis aut cõpa-
ritionis. iudex enim delegatus non poteſt imponere cõtra laicos
multas, niſi pro refectione expenſarum in ſua curia ea de cauſa
43 factarum.† quia multę de regalib. ſunt. cap. 1. ibi multarum
pœnarumq. compendia. quę ſint regalia. in fęud. Iſern. ibid. not.
et afflictis. nu. 1. 7. & in verſ. pœnarum. in prouincijs, in quib.
reges habent iura imperij, iudices delegati contra laicos proce-
dentes, non vtuntur multis aut pœnis tit. ſi quis ius dic. non
obtemper. D. niſi in locum expen. vt dixi, aut in cauſis, quę poſ-
ſunt in foro eccleſiaſtico tractari in c. 2. & cap. fin. vbi glo. iura-
men. de foro compet. in ſex. cap. cum ſit generale. ex. eo. cap.
fin. de except. in ſex. cap. decernimus. de ſentent. excomunic.
in ſex. ſed cenſuris eccleſiaſticis. In terris eccleſię libere vtuntur.
quia hęc regalia in eiſdem terris, eccleſię ſunt. Bal. in d. cap. 1. in
fine. quę in . regalia. ſic intelligo tex. in cap. quamuis excom-
municationis gladius. verſ. in cauſis vero iudicialib. ſeſſ. 24. de
reformat. in concil. Trident. & in cap. 2. verſ. per tant ſtatuim
y ordenã. de inuocat. brachij ſecular. lib. 7. vol. 1. conſtit. loqun-
tur hęc iura de cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentib. etiam
contra laicos. Aufrer. vbi ſup. reg. 2. & plenius poſt reg. 4. in
verſ. nunc ſequũtur caſus. ſub rub. de poteſtate eccleſiæ ſuper lai-
cis & rebus eorum. Maranta de ordin. iudic. diſtinct. 11. & erit
obſeruanda diſtinctio ſuo caſu, de qua in capite. Romana. P.
contrahentes. in fine. de foro compet. in ſex. obſeruandus tex. cõ
ſtitutionis ibi. en cauſas de ſon for: & in d. cap. quamuis. ibi. in
cauſis ciuilib. ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinen-
tib. & in his ipſis pœne huiuſmodi contumacię & multæ appli
cantur locis pijs, in dicto decreto expreſsis, non fiſco curię eccle
ſiaſticę ergo ſi iudex eccleſiaſticus delegatus (quia cum ordi-
narijs iam extat firmata concordia, quæ obſeruatur.) procedit
in temporalibus & in aliquo eius procedimenta nocent fiſcali
patrimonio,



patrimonio, quod conſiſtit in prouentibus pœnalibus & multis
& alijs emolumentis, quæ theſaurarius regius colligit vt in
Margarita fiſci. dubio. 6. 7. 8. vel nocent patrimonio regio &
Cæſaris, quod conſiſtit in reditibus ſuæ coronæ, vt lezdis, cenſi-
tibus, tributis, cœnis, albergijs, decimis, & alijs reditibus regijs
qui regularem habent prętationem in ciuitatibus, villis & ca-
ſtris, & quæ veniunt ad manum baiuli generalis vel procurato-
ris regij patrimonij. Mier. in dict. conſtitutione. les cauſes. coll.
11. Alfonſi 4. verſic. quęro hic, quę dicatur cauſa patrimonialis
domini regis. latius idem Mieres colla. 9. in curia Barcino. Fer-
dinandi. 1. capit. 29. quia quandoq. contingit. verſic. ſecunda
regula eſt, quod procuratores fiſcales. vel nocent iuriſdictioni re
gię & ſunt vſurpatiua illius. vt quia procedit cõtra regios officia
les, his caſibus et ſimilibus procurator fiſci comparere ſolet in re
gia audien. & firmare ius dicto iudici delegato & eius procedi-
mẽtis quocumque nomine factis, & reſcribitur iudici delegato,
vt ſup. obſeruauimus. ſi contra laicum proceditur, priuatam per
ſonam; & is ipſe comparet, vt dictum eſt. & pariter firmat, & pa-
riter quoq. reſcribitur eidẽ iudici, & contra eum proceditur mo-
do, quo ſupro diximus. & hic eſt modus optimus occurrendi vio
lentijs, quę plerunq. ex procedimẽtis iudicum delegatorum in
feruntur laicis perſonis miſerabilib. formidoloſis, timidis & timẽ
tib. vt iuſtũ eſt, cenſuras eccleſ. . & eſt remediũ valde neceſſariũ.
ne alioquin cauſę trahãtur ſub coloratis pretextib. ad forũ eccle
44 ſiaſticũ. ꝙ rex non poteſt tollerare, † etiã ex cauſa miſerabilitatis,
paupertatis viduitatis, pietatis. & ſic plures ex caſib. notatis. ꝑ Au
frer. in d. tit. de poteſtate eccleſię, ſuper laicis & reb. eorũ. in qua
ponũtur. 149. caſus. in quib. iudex eccleſiaſticꝰ cognoſcit de laicis
& reb. eorũ. vt in c. licet ex ſuſcepto & c. ſeq. de foro cõpet. ex. nõ
ſunt recepti in hac prouĩcia. in qua nõ poteſt dici quod nõ audiãt
miſerabiles, aut ꝙ iuſtitia nõ reddat petẽtib. nã ad hoc eſt inſtitu
ta regia aud. pro pauperib. cõtra potẽtes, magnates, diuites, ꝓ
viduis, orphanis, pupillis, religioſis, foraſterijs. inſtituta iudicia, ſũ
maria, verbalia, ſine ſcriptis & alia pleraq. ad expeditionẽ iuſtitie



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

neceſſaria: aduocati pauperum, procuratores. nec iudices vel re-
45 latores exigunt aut recipiunt ſalaria a pauperibus. † Quam-
obrem dominus rex non patitur cauſas ad forum eccleſiaſti-
cũ trahi, extra caſus ad eum pertinentes omni iure. Mier. in c.
35. ne ex beneficio conceſſo: curię Barc. Ferdin. 1. collat. 9. in
verſi. & qualiter cognoſcet papa vel Imperator. & verſ. ſequitur
in tex. ad noſtrum cõſiſtorium. & ibi. & in defectu ſeu negligẽ-
tia. & ibi. dicit tamen idem Innocentius. latius autem in verſ. ve-
runtamen in cathalonia dominus rex. & ſub ſequitur quædam
46 cartha regia Alfon. 4. ſub data Barc. 14. Octob. 1424. † & plura
cõmoda tradit quæ miſerabilis perſona conſequitur in conſiſto-
rio principis. idem Mier. in cap. 2. les cauſes. curiæ Barc. Alfon.
4. coll. 11. verſ. ſed an perſonę miſerabiles pro ſuis cauſis poſsint
habere recurſum ad iudicem eccleſiaſticum? ibi. attamen curia
regia non patitur per laicum vel alios contra laicum. etc. & ita
47 ſeruatur in hac patria. hinc † quoq. videmus quod prohibet do-
minus rex cauſas laicorum ad curiam Romanã trahi. quia pro-
uinciales vexarentur laborib. & expen. extra ſuan prouinciam
litigantes. officiales quoq. curię Romanę omnes cauſas trahe-
rent ad ſuum forum. de quib. ſcribit plura ad hoc propoſitum
Igneus in l. neceſſarios. P. non alias. parte 2. numer. 118. ad
Sylla. D. & Neuizanis dicit quod curia Romana non vult ouem
ſine lana. in lib. 4. P. ad partialitatem redeundo. verſ. & paſquil-
lus quotidie noua carmina cridat. ibi. alij dicũt, quod curia Ro-
mana. quos authores in hoc tãtum referro. citat Igneus Cynum.
& Lucam de Penna. extat autem pragmatica R. Martini ſub.
die. 9. Iulij 1398. qua iſtam cauſarum euocationem ad curiam
Rom. profactis laicalib. aut ab eis dependentib. fieri prohibet,
48 ſub grauileb. pœnis. † & eſt iuſtum, vt ſua quiſq. iura tueatur, &
vnus iudex non mittat falcem in meſſem alienam. can. cum ad
verum. 96. diſt. cap. nouit de iudic. ex. cap. per venerabilem.
qui filij ſunt legit. ex. quamobrem receptum eſt, vt ſi quis lai-
cus citetur ad curiam Roma. vel ſi inde aliquę literę manãt pro
ſimilib. factis, citatus firmat ius ſuo aduerſatio in regia aud. tãquã
oppreſ-



oppreſſus, & inde emanant literę ſtillatę. huc pertinet pragma.
Petri. 3. de anno 1359. ſita in tit. de Epiſcop. & clericis. cap. 3. &
hinc videmus, quod iudex ſecularis inhibet iudici delega-
to Apoſtolico, per clericum impetrato, ne procedat contra lai-
cum ſuum ſubditum. Specul. de compet. Iudi. aditione. P. 1. verſ.
ſedpone clericus trahit laicum. ſub nu. 29. & pondera dicta ſpec.
quia eſt caſus frequens. oportet tamen ſecularem iudicem, qui
inhibet, non eſſe repertum in fatica iuſtitiæ. Specul. ibid. per iu-
ra, quę allegat. plura ſcripſit idem Mier. in tract. ſiue ſummula
de affliction. & oppreſsionibus. verſ. modo vidẽdum eſt. & verſ.
49 † & generaliter dominus rex debet & tenetur defendere quam
cumq. perſonam iniuſte oppreſſam in principatu Cathalonię. vſ.
alium namq. hoc autem remedium domius rex, ſeu eius Locũ-
ten. & is adquem pertinet, etiam ex officio abſq. partis petitione
impartitur ex debito regalis officij. Mier. in d. capit. ne ex be-
neficio. verſ. ſequitur in tex. ad inſtãciã. & ibi & nota, quia bene
dicit ad inſtantiam. Contra ſiquidẽ violentiam, vim & oppreſ-
ſionem ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter factã, dominus rex
defenſionem præſtat oppreſsis, & hoc eſt tam innatum regi, vt
ab eius corona ſeparari non poſsit, nec poſsit rex hoc auxilium
denegare. Mier. in d. cap. ne ex beneficio. verſ. & nota. quia be-
50 ne dicit ad inſtantiã. & ibi. † nota quod hic dominus rex reſtrin-
git iſtam regaliam recurrendi ad ipſum. ſed nunquid poſsit in
totum illam ſibi auferre. etc. & verſ. ſed nunquid princeps po-
terit concedere alicui vniuerſati. idem in dict. cap. les cauſes.
verſ. ſed nunquid ex priuilegio poteſt concedere. & in d. ſum-
ma ſiue tractatu de oppreſsionib. verſ. Attamen ex cauſa pau-
pertatis. etc. ibi. ſed ſcio Antonium de Butrio. & verſ. quoniam
vt ſuperius dictum eſt. & ibi ſed vt ſuperius dictum eſt. Com-
petit autem hoc ſaluberrimum remedium defenſionis aduerſus
oppreſsionem & violentiam etiam, iudicialem & iudicialiter
factam, non ſolum laicis ſed & clericis & omnib. perſonis op-
præſsis & afflictis. Marq. in vſat. alium namq. verb. oppręſſum.
quia vſat. loquitur generaliter & indefinite. & eſt fauorabilis
opprӕſsis

oppreſsis & odioſus opprimentib. ſiue opprimens ſit eccleſiaſticus ſiue ſecularis & laicus idē Marq. in vſ. auctoritate & rogatu. 2. verſ. ſed quęro, an ſub his verbis, omnes homines. hic expręſsis,
51 clerici intelligantur. † Quia clerici intelliguntur ſub generalitate vſaticorum & gaudent vſat. fauoralib. tum quia ſubſunt regi in multis, quia ſunt populati in ſua terra: tum quia hoc congruit legi canonicę. in cap. dilecti. ex. de foro comp. quia clericus excipiens eo loci, potuiſſet ſe iuuare priuilegio anglicis conceſſo, niſi ſe ſoluturum certo loo promiſiſſet. cum ergo hic vſ. alium nāq. cum ſimilib. plurib. loquatur ſimpliciter & indefinite, poterit
52 clericus hoc remedio vti. † et quod dicitur ſtatuta laicorum, non ligare clericos. in cap. eccleſia S. Marię de conſtitut. ex. non procedit cum clerici volunt ſe iuuare ipſis laicorum ſtatutis. ex quibus infert Marq. ibid. clericos ligari vſat. cathalonię, quoad tem-
53 poralia. quia eos proſe receperunt. hæc ille. ſane † clericus, qui ſe opprimi prætendit per iudicem eccleſiaſticum etiam ſi beneficio principis iuuari poſsit, vt dictum eſt, tamen non adibit iudicialiter principem, vel illius locumten. aut alios, a quib. hoc remedium peti poteſt, neq. firmabit de iure coram eo, quia non poteſt in eum conſentire, neq. ad eum prouocare obſtantib. decretis canonicis. in cap. ſignificaſti. vbi. glo. fin. de foro compet. ex. not. in cap. quod clericis. eo. qui textus magis congruit huic quæſtioni, que reſpicit temporalitates ipſorum clericorum, in quib. potiſſimum ſeculares iudices poſſunt iuuare ipſos clericos oppreſſos a iudicib. etiam eccleſiaſticis, & ab alijs quibuſcumq. perſonis, ex regia prærogatiua. facit conſtitutio apoſtolica, quæ in bulla cæne domini continęntur. et 11. q. 1. in ſumma, et per totum. cæterum iudex ſecularis, ad quem hoc ius regale, de quo loquitur pertinet, ex officio poterit monere iudicem eccleſiaſticum ne affligat talem clericum; vel quia ſcandalum generatur in populo, vel quia turbatur publica Pax. vel ſuſcitantur rixæ, quę monitio, extra iudicialis defenſio eſt principi iura imperij obtinenti reſeruata. Couar. in d. cap. 35. nu. 3. practicar. quę ſic in regno Neapolitano obſeruari ſcribit. Afflictis. Deciſ. 24. ſic in regno caſtellæ. ibidē.

Couar.



Couarruuias. numero. 3. ſic in regno Francię. Igneus in. d. P. non alias. parte. 2. numero. 116. et Carol. de graſſal. lib. 2. cap. 7. itaque dominus rex aut regius ſenatus non ſe intromittit de ijs, oppreſsionibus cognitionaliter et in modum ordinarie iuriſdict. neque vt definiat cauſam, quę ad ſuum tribunal forte non pertinet, ſed per modum extraordinarie defenſionis, vt vim repellat, propulſet, oppræſſum ſubleuet, & iudicem eccleſiaſticum quodam modo reducat ad viam iuſtitiæ
54 et tramites legitimos & deferat † appellationi interpoſitę per grauatum, cui non vult deferre in caſu appellabili. vim enim facit. Azeuedus ad 4. noue compilationis legum caſtelle Tomo 2. titul. 1. l. 15. numero. 12. Couarruuias in prac. capite. 35. numer. 3. verſ. at ſi laicus. quod in omni prouincia, Chriſtianis legibus ſtabilita obſeruari plurib. demonſtrauit Couar. vbi. ſup. verſ. quinto iuſtitia huius praxis. poſt afflict. in d. deciſ. 24. Aufrer. in d. cle. 2. reg. 2. fall. xxx. Azpilcuet. in capit. cum cōtingat, de reſcrip. remed. 1. neq. hic recenſeo iuſtiſsimas rationes, quibus hæc praxis iuſtificatur, quas ſcribit exacte Couarruuias eo loci. Quam obrem argumenta Petri Bennij. Illuſtris Doctoris, ad hanc prouinciā tranſmiſsi ſuperiore anno per Illuſtriſ. Nuntium. Santiſ. D.. Papæ, in curia domini regis reſidentem, pro componendis litib. quę in hac ciuitate fuerant exſuſcitate, occaſione comendarum ſeu pręceptoriarum et Caſtellanię Ampoſte, ordinis ſiue militię hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolimitani inter comendatores cathalanos ex vna, & commendatores eiuſdem ordinis Aragonenſes & valentinos ex altera parte, non offendunt hanc praxim in his regnis totius Hiſpanię ex antiquiſsimis temporibus receptam. procedunt enim in ordinaria cognitione rerum eccleſiaſticarum et negotiorum vel ſpiritualium vel temporalium, perſonas eccleſiaſticas, vel bona earum, aut eccleſiarum
55 reſpicientium. † Quæ cognitio contentioſa & iudicialis ad regem non pertinet. d. capite. nouit. d. Canone. cum ad verum. capite decernimus. capite atſi clerici. capite clerici. de iudic. capi. 2.

cap.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cap. ſi quis contra clericum.cap. quod clericis. de foro compet.
ex.non in cognitione extraordinaria & extra iudiciali,et quę ma
gis ad repellendum vim,oppreſsionem,et vexationem pertinet,
quam ad definitionem aut cauſarum cognitionem et deciſionē.
hanc autem curam et ſolicitudinem principes ſeculi imperij iu
ra in ſuis dominijs habentes perpetuis temporib .ſibi reſerua-
runt , aduerſus quaſcunq. perſonas , etiam eccleſiaſticas, etiam
iudicialiter procedentes, etiam contra ſuos ſubditos , etiam in
cauſis ad eorum forum pertinētib. Can.petimus Can.iſtud.11.q.
1. Can.quidam monachi. 16. q.1.nam quos eccleſię monita nō
emendāt, diſciplina principum ſécularium protinus excludit. et
inuiti clerici deijciuntur,qui commonitioni non parent, et qui a
proprio prælato violentiam patitur , a rectore prouincię vel de-
fenſore ciuitatis ſubleuatur.Lu.đpenna in l.ſi coloni.q.ſi.de agri
col. et cēſit. lib·11.C.quinimo,ſi opprę ſsis quis debitum neget fa
uorem,Chriſtum quodam modo negare videtur.in Can. omnis
7.q.1.ibi. qui autem negant. Accedat tex.in Can.filijs vel nepo-
56 tib.16. q. 1.nam † rex ibi poteſt adiri ad punitionem eorum,qui
bonis eccleſiarum abutuntur,epiſcoporum vel archiepiſcoporum
in his negligentia et incuria intellecta. quinimo principes ſeculi
intra eccleſiam comprimendi ſuperborum ceruices,habent po-
teſtatē,vt quod per iudices eccleſiaſticos effici non poteſt,hoc per
diſciplinam reipub. vtilem exequtioni demandetur. Can. prin-
cipes ſeculi.23.q.5.igitur vbi non adeſt prę ſto ſuperior, qui libe-
ret oppreſſos a iudicib. eccleſiaſticis et potiſsimum delegatis exi
ſtentib.in prouincijs remotis a ſede et curia romana,poterit prin
ceps ſecularis auxilium ſuū miſeris & afflictis miniſtrare , et ſeſe
opponere oppreſsioni et violentię , interim et donec a ſummo
Pontifice præſtetur iure debitum auxilium, nec eſt locus con-
cedendus abuſibus et exceſsib.iudicum ſua plerumq. commo-
da quærentium.neq. vero hæc ſecularis poteſtatis cautio et pro-
uiſio,contra violentiam et oppreſsionem iudicum eccleſiaſtico-
rum delegatorum ( nam in ordinarijs, concordia ſuperius cita-
ta,abunde prouidit,) iuriſdictionem impedit eccleſiaſticam,non
vſurpat



vſurpat,nihil de cauſa definit,non cognoſcit,ſed pro quiete ſub-
ditorū,pro tranquillo ſtatu prouinciæ , pro æquitate retinenda,
pro iniurijs & oppreſsionibus reprimendis, interponitur, & cū
ſumma reuerentia eccleſiæ debita, cū maturitate , & monitione
prę miſſa,& magis monendo, quam corrigendo, exercetur.Co-
u.ar. in d.cap.35.num. 3. per totum.Carolus Carcaſſonen. & alij
vbi ſup. Belluga de occupat. temporalit.n.7.verſ.maxime,quia
princeps. quinimo recognito proceſſu facto per iudicem eccle-
ſiaſticum delegatum contra laicum, & intellecto, quod iudex
eccleſiaſticus in ſuo caſu procedit, pars querelans & de oppreſ-
ſione recurrens,remittitur ad iudicem eccleſiaſticum cum eo-
dem proceſſu.& hæc reuiſio fit ſummatim & ſine proceſſu ali-
quo,ſine tela iudicij,velo leuato;iudice & quę relante auditis,da
to in regio concilio, in conſeſſu,loco honorifico ipſi iudici dele-
gato adſignato,& nullum a partibus recipitur ſalarium.Sola re-
gia maieſtas & regia præeminentia atq. ſuprę ma poteſtas in his
ſpectatur,& vt ab iniuria & oppreſsione potentiorum, propter
iuriſdictionem,quam exercent delegatam,miſelli & debiles de-
fendantur,contenditur.hoc vero nihil eſt in repub. excellentius,
nihil vtilius,nihil magis neceſſarium· Itaq recte Mier. in d.ſum
mula de oppreſſ.& afflict.confirmat hoc regale & ius altum re-
gium,tam proprium eſſe principi habenti in ſuo dominio im-
perij iura, vt ab eo non poſsit ſeparari,ſalua in principe regia po
teſtate, & quod non poteſt hoc ius a ſe abdicare,niſi regię ſedi
renuntiet.in hoc deniq. iure alto & regali fideliter ac diligenter
obeundo & exequendo facit rex officiū charitatis; implet, quod
iurauit. iurauit autem protegere ac defendere populum ſuum
ab iniurijs,& iuſtitiam miniſtrare. Afflict. d. deciſ.24. nu.5.prę-
clare in hanc excellentiam principis prorumpit Robertus rex
Sicilię in conſtit. incipiente.ad regale faſtigium. & pro defenſio
ne huius remedij neceſſarij in repub. contra aliter ſentientes,vi-
denda optima additio ad finem glo.ibi.hoc ſtatutum multi prę-
lati.quo loci demonſtratur hoc auxilium extra ordinarium cō-
petere principi imperij iura obtinenti, in ſuo dominio, & iure
concedi.

concedi.praxim autem explicat et ponit tex, in hoc remedio ob
ſeruandā de qua afflict. in deciſ.24.& n.6. citat alias conſt. Ro-
berti, pro hac defenſione editas. altera eſt.omnis inuaſio & prę-
datio;altera vero,finis præcepti charitas.videantur Iſer. & alij in
gloſſ. ad d.conſtit.ad regale faſtigium.quæ vero in hac re obſer-
uatur praxis in hac prouincia,& in hac regia aud.ſuperius a no
bis explicata eſt , & non differt ab ea,quam ſcribit.Coua.in d.n.
3.verſ.cæterū in hac regia.& verſ. at ſi laicus. Afflict.& Iſer. vbi
ſup.ſtilo huius curię ſemper in procedendo retento. Sed hic ego
cū primis in principe,qui hoc remedium extraordinariū imper-
titur quoties videtur eſſe vtile ac neceſſariū, conuenientiam &
æqualitatem deſidero , vt hoc quod ſibi lege defertur et tribui-
tur , totum ad æquitatis normam & iuſtam rerum æquabilita
tem moderetur & corrigat, nę inde iniuriarum naſcatur occa-
ſio, vnde iura naſci debent. l. meminerint. C. vnde vi. itaque
57 † antequam princeps ad pręſtandum auxilium defenſionis op
preſſo procedat , conſtare ei debet de violentia, et per euiden-
tiam rei nota illi debebit eſſe oppreſsio: nec faciles , quęrelis &
expoſtulationibus clamantium aures præbebit. Afflict. in dict.
deciſ.24. numer.6. ibi.ſed quando rex. quod etiam tenor con-
ſtitutionis regis Roberti,ad regale.ibi non exigens cognitiona-
lia. & ibi ſed facta tibi de iniurijs. aperte inſinuat,& praxis no-
ſtrę prouincię obſeruat quam diligentiſsime. Hæc eſt enim illa
epijchia & conuenientia , quam in principe lucere oportet,om-
nia ad rationis et naturalis æquitatis normam moderante.hęc
inquam eſt illa regula leſbia, et norma plumbea. quę ad lapidis
formam transformari poteſt , et ſubinde immutari.et qua vten
dum eſt in ſupręmo dominio , et ſupręmis tribunalibus quę
pręſcripto iuris vſquequaque non ſunt adſtricta , ſed pro oc-
currentibus caſibus diſceptationem cauſarum habent , et po-
58 teſtatem decernendi in † ijs , de quibus lege caueri non po-
tuit,ſatis exacte; et propterea ex bono et ęquo nōnumquā iudi-
care legib.aut morib.permiſsū eſt Bu.ad l. 1.de iuſtit. et iure. D.
Coraſ. de redigendo iure ciuili in artē parte.1.cap. 15.

Summaria



## *SVMMARIA.*

1 *Comminationes ad vrgendum & non ad definiendum ponuntur: et ideo ſtatim poenæ comminatæ non decernuntur contra inobedientes.*

2 *Poenæ ſolitæ comminari eccleſiaſticis non obtēperantibus literis regiis, quæ ſint, cum numeris ſequentibus.*

3 *Occupatio temporalitatum eſt iuſtum remedium et fere in omnibus regnis receptum, et de modo procedendi.*

4 *Occupatio temporalitatum, non tangit perſonas eccleſiaſticas nec eorum bona libera et franca: ſed quæ poſsident regi ſubiecta. et quid ſeruetur in cathalonia vbi eſt limitata forma.*

5 *Concordia reginæ Eleonoris, et forma data contra ordinarios, an ſeruetur contra delegatos renitentes comparere in banco regio?*

6 *Delegatus non debet eſſe deterioris conditionis quam ordinarius, quia in cauſa commiſſa maiore fulget prærogatiua.*

*poenas*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

7 *Pœnas alias, vltra occupationem temporalitatum, poteſt rex decernere contumatia prælatorum creſcente.*

8 *Contentione declarata, ſi eccleſiaſticus recuſat parere declarationi, qualiter procedatur?*

9 *Banni comminatio ſolita eſt apponi in literis monitorijs contra eccleſiaſticos, et potiſsimũ delegatos.*

10 *Bannum quid ſit, & quæ dmpna contineat, remiſsiue.*

11 *Delegatus monitus renitens comparere in bancho regio, poteſt publicari pro extraneo et eſt grauiſsima pœna.*

12 *Extranei non poſſunt habere beneficia in Cathalonia.*

13 *Iuſtitiam miniſtrans acceptus eſt deo.*

14 *Beneficia conferre extraneis, magna infert eccleſijs incommoda.*

15 *Extranei, neque penſiones neq. præceptorias, neq. beneficia comendata poſſunt obtinere.*

16 *Conſtitutio omnis recipit interpretationẽ paſſiue a iure communi. & ius commune in cathalonia intelligitur ciuile & romanum.*

*Pri-*



17 *Priuationis gratiarum regiarum comminatio, ſolita eſt apponi in literis monitorijs contra eccleſiaſticos.*

18 *Iuriſdictionem ac regalia iura turbãs non eſt dignus beneficijs principis.*

19 *Eccleſiaſtici et prælati multa de iure Cathaloniæ habent ſpecialia priuilegia, remiſsiue.*

20 *Forum qui ſequitur, ſequi debet iura fori.*

21 *Indignationis et iræ regiæ pœna ponitur in literis monitorialibus. et quæ ſit huiusmodi pœna, et de ſimilibus clauſulis.*

22 *Diffidationis et acuidamenti pœna ſolet poni in huiuſmodi literis monitorialibus, et quo caſu? et ibi remiſsiue aliqua de pœna diffidationis.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus non poteſt procedere per cenſuras, nec alia eccleſiaſtica iuris remedia in Cathalonia; contra officiales regios, officiando committentes exceſſus contra eccleſiaſticos et bona eorum.*

24 *Officialem regium incidiſſe in pœnas conſtitutionũ Tarraconæ pro rebus priuatis, an poſſit declarari per iudicẽ eccleſiaſticum?*

P *Officia-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

25 *Officialis ſe immiſcens in his, quae non ſunt ſui officij, habetur pro priuato, vel procedendo, extra formam iudicis.*

26 *Delegatos ſi conſtiterit procedere in ſuo caſu, neceſſe eſt regios officiales parere eorum mādatis.*

27 *Abſolutio a cenſuris conceditur praecedēte ſatisfactione, et aliquando publica poenitētia.*

28 *Summus pontifex tribunal tenet Ieſu Chriſti.*

## DE COMMINATIONIBVS QVAE fiunt per literas regias iudicibus eccleſiaſticis regias hortationes, & monitiones contemnentib. & de pœnis, quæ in eiſdem apponuntur.

## CAP. 12.

1 SATIS notum eſt † cōminationes, quę paucis verbis explicari ſolent, & ad vrgendum magis, quā ad definiendū expediri, vicē ſententię non obtinere. l. iudex qui. l. fin. C. cōminat. epiſtolas, programm. etc. itaq. pœnę, quas in literis regijs & in regia Cancellaria debite expeditis contra iudices eccleſiaſticos mandata regia negligentes, & monitiones ſalutares contemnentes, apponi ſolent; non ſtatim decernuntur & declarātur, cōtra eoſdē iudices eccleſiaſticos, ſed tunc demū, cū ſępius moniti per literas regias, & cum cōminationib. pænarum inſtati

ac requi-



ac requiſiti reſpondere recuſant in ſua pertinacia & contumacia
perſeuerantes. Marq. in vſ. alium namq. verſ. quęro, etiam quid
ſi pręlatus, vel alius eccleſiaſticus. quod etiam alij notant ſupe-
2 rius citati Couar. Afflict. & Carolus Carcaſſon. † pœnarū au-
tem ad hanc rem pertinentium, & quib. ſuprema tribunalia vti
conſueuerunt, non vna tantum ſpecies eſt. Nam aliquando tem
poralitatum occupatio apponitur in cōminationalib. literis, ali-
quando bānum, aliquando aliæ pœnę, pro qualitate etiam con-
tumacię ipſorum iudicū eccleſiaſticorum grauiores. de his pœ-
nis nunc agendum. & quidem de occupatione temporalitatum,
quæ prima pœna occurrit, in his apponenda, & contumacia exi
gente declaranda, ſatis ſuperius tractauimus, ac de banno: nunc
de alijs erat agendum. cōmodius tamen erit & eas, quas tetigi-
mus paululum repetere, & explicare. † Temporalitatum, quas
3 poſſident iudices eccleſiaſtici in regno, iuſta eſt occupatio, ſi iu-
dices ipſi regis monitiones repetitas contemnant, & proceſſus ra
tionem eidem reddere cōtumaciter recuſant. & ideo hæc pœna
in omnibus regnis fere recepta eſt. Couar. in d. cap. 35. verſ. ad-
uerſus vero clericos & eccleſiaſticos iudices. Carolus Carcaſſ.
in d. cap. 7. verſ. facit optime l. conſulta diualia. lib. 2. regalium.
Bellu. in rub. 18. de occupat. temporalit. & nu. 7. ibi aduerte, cū
iudices eccleſiaſtici. & verſ. maxime, quia princeps. extant apud
nos varia iura. in tit. de content. iuriſd. & occupat. tēporalitatum
4 lib. 3. vol. 2. & vol. 1. eod. lib. 3. † Hæc autem pœna non tangit per
ſonas eccleſiaſticas, nec earum bona libera & frāca, ſed quę poſ-
ſident in regno regi ſubiecta. Bellu. vbi ſup. nu. 7. ibi. ideſt, oc-
cupat bona, quę ſunt ſub ſua iuriſd. & ſibi ſubiecta. Carol. in d.
cap. 7. verſ. facit optime. quinimo in hac prouincia occupatio
tantum fieri poteſt iuriſdictionum, quas pręlati in regno tenent,
et nō alijs bonis tēporalib. quas et quę pręlatus aut perſona eccle
ſiaſtica poſſidet; non in decimis, primitijs vel bonis alijs ſpi-
ritualibus quibuscunque. Martin. Rex. in pragmatica data
Barcinon. 28. Mart. 1409. confirmata cum pragmatica Fer-
din. 1. data Barcinon. 20. Iun. 1413. immo per Alfonū quartum

P 2 cum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cum prag. data in monaſterio. S. Cucuphat. Vallen.11. decem-
bris 1418. P. item ſeñor, ſupplica lo dit bras. fuit occupatio ſuo
caſu facienda ſeruata ſcilicet forma in procedendo & declaran-
do data & pręſcripta per Regē Mart.& Ferdi.1. reſtricta,ad iu-
riſdictiones temporales tantum prælatorum & aliarum perſo-
narum eccleſiaſticarum. ibi ſe hage fer tant ſolament de les iu-
riſdictions dels prælats. & ibi. ne de altres bens temporals,ſino
tant ſolament de les dites iuriſdictions. ſunt hęc iura in d. tit.de
content. iuriſd. & occupat.temporalit.lib. 3. vol. 2. Quamobrē
cum pręlati & eccleſiaſticæ perſonę poſsideant bona ſpiritualia
& temporalia. cap. eccleſia Sanctę Marię. de conſtit. ext. & ibi
Felin.nu.7.8.& Dec.nu. 18. & quędam, ratione beneficiorum,
alia,vt priuatæ perſonę.tex.in cap.1.P. fin. de reſtitut.ſpoliator.
in ſex.& ibi.glo.notat.hæc occupatio ad temporalia tantū exten
ditur.& rurſus in iuriſdictionib.temporalib.tantum,non in alijs
bonis aut ſpiritualib.aut temporalib. vel in iuriſdictionib. ſpiri-
5 tualib.& hoc iure vtimur.† Sed vtrum idem obſeruetur quo-
ties procedendum eſt contra delegatos recuſantes comparere in
bancho regio?quia de illis concordia non loquitur,nec ſunt in ea
compræhenſi.pone eos habere in regno reditus, bona tēporalia;
iuriſdict.temporales nulles habere. fiet igitur huiuſmodi bono-
6 rum temporalium occupatio?minime: † nō enim debet eſſe de-
terioris conditionis delegatus Papę aut conſeruator,qui & dele-
gatus eſt cap.1. & cap. fin.de offic. deleg. in ſex. quam ipſe iu-
dex eccleſiaſticus ordinarius.cum maiore præfulgeat prerogati-
ua in cauſa ſaltem commiſſa. cap. ſane, quia nos. cap. paſtora-
lis. P. quia vero.de offic. deleg. ext. & quia in odioſis contra iu-
dices eccleſiaſticos eſt facienda interprætatio benignior. cap. in
pœnis,de regul.iur.in ſex.itaq. ſi iudices delegati, vt ſunt conſer
uatores,quos habet hęc prouincia,quāplures,ratione ſuarū digni
tatū & beneficiorū,habent iuriſd.tēporales, poterit ſuo caſu per
occupationē tēporalitatum procedi cōtra eos,vti factum eſſe iā
antea obſeruauimus;ad aliorum bonorum eccleſiaſticorum etiā
tēporaliū occupationē nō procedetur,ſed erit recurrēdū ad alias





pœnas vſu in ſimilib.receptas. neq. ego exiſtimo vnā ſolam pœ-
nam occupationis temporalitatum, ſub quib. temporales tan-
tum iuriſdict. contineri diximus, datam eſſe et permiſſam regi
pro defenſione ſuarum iuriſdictionum & regaliarum proce-
denti contra prelatos eccleſiaſticos etiam ordinarios ſuę prouin-
7 cię, † ſed et alias pœnas poſſe regem contra prelatos ſuę prouin
ciæ contemnentes mandata regia & nolentes comparere coram
ſua maieſtate & ſuo regio bācho, decernere, contumacia præla-
torum creſcente.idq. pragmatica regis Petri 3. data dertuſæ 10.
mart.1371. aperte declarat.in ea pręcipitur baiulo generali ca-
thaloniæ,quod remedijs bene viſis, procedat contra perſonas ec
cleſiaſticas facientes pręiudicium regalijs & iurib. regijs.& tem-
pore eiuſdem regis Petri factitarum legimus in vita Petri Claſ-
quetini Archiepiſcopi Tarracon. quę cauſa fuit initę & factæ
Barc. poſt modum concordię, inter Bertrandum Cardenalem
conuenarum & reginam Eleeonoram consortem d. regis Petri
in anno.1372.menſe Iunio.cap. ſobre lo proces de pau y treua.
in fi.& cap.ſobre aço,ques cōplanyen, que per ficta ſuſpita.neq.
per concordiam ſunt ſublatę iſtę pœnę, ſed data forma occupa-
tioni temporalitatum & alijs grauaminib. pretenſis per prelatos
eccleſiarum.Et ideo ſi non ſufficit occupatio temporalitatum ad
vrgendum iudicem eccleſiaſticum ordinarium,vt firmet conten
tionem, ſi hæſitet de competentia iuriſdict. in caſu occurrenti
ſuperquo reſcriptum fuit eidem, rex vtetur acrioribus reme-
8 dijs.† idem faciet & ſi poſt declarationem arbitrorum, vel ſuo
caſu regij cancellarij, aut tertij,ipſe iudex recuſet parere decla-
rationi. alioquin quomodo iuriſdictio regia reintegraretur? ſed
in ordinarijs hęc inconuenientiam nunquam occurrunt, in dele
gatis et potiſimum in conſeruatorib. plerumq. recuſant enim
frequenter reuocare procedimenta in caſu non ſuo facta vel cō-
parere in regia aud. banchum regium informaturi. et ideo eo
caſu dominus rex neceſſe habet vti remedijs ſibi iure permiſsis,
protuitione & defenſione ſuę iuriſd. et pręeminentię.Altera igi
9 tur † pœna,quæ in literis monitorialibus regijs ponitur, direc-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

ctis iudicibus eccleſiaſticis & potiſsimum delegatis, eſt bannum.
Couarru. in d. cap. 35. verſ. aduerſus vero clericos & eccleſiaſti-
cos iudices. hæc pœna in conſt. Ioann. 1. fuit etiam contra per-
ſonas eccleſiaſticas recepta. cap. 1. in fine. de concept. beatæ Ma
10 rię virginis. † Eſt autem bannum, eiectio à bono publico, & quę-
dam à cõmunione aliorum ſeparatio, ad inſtar excõmunicatio-
nis, quæ eijcit excõmunicatum a communione eccleſię. Bald.
in l. 1. C. de hæred. inſtit. Boſſ. tit. de bannitis nu. 1. qui citat
alios. hęc pœna multa continet damna, quę poſſunt euenire ban
nitis etiam clericis. Amat in reportorio. verb. bannum primo
& not. in vſat. omnia malefacta. vbi Iudaic. in fine & declarat
Latius, Marq. in fine. bonis enim bannitorum poteſt impune
damnum inferri, nec emendatur: ſicut nec damnum datum bo-
nis eiectorum a pace & treuga. quo pertinet cap. ſobre lo pro-
ces de pau y treua. in fine. in concordia Reginæ Eleeonoræ &
Cardin. Conuen. eſt hodie cap. 2. titul. de pau y treua. libr. 10.
volum. 2. plura de bannitis, quæ poſſunt huc in ſuis caſibus tra-
hi, ſcripſit Mier. collat. 4. in curia Gerundę. Iacobi. 2. cap. 27.
de bannitis pro pace & treuga citatis. Amat vbi ſupra cum ſe-
quentibus. tranſeo Nellum, Boſsium & cæteros in proprijs tra-
ctatibus. & quod in Cathalonia banniti non poſſunt impune of-
fendi, ſed tantum capi & duci ad iudicem. Calic. in Margarita
dubio. 7. rub. de pœna diffidationis. in fine. in eiectis à pace &
treuga aliud obſeruatur. quia poſſunt offendi, ex veriore ſen-
tentia. Calic. ibid. & Latius Mier. collat. 5. in curia Montiſalbi
Alfon. 3. cap. 22. item ad tollendum. verſicul. breuiter ſecun-
11 dum. † Tertia pœna, quæ in literis monitorialibus apponi po-
teſt, & eſt valde ad caſum contumacię & pertinaciæ iudicum
delegatorum accommodata, ſi inſiſtunt in contumacia, non
comparendo in bancho regio: quia poſſunt declarari extranei,
& pro extraneis publicari. Couarru. vbi ſup. hæc pœna eſt gra-
12 uiſsima. † quia extranei non poſſunt obtinere beneficia neq. of-
ficia in regno. toto titul. que los ſtrangers no puguen tenir be-
neficis ni officis eccleſiaſtics en Cathalunya. libro primo. vo-
lum.


lum. 1. vbi ponitur conſtitutio Alfonſi 4. in curia Sancti Cu-
cuphatis prohibitiua, & ſequuntur aliæ conſtitutiones ſequen-
tium principum eodem ſpectantes. habet autem conſtuutio Al-
fonſi quarti, magnã rationẽ propter cauſas in ea expreſſas vr-
gentiſsimas. Nam etſi in eccleſia Dei non ſit diſcretio Iudæi
13 & Gręci, & in omni genere, † qui facit iuſtitiam, acceptus eſt
Deo. cap. eam te. de reſcriptio. capit. ad decorem. de inſtitut.
capit. venerabilis. de prębend. extr. notat. Couar. in cap. 35.
numer. 6. in pract. Felin. Deci. & Blaſius in dict. cap. eam te.
14 tamen omnibus eſt ſatis notum, † magna incommoda eccle-
ſijs & beneficijs eccleſiaſticis inferri, quod exteri ea obtineant,
& poſsideant in Regno. nam beneficia conferuntur incogni-
tis & non probatis & ijs, qui non reſident in eis. ſicque vul-
tus ſibi commiſsi gregis non agnoſcitur. linguam populi com-
miſsi non intelligit pręlatus: cura animarum negligitur. quia
prælati tanquam receſſuri quærunt ſolummodo lucra tem-
poralia, vt mercenarij: ſubtrahitur hoſpitalitas: iura eccle-
ſiarum depereunt: ruunt ædificia: populi deuotio attenua-
tur. in procemio pragmaticę ſanct. P. exinde ſubſecutæ ſunt
morum corruptiones. verſiculo. nam eccleſiarum & bene-
ficiorum eccleſiaſticorum. & ibi gloſ. exterorum. cum alijs
gloſſ. ſequentibus. Idem obſeruari in pluribus alijs regnis ſcri-
15 bit Gregor. lib. 17. capit. 6. numer. 41. 42. † Compręhen-
dit autem hęc conſtitutio beneficia omnia etiam commen-
data, etiam penſiones; etiam pręceptorias ſiue commandas:
vt apparet in alijs conſtitutionibus poſitis in eodem titul. que
los ſtrangers, etc. cap. 2. 3. 4. & licet non eſſet expreſſo iu-
re diſpoſitum, tamen ex vi interprętationis huius conſtitu-
tionis, omnia beneficia maiora & minora, & quę appella-
tione beneficij continentur, ſub hac prohibitione contine-
16 rentur. † Quia omnis conſtitutio, & omne ſtatutum recipit
interprętationem extenſiuam paſsiue a iure communi. Bart.
in l. omnes populi. numer. 60. de iuſtit. & iure D. ius cõmune
in hac patria intelligimus Romanum ciuile & Pontificium. tit.


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

de legit. e diuiſio de aquella, in antiqua compilat. ſunt hæc iura
hodie lib. 6. tit. 1. in 3. vol. ergo leges ciuiles & pontificię, quę lo-
quuntur in terminis huius conſtit. Alfon. 4. & ſequentium
ſub eodem tit. trahuntur ad hanc prohibitionem. & vt res ma-
gis timeretur, ſpecialis prouiſio facta fuit de aliis beneficijs. & li-
cet cauſæ expreſſę in conſtitut. ſint impulſiuæ, ibi. ſe ha ſeguit
grans danys, ſcandols e inconueniens. & quę ſupra retulimus
ſunt pariter cauſæ impulſiuę: tamen in his non fundatur diſpo-
ſitio prohibitiua. ſimile eſt in cap. 1. de immunit. Eccleſ. in clem.
in cap. 4. de clerico ægrot. vel debilit. in cap. veſtra. de cohabit.
cleric. & mulier. in cap. fin. de vita & honeſt. cleric. ext. & in ſi-
milib. Bar. in l. 2. P. fin. de donat. D. l. 1. P. ſexum de poſtulando
D. vbi glo. cauſam. & Maſſagalleſ. de exercitat. iuriſperit. lib.
1. nu. 12. & ſeq. Imol. in d. P. fin. quin etiā adde eas cauſas, quæ
in proœmijs conſtitutionū & ſtatutorum ponuntur, finales eſſe.
Azeuedus in cōmentar. ad 4. lib. nouę compilationis. tomo 2.
tit. de la iuriſdiction real. l. 11. nu. 7. Rebuf. de ſententijs proui-
17 ſionalib. art. 1. glo. 1. per totum. † Alia pœna ſequitur, quæ etiā
in generalib. verbis monitoriarum literarum continetur, priua
tio priuilegiorum & gratiarum regiarum, quib. clerici gaudent
18 in hoc regno. † nam qui principem contumaciter offendit, eius
mandata contemnit, iuriſdictionem & prærogatiuas ac regalia
turbat, non eſt dignus beneficijs principis. l. non dubium. C. de
legib. l. auxilium. in fine. de minor. D. cap. quia fruſtra. de vſur.
ex. cap. fi. de immunit. eccleſ. c. in audientia. de ſentētia excōmu.
cap. fin. de vita & honeſt. cleric. ext. glo. 1. in dict. cap. quia fru-
19 ſtra. † plura autem priuilegia a rege Aragonum & Comite Bar.
habent Epiſcopi & clerici & perſonę eccleſiaſticæ. quę hodie ex
tant in tit. de Epiſcopis & cleric. perſonis religioſ. reb. & priuile-
gijs eorū. lib. 1. tit. 4. vol. 1. & lib. 1. tit. 2. vol. 2. & in plurib.
alijs locis iuris huius patrię. pręter alia plura particularia priui-
legia eccleſiarum particularium, & ſignanter in conſtit. Iacobi.
1. Ilerdæ facta, quæ plura continet priuilegia. eſt in tit. de ſacroſ.
eccleſ. cap. 4. in noua compilatione. & hęc eſt iuſtiſsima ſenten
tia,



tia, quam clerici non debent iniquo animo ferre: quia clerici
quicunq. ſint, qui volunt vti legib. & ſtatutis laicorum contra
laicos, debent & contra ſe huiuſmodi leges & ſtatuta ſeruare.
20 hinc dicimus, quod † qui ſequitur forum, debet ſequi iura fori.
Prob. in cap. 1. num. 6. 7. de pręſcript. in ſex. ſi clerici princi-
pis ſecularis iura turbant & impediunt iuriſdict. non debent le-
gibus & priuilegijs principis ſecularis iuuari. & hac pœna ſępe
in hac prouincia vſus eſt princips contra pręlatos & eccleſiaſti-
cas perſonas huius regni. in cap. 32. item com los prelats. in 2.
curia Barc. Iacobi 2. eſt ſub tit. de las coſas prohibidas als cler-
gues. cap. 3. & in cap. 33. curię anni 1510. eſt ſub titūl. de offic.
21 de Deput. cap. 2. lib. 1. volum. 1. Eſt etiam alia † pœna frequen
ter in his caſibus recepta, ira ſcilicet vel indignatio principis.
Eſt autem pœna indignationis & iræ, vt qui in eam incurrerit,
amittat gratiam principis, efficiatur ingratus & indignus gra-
tia, amore, fauore principis, non ſit illi princeps gratioſus & be-
neuolus. Bal. in auct. ſtatuimus. verſ. Petrus dicit. de epiſcop.
& cleric. C. Caſtrenſ. ibid. numer. 4. Bald. in cap. 1. verſ. item
ſi delator. vbi glo. perdit. quę fuerit prima cauſa beneficij amit-
tendi. in feud. & addit. ad Bald. Afflict. ibid. nu. 19. & ſeq. &
ſubijcit. numer. 20. 21. de clauſula. iram & iracundiam noſtram
non euitabit. & de clauſula. ſi quis auſu temerario. etc. & de clau-
ſula in literis apoſtolicis communiter inſerta. indignationem
beatorum apoſtolorum Petri et Pauli ſe nouerit incurſurum.
etc. eandem pœnam indignationis explicat. Bart. in extraua-
gato. qui ſint rebelles. in verbo. indignationem. ait Bart. hu-
ius verbi effectum nullum inuenies, niſi quatenus verbum ſo-
nat. quia imperator indignatus ex hoc facto, non exhibebit ſe
gratioſum. plura de indignatione domini. Zaſ. in feud. parte
10. de feudi amiſsion. ſeu refutatione. numer. 41. 42. Socarr.
in cap. felonia domini feudi commiſſa. numer. 10. ibi. vel fe-
22 lonia. ideſt, ira domini. † poſtrema, pœna, vt cæteras omittam,
quas congerere poſſem, eſt, eaque grauiſsima, diffidatio, acui-
damentum, quando iudex eccleſiaſticus in tanta pertinacia eſ-
ſet,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſet, quod nunquam eueniat, vt nulla comminatione poſſet in-
duci ad meliorem mentem, & turbaret prouinciam ſuis proce-
dimentis, decernendo & relaxando cenſuras eccleſiaſticas, tunc
princeps poteſt procedere ad comminationem pœne diffida-
tionis & acuidamenti. quod tempore regis Petri. 2. & 3. &
Ioannis primi ſucceſsiſse legimus. reges tamen temperaſſe in
dignationem & iram ſuam & comminando proceſsiſſe, non
declarando nec exequendo. de hac pœna Mier. collat. 4. in cu-
ria Gerundæ. Iacobi. 2. capit. 27. item ſtatuimus & etiam or-
dinamus. verſic. quęro hic an bannitus. idem Mieres et plenius
colla. 5. in curia Montiſalbi Alfon. 3. capit. 22. item ad tollen-
dum. verſic. breuiter ſecundum. Calic. in Margarita dub. 7.
tit. de pœna diffidationis. ibi octauus caſus eſt. & ibi. iſta pœna
cum verſ. denegatur tutela. Idem Calic. dubio. 8. verſic. 90.
Harum ſane pœnarum, quędam ſunt grauiores, quæ alias ſub ſe
comprehendunt, vt ex earum explicatione quilibet poterit col-
ligere. ſileo acerbiora & duriora quibus reges Francię vtuntur
in his caſibus. Igneus in d. P. non alias parte. 2. numer. 123.
& pluribus Carcaſſon. vbi ſupra lib. 2. capit. 9. quia noſtri reges
Aragonum non conſueuerunt vti ſimilibus remedijs aduerſus
23 pręlatos & iudices eccleſiaſticos ſuorum regnorum. † Enim-
uero, in hac prouincia receptum eſt iudices eccleſiaſticos ordi-
narios non poſſe procedere, per cenſuras aut ſimilia iuris reme-
dia, contra officiales regios, officiando committentes exceſſus
in perſonis aut rebus eccleſiaſticis, & officium ſuum exercen-
tes et in exercitio ſuorum officiorum, quia huiuſmodi exceſ-
ſuum punitio in forma prędicta factorum, reſeruatur in concor
dia reginæ Elęeonoræ, domino regi. capit. 1. primerament ſo-
bre lo capitol de ſomatent. quod eſt in tit. de ſono emiſſo. libr.
9. tit. 14. vol. 2. Calic. qui explicat art. in tract. de ſono emiſ-
ſo. dubio ſeptimo verſ. concordato inſuper. & dub. 8. q. antepe.
quæro, quid ſi vicarius regius cum exercitu. et ibi. & probatur
etiam. Mier. coll. 5. in curia Montiſalbi Alfonſi. 3. cap. 17. item
ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis officialis noſter. neq.





hoc caſu expectabitur tempus tabulæ, licet officialis ſit de ijs,
qui aſſecurant iudicium tabulę. dict. capit. 17. item ſtatuimus.
Calic. & Mier. vbi ſup. idem Calic. in curiali dubio. 7. verſ. 56.
quia magiſtratus delinquentes. & hoc iure vtimur inconcuſſe.
24 Calic. in d. q. antepenul. qui aſſerit † ita obſeruatum & po-
nit caſum qui ſuo tempore contigit in perſona ſubuicarij mo-
diliani, contra quem Archiepiſ. Tarracon. proceſſerat in vim
conſtit. ſacrorum conciliorum prouincię Tarracon. et firma-
uit ius in regia aud. & fuit abſolutus. ponit etiam aliud exem-
plum. Calic. eo loci. Mier. latius hęc explicat coll. 9. in curia
Barcinonę Ferdin. 1. cap. 25. numer. 17. et in cap. 4. volents
les conſtitutions. nu. 24. verſic. ſed numquid contra officiales
regios. & nume. ſequentibus coll. 10. in curia Reginę Marię.
argumentando a proceſſu quęrelæ pacis & treugę, ad proceſſum
quęrele in vim ſacrorum canonũ conſtitutionũ prouinciæ Tar-
raco. nam vt ibi diſtinguitur procedat officialis, vt officialis & of-
ficiũ ſuum officians et exercens, an vt priuata perſona. Mie. in d.
cap. 25. numer. 24. et ſeq. Calic. in d. dubio. 8. q. antepenul.
ſic et in caſu quęrelę in vim ſacrorum canonum, contra inua-
ſores rerum eccleſiaſticarum. licet Marq· in vſat. camini & ſta
tę. verſic nota quod iſte vſat. videatur tenere contrarium, cuius
opinio non eſt recepta, niſi cum prędicta diſtinctione, an ſcilicet
procedat exercendo ſuum officium, an vero vt priuata perſona
et extra caſum exercitij ſui officij, et hoc ſecundo caſu proceſ-
ſus rigurosſus quęrelę ſacrorum canonũ habeat locũ contra talẽ
regiũ officialẽ. ſed et plerũq. declaratũ fuit prędictã quęrelã dari
poſſe, cõtra regium officialẽ in officio ſuo exceſsũ cõmitẽtẽ, cõ-
tra perſonas eccleſiaſticas, via tamen ordinaria, et parte citata,
et alijs modis, quibus dictus proceſſus fieri conſueuit in curia
eccleſiaſtica, dequib. in capit. dubitatur. cũ ſeq. in Rub. quatuor
modi procedẽdi contra inuaſores etc. poſt tit. de ſentent. excõ.
in conſtitut. Tarra. modo non procedatur via executoria et
a notorio et officiali quærelato nõ citato neq. audito, & iuxta
rigorem dictarum conſtitutionum. de qua declaratione cancella



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

rij brachium eccleſiaſticum in curijs celebratis nuper in hac ciui
tate quærimoniã fecit,quaſi videatur denegatum cãcellario dare
formã ordinarijs eccleſiaſticis in procedẽdi ſuis caſib. cui tantũ
videtur tributa iuriſd.declarandi.cuius ſit iuriſ. in caſu contentio
nis firmatę.ſed non obtinuit, quia ad cancellarium quoq. perti-
net declarare,ad quam curiam pertinet cognitio,vel ſimpliciter,
vel certo modo. et ita etiam intelligo Marq. in vſ. laudauerunt.
verſ.quæro decimo,an contra iſtos raptores.tunc autem videtur
25 procedere.† officialis vt priuatus , cum ſe immiſcet ijs , quę nõ
ſunt ſui officij vel procedit extra formam,modum,et figuram iu
dicis. vel percutiendo cum armis.Calic.in d. q. antepen. verſ. vi
di etiam alios. ibi. vbi dicit,quod quando iudex. Mier.in d. cap.
25.nu.19. ibi nisi delinquat tanquam priuatus. Ranchin.ad Gui-
don.Pap. q.73.faciunt not. per Dec.in cap.cum non ab homine
nu.10.ext.de iudic.Salic. in l. ſi quis in tantam.q. 15. & in l.1.q.
1.C. vnde.vi. hęc autẽ in ordinarijs iudicib. eccleſiaſticis et præ-
latis huius prouincię recepta ſunt:cœterum in iudicib. eccleſia-
ſticis delegatis, quos concordia non comprehendit, ad remediũ
firmę iuris in regia aud.officiales regij recurrunt vt compellãtur
26 huiusmodi delegati comparere in bancho regio,& ſi † cõſtiterit
delegatos procedere in ſuo caſu neceſſe habent officiales eorum
26 parere mandatis, & ſententijs.† Et ideo plerumq. faciunt publi
cam pœnitentiam in aliqua eccleſia , vt abſoluantur a cenſuris
prȩcedente ſatisfactione.cap. ex parte in Chriſto dilectę. in fine.
de ſententia excõmu.Panor.in cap.fin.de ſepultu.ext.facit,quod
not. Carolus carcaſſon. vbi ſup. cap.9. lib.2.verſ. ex quib. patet
quod priuilegium,de quo hic agitur. nam in ſummo Pontifice
& eius delegatis reuerenter omnia ſunt accipienda, & magna
illa priuilegiorum regis Franciæ ſeries ceſſare dicitur, et aliorũ
quorumcumq. principum ſecularium : cum ſummus † Ponti-
fex Rom. tribunal teneat Ieſu Chriſti.Carcaſſon. vbi ſupra in
fine et Papę auctoritas ſemper eſt excepta.Felin.in cap.conſtitu
tus.nu.9.18.de reſcript.ext.

Summaria



## *SVMMARIA.*

1 *Romanus pontifex pleniſsimam habet in beneficialibus poteſtatem; eaque poteſt creare, & creata extinguere, ſupprimere, reuocare.*

2 *Papa diſpenſat ſupra concilium generale, mutat ſubſtantialia actus, & alia ſimilia.*

3 *Laicis plura ſunt conceſſa ex indulgentia põtificis in eccleſijs.*

4 *Rex Aragonum, vt comes Barcinone, habet prabendam canonicalem in eccleſia Barcinonæ, et comes Impuriarum in eccleſia Gerundæ. quæ tranſit in eum abſq. collatione, et inſtitutione canonica, & de poſſeſsione adepta per regem Philip. 2. cum ſequen.*

5 *Laicus eſt rex, & ſecularis: et ideo eidem non confertur beneficium eccleſiaſticum. obtinet tamen prabendam.*

6 *Laicum ex priuilegio apoſtolico poſſe obtinere beneficium eccleſiaſticum.*

7 *Canoniæ ſpiritualis ſigna quæ ſint.*

8 *Poſſeſsionem immemorialem priuilegij ſuffi-*

*cit*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cit probare in his, quæ priuilegio concedi neceſſe eſt.

9 Præſcriptionẽ allegare in incapacibus, non eſt tutum: ſed priuilegium et probare poſſeſſionem.

10 Decimarum poſſeſſio qualiter fundetur.

11 Rex Franciæ in pluribus cathedralibus obtinet canonicatum.

12 Scientia & tollerantia temporis immemorialis operatur idem, quod priuilegium.

13 Beneficia eccleſiaſtica, quæ ſunt de regio patrimonio, plura prouidet rex in cathalonia, & comitatibus Roſsilionis et Ceritaniæ.

14 Beneficia regalia quædam ſunt patronata, quædam collatiua.

15 Praeſentandi ius in prælaturis tam maioribus, quam minoribus competit regi in Cathalonia, vſq. ad beneficia regalia ſimplicia.

16 Beneficia collatiua quæ dicantur, et qualiter conferantur.

17 Beneficia plura conferunt laici.

18 Beneficiorum regalium cauſa, ſuper dotibus et reditibus aliquando tractatur in conſiſtorio



ſiſtorio regio.

19 Sequeſtrorum nominatio in beneficijs regalib. et abbatijs vacantib. regi competit.

20 Patrono incumbit cuſtodire eccleſiam, et conſeruare dotes et reditus illius.

21 Poſſeſſione adquiruntur aliqua, quæ præſcriptione adquiri non poſſunt, et quæ ſit diuerſitatis ratio.

22 Præſcriptibile quid dicatur.

23 Beneficiorum regalium eccleſiaſticorum cognitio ſuper temporalitatibus, et cuſtodia iurium eorum, in pluribus principibus iura imperij habentibus, recepta eſt.

24 Cognitio cauſarum ſuper iuribus beneficiorũ regalium cui pertineat, remiſsiue.

25 Sequeſtratio quare ponatur in rebus eccleſiaſticis per regem.

26 Sequeſtrandi legitima debet eſſe cauſa.

27 Sequeſtri aſsignatio fit per dominum regem ex officio nobili.

28 Eccleſiarum reparatio pertinet ad regem in cathalonia. cum ſeq.

29 Redituum eccleſiaſticorum pars vna fabricae eccleſiæ

*ecclesiæ eſt deſtinata.*

30 *Rex non debet de facili compellere clericos vel prælatos, ſed intercedere cum ſuperiore, vt cogat clericos ad contributionem, vel reparationem.*

31 *Iudex ſeclaris poteſt ſuplere negligentiam prælati eccleſiaſtici.*

32 *Eccleſiaſticorum, et aliorum ordinum religioſorum reformatio pertinet ad regem, et ita de facto practicatnr in cathalonia.*

33 *Clerici contribuunt in reparatione publicorum operum.*

34 *Eccleſiaſticorum, et prælatorum abuſibus occurrit rex, tam circa imponendas penſiones, quam circa alia inſolita.*

35 *Penſiones in beneficijs ſine conſenſu regis patroni non imponuntur.*

36 *Penſio intollerabilis quæ dicatur.*

37 *Congruæ portionis defenſio ad patronū ſpectat.*

38 *Eccleſiaſticorum, et prælatorum abuſus circa illorum iuriſdictiones repellitur per regem, et qualiter procedatur. n ſeq.*

39 *Poteſtatis defectu non datur maior nullitas:*

*et*



*& poteſt de facto reſiſti.*

40 *Eccleſiaſtici etiam poſſunt recurrere ad regium conciliū contra iudices eccleſiaſticos incōpetentes. et quomodo procedatur.*

41 *Secularibus magiſtratibus incumbit, ne in defenſione iuriſdictionis ſint tardi formidine cēſurarum.*

42 *Veritas eſt omnino ſequenda: et in quolibet mandato ſuperioris veritas tacita pro expreſſa habetur.*

43 *Iniuſta iubenti non eſt obediendum.*

44 *Obediendum non eſt delegatis procedentibus in cauſis non ſuis.*

45 *Officialis ſecularis puniri poteſt per ſuperiorē, ſi nō ſe opponit abuſib. iudicū eccleſiaſticorū.*

46 *Iuriſdictiones eccleſiaſticas & ſeculares diſtinctas eſſe oportere.*

47 *Seculares magiſtratus expectare debēt remediū oportunum contra cenſuras eccleſiaſticas, & interim patienter ſuſtinere.*

48 *Eccleſiaſtici iudices, qui regiam vſurpant iuriſdictionem, in aliquibus prouincijs iuriſdictioni regiæ ſubijciuntur, & multantur.*

Q *Regis*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

49 *Regis officium eſt curare vt diuina honorifice et diligenter peragantur et augeatur cultus diuinus.*

50 *Electio et prouiſio prælatorum eſt prima regis cura, ne diuina minuantur officia.*

51 *Extraneorum electio in beneficijs eccleſiaſticis, plura adfert incommoda et quæ ſint.*

52 *Indigenæ Idonei, ſunt cæteris præferendi.*

53 *Extranei in cathalonia, non admittuntur per regem ad beneficia: et de quibus beneficijs intelligatur. cum. n. ſeq.*

54 *Cathalani originarij, qui dicantur; et de verbo nadiu, en cathalunya,*

55 *Equalitas legum et ſurorum eſt ſeruanda.*

56 *Extraneis ſuccurritur per literas naturalitatis, ad obtinenda beneficia in cathalonia.*

57 *Naturalitatis literæ concedi ſolent in curijs generalibus; et raro.*

58 *Extraneis obtinere beneficia in regno eſt in pluribus prouincijs prohibitum: et ex quibus in Cathalonia fundata ſit hæc prohibitio. cum numeris ſequentibus.*

59 *Poſſeſſio et vſus antiquiſſimus inducunt pri-*



*priuilegiorum apoſtolicorũ probationem.*

60 *Argumentum ab abſurdo et inconuenienti, fortiſſimum eſt.*

61 *Beneficiari ſeu promoueri debẽt idonei. vtileq. eſſet vt quiſque in patria ſua beneficiaretur.*

62 *Argumentum de officio, ad beneficium validum eſt in iure.*

## DE REGALIBVS DOMINI REGIS ratione beneficiorũ eccleſiaſticorum, & eccleſiarũ quæ ſunt in regno, et bonorum ac patrimonij earum.

## CAP. 13.

1 ROmanus † Pontifex habet pleniſsimam poteſtatem in beneficialib. cap. propoſuit de conceſsione præbendę. ex. Felin. in cap. quę in eccleſiarum. nu. 44. de conſtit. ex. poteſt beneficia eccleſiaſtica creare et creata extinguere & ſupprimere. cap. cum acceſsiſſent. cap. cum M. Ferrarienſis. de
2 conſtitut. ex. † diſpenſat ſupra concilium generale. Pan. in ca. tuę. de præbend. mutat ſubſtantialia actus. glo. 3. in fine. in cap. 1. de capellis Mona. in ſex. cõfert beneficia vacatura. c. nulla. de cõceſſ. præbend. regularia facit ſecularia et econtra. cap. cum ſingula. P. prohibemus de præben. in ſex. cap. regularia. ſeſſ. 14. c. 21. ſeſſ. 25. de regularibus in concil. Tridenti. diſponit in pluralitate, diuiſione. in capite maioribus. eod. retractat et annullat iam perfecta. gloſa. in factis, in Clementina prima de immu. eccleſ. ex. Dec. in capit. fin. nu. 7. 15. de conſtit. & nemo

 alius

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

alius de his poteſt ſtatuere, ſicut ipſe. poſſunt etiam inferiores
prelati diſponere de beneficijs in multis caſib. et ad eos pertinet
ordinaria diſpoſitio. in cap. cum vos. cap. quoniam in pleriſque.
cap. conquærente. ibi inſtitutionem et deſtitutionem. de offic.
ordin. ext. et principes ſeculares et laici quicumq. abſtinere de-
bent ab ijs, quę ad prouiſionem pertinēt eccleſiarum et benefi-
ciorum eccleſiaſticorum. cap. decernimus. de iudic. ext. Can. cũ
ad verum. *96*. diſtinct. et ad diſciplinam eccleſiaſticam. cap. no-
uit. de iudic. cap. ſolite. de maiorit. et obedientia. cap. maſſa-
3 na. de elect. ext. † Cæterum, plura per ſummos Pontifices ſunt
ex indulgentia conceſſa laicis in eiſdem eccleſijs et beneficijs.
not. in d. cap. decernimus. d. cap. maſſana. et in cap. quoniam
in quibuſdam. de iure patron. in cap. quanto. de iudic. ext. quę in
principibus in ſuis dominijs imperij iura obtinentibus hucvſq.
eccleſia catholica conſeruauit. c. ſicut legitima patronorum iura
& verſ. reliqui patronatus. ibi. exceptis patronatibus. ſeſsion. 25.
in decreto de reformat. in concil. Triden. de his igitur iurib. quę
regi Aragonum et comiti Barc. in beneficialib. competunt &
alijs acceſſorijs ad ea, & quæ nulli alij ſimiliter in regno cõpetũt
ac proinde iura alta & regalia cenſent, pauca dicam, ſic exorſi.
4 In primis dominus † rex Aragonum & comes Barc. & vt co
mes habet præbendam canonicalem in eccleſia Barc. recipit por
tiones canonicales ſuę præbendę debitas, aut pro domino rege is
cui poteſtas datur. comes Ampuriarũ, qui & magnus princeps
in hac prouincia ſemper habitus fuit, & aliquando faſces comi-
ti Barcinone noluit ſubmittere. Guillermus in vſat. antequam
vſatici. habet etiam prębendam canonicalem in eccleſia Gerun-
dæ. ſed et in alijs eccleſijs & domibus pijs comes Barcino. habet
præbendas, et ſolet de illis facere gratiam perſonis ſibi beneuiſis,
q̃ eas recipere cõſueuerũt, ſtatis anni tẽporib. ſed hi canonicatus
ratione regię dignitatis abſq. collatione aut inſtitutione canoni-
ca in comites præfatos trãſeunt, quia rex ipſe, licet videatur per-
ſonam gerere non mere laici, propter coronam regiam, vt
de rege Francorum, Hieruſalem, Sicilię & alijs ſcribit Monachus
in cap.



in cap. 2. de pręben. in ſex. Prob. ibi nu. 3. Corſe. de poteſtate re-
5 gia. q. 40. Carol. Carcaſſon. lib. 2. regalium. cap. 2. † tamen lai-
cus eſt et ſecularis, & ideo non poteſt eidem conferri beneficiũ
eccleſiaſticum cap. 2. de inſtit. ex. Dec. ibi. nu. 5. *6*. tamen præ-
bendã habere poteſt. glo. receperunt. verſ. vnde & laicus. in cap.
cum M. Ferrarienſis. de conſtit. ripa. ibid. n. 170. Pan. & Dec. in
in cap. maiorib. de præben. quamobrem canonia, in quantum
eſt ſpiritualis, non poteſt laico conferri, ſed inquantum eſt tem-
poralis, ſeu continet temporalitatem. Panor. in d. cap. 2. & Rip.
6 in d. nu. 170. & ſeq. † niſi quis dixerit quod etiam ego credo,
laicum, maxime principem iura imperij obtinentem ex priuile-
gio apoſtolico poſſe obtinere beneficium eccleſiaſticum & cano
niam etiam ſpiritualem. Ripa in cap. decernimus. de iudic. verſ.
decimo nono dubitatur. nam Papa poteſt laicum priuilegiare, vt
poſsit obtinere beneficia eccleſiaſtica. Panor. in cap. quanto. de
iudic. ex. verſ. nota ergo ibi. nam et ius conferendi conceditur
quandoq. principib. glo. laico. glo. pręter romanum. verſ. et eſt
argumentum. in canon. bene quidem *96*. diſtinct. not. in d. cap.
decernimus. hoc autem ita fuiſſe conſtitutum per ſummos Pon
tifices, tempore comitum Barc. qui fundarunt & dotarunt eccle
ſias Barcin. Gerunden. et alias huius prouincię eccleſias, veriſi-
mile facit immemorialis multarum ſeculorum traditio et re-
cepta et inuiolabiter obſeruata practica recipiendi dominum re-
gem in primo ingreſſu, ad oſculum pacis, quaſi in fratrem et cõ-
canonicum. & quia eccleſia Barcinon. eſt numerata, habet enim
XXXX. canonicos, & vnus de numero eſt dominus rex Arago-
num et Comes Barcinone. adſignatur eidem ſtallus ſiue exedra
in choro, ſeu in periſtillis, & datur locus in capitulo vt habeat in
negotijs ius ſuffragij cum alijs capitularibus. quod vidi hodie ob
ſeruari. 22. Maij. 1599. quo die Philippus 2. rex Aragonum &
Comes Barcinone poſt præſtitum iuſiurandum in aula regia, &
receptum a trib. ſtamentis ibi congregatis, iuxta cap. 2. nos. tit. 1.
de iureiurando. etc. lib. 4. in noua compilat. ingreſſus eſt ec-
cleſiam Barcino. et accepit poſſeſſ. ſui canonicatus. & fuerunt
in eo



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

in eo ſeruata ea,quę ſeruātur in quolibet alio, qui recipitur in ca
7 nonicum et in fratrem. † hęc autem ſigna ſunt, canoniæ ſpiri-
tualis.ca. dilectus filius.glo.clericus.c. dilecto filio.ibi eum cum
canonicis alijs,ad oſculū recepiſti.& glo.recepiſti de præbē.ex.c.
pro illorum.ibi de quadrageſimo canonicorum numero. eo. &
in d.cap. cum M. ferrarienſis ibi. xiiij. præbendarum numero
in ferrarienſi eccleſia inſtituto. & ibi.vltra numerū conſtitutum.
hæc autē habēti canoniā ſpiritualē& receptoincanonicū &in fra
trē & facienti numerū in eccleſia numerata iure cōpetunt.Prob.
ad monachum in cap. ſi eum, ſuper cuius.nu.12. de præben. in
ſex. ex dominico conſ.79. nu.3. & conſ. 84. nu. 6. Gregor. in
8 ſyntag. lib.15. cap. 23. nu.12.† itaq.ex priuilegio apoſtolico hoc
fuiſſe conſtitutum credibile eſt. ſufficit autem in his allegare pri
uilegiū et immemorialē poſſeſſ.probare, nec requiritur alia pri
uilegij probatio. Bart.in l. cum de inrem verſo.de vſur. D. not.
in l. ſi certis annis.C. de pact. nec eſt tutum allegare pręſcriptio
9 nem.†Quia præſcriptio,etiam immemorialis temporis non po-
teſt habilitare laicum ad poſſeſsionem rerum ſpiritualium, vt de
cimarum beneficiorum eccleſiaſticorum,iuris eligendi,iuris con
ferendi. cap. cauſam quæ.cap. accedentes.vbi Felin. col. 3. verſ.
fallit ſecundo.de præſcript.ex. not.in cap.ſacro ſancta.cap. maſ-
ſana. de elect. ex. cap. dilectus.in 3. de prębend.ex. ſuper glo. 1.
at priuilegiū Papę poteſt vt ſuperius eſt dictum. & ideo in his
debet quis allegare priuilegium apoſtolicum, et ad illud probā-
10 dum deducere poſſeſſ. temporis immemorialis. † ſic in deci-
mis, allegare oportet inueſtituram factam ab eccleſia, ante con-
cilium lateranenſe,quo tempore laicus poterat poſsidere deci-
mas. cap. cum apoſtolica. de his, quę fiunt a prælat.ſine conſen
ſu capit.ex. et ad illam probandam deducere poſſeſſ. temporis
immemorialis et famę,quod fuerit ante concilium lateran. infeu
datus.ſic concluditur in d.c.cauſamq.Rip.in d.c.decernimus.n.
11 75. † Idē priuilegiū obtinendi canonicatus in eccleſijs Cathedra
lib.habet rex Franciæ,qui in plurib. eccleſijs ſui regni obtinet ca
conicatum.Carol.de graſſalijs,qui hæc explicat & eccleſias deſig
nat


nat in d. lib.2.c. 2.melius explicat glo. regaliæ. verſ.& circa hoc
vltimum prouidit Gregor. x. etc.in P.item, quod dicta quinta
pars. tit.de annat.in pragmat.ſanct.adde quę late tractat ſelua de
benefic.parte.2.q.fin. prob. in c.2. nu.3.poſt monachum.de prę
ben.in ſex.d.glo. regalię. ibi.aut vt alii volunt.& ibi. & reges an
glię et vngariæ.poteſt etiam hoc ius competere regi Aragonum
et comiti Barc.ex compoſitione facta in fundatione conſtructio
ne et dotatione eccleſię,quæ compoſitio fuit approbata per Pa-
pam.probatur hęc approbatio ex poſſeſſ. tanti temporis & ſcien
tia & tollerātia Papæ et ſuorum legatorum, vt Ioannis Cardina
lis ſabinen.in anno. 1219. cuius extant multa decreta in eccleſia
Barci. in quib. dominus rex canonicus proponitur et primus in
12 nu.cōſtituto. xxxx. canonicorū,collocatur. † hęc ſciētia & tolle
rātia tantorū tēporū operatur idē,quod priuilegium. d.glo.rega
lię in fine. Auf. in cle.1 de offic.vicarij regula.2. Fall.25.per totū.
Deinde dominus † rex aragonū et comes Barc.habet proui-
13 ſionē multorum beneficiorum eccleſiaſticorū,quę ſunt de regio
patrimonio,tā in principatu cathaloniæ, quā in comitatib. Roſ-
ſilionis et Ceritanię:& tā ex fundatione,& dotatione regū præde
ceſſorum & comitū,Barc.quā ex ſucceſsione & incorporatione
comitatū,vicecomitatū & baroniarū huius prouincię, facta cum
regio patrimonio & regia corona. exempla ſunt notiſsima in co
mitatib. Vrgelli,Roſsilionis, Ceritanię.in baronijs de Montegri
no,de Moncada, et alijs pluribus caſtris et villis, quæ ſucceſſu
14 temporum peruenerunt ad regiam coronam. Horum.† benefi
ciorū,quę nuncupantur beneficia regalia,quędam ſunt patrona
ta,quędā collatiua.Ideſt,† quędā ſunt in quib.domin⁹ rex Ara-
15 gonum et comes Barc.habet ius pręſentandi.de quo extat decre
tū concilij Trident.ſup.citatum.& Gregor.lib. 17. c.6. nu. 40.
et cap. 12.nu.37.& ſeq. Carol.lib.2.cap.3.verſ.cuius iuris.Igne⁹,
vbi ſup.parte.2.nu.128. facit.Can.cum longe.63,diſtinc.Boſſ.de
principe.nu.224.ſiue ſint prælaturæ, & maiores eccleſię,vt me
tropolitana & Archiepiſ. Tarra. Cathedrales Epiſcopa.Barci.
Ilerden.Vrgell.Dertuſenſ. Vicenſ.Gerund.Helnē.Solſonenſ. &
 et abba-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

& abbatię, prioratus; ſiue minora beneficia, vſq. ad ſimplicia be-
neficia, quæ ſunt quam plurima, in regeſtris regij patrimonij co
mitatuum Roſsilionis & Ceritaniæ & baiulię generalis Catha-
16 lonię deſcripta: † quædam vero, quæ ad collationem quandam,
& nominationem ipſius regis & Comitis Barcinonæ pertinent,
& liberam prouiſionem ac diſpoſitionem; neq. vlla in illis requi-
ritur epiſcopi aut alterius ordinarij, in cuius diſtrictu ſunt funda
ta, inſtitutio, prouiſio, ſed ipſius regis nominatio & electio, vim
habet collationis. plura de hac nominatione Rebuf. in tract. no-
minati. quęſ. 1. in fine. & q. 2. & Gregorius lib. 17. cap. 12. num.
38. 39. In his vero beneficia etiam manualia continentur, quæ ſo-
la clauis eccleſię vel capellę traditione aut alterius ſigni, confe-
runtur, & repetitione eiuſdem ſigni reuocantur. glo. perpetuis.
in P. & idem ordo. de collat. in pragmat. ſanct. & beneficiati ab
illis remouentur. huc pertinent, quæ ſcribit Rebuf. in ordinatio.
Gallię. tit. de materijs poſſeſſor. in pręfation. num. 115. cum ſe-
quentib. & Carol. de Graſſalij. lib. 2. cap. 1. verſ. in ſuper. ibi re-
cipiebant enim. Gregor. lib. 15. cap. 36. & hęc habent vt pluri-
mum annexum officium. quod cernimus in capellis regijs. cap.
cum capella. de priuileg. ext. & facit cap. porro. cap. recepimus.
eo. legimus prouiſiones aliquas per regem factas de beneficijs
regalib. eccleſiaſticis; & literas prouiſionum & nominationum
regiarum expeditas, in fauorem nominatorum & beneficiato-
rum, directas epiſcopis & alijs prælatis, in quorum eccleſijs vel
diœceſib. huiuſmodi regalia beneficia erant fundata, vt eoſdem
pro beneficiatis reputarent & haberent. alijs literis directis redi-
tuarijs, præcipiebatur, vt de reditibus reſponderent eiſdem be-
neficiatis. & in his practici antiqui quib. eſt credendum. Bar. in
l. de quibus. nu. 21. de legib. D. affirmant in petitorio & poſſeſſ.
cognitionem in his beneficijs ad regem pertinere. ſic reſponde-
runt ſenatores regij cõmuni voto Imperatori Carolo quinto
exiſtenti in terris ſui Imperij, in anno 1551. orta in ſenatu con-
trouerſia ſuper commandis ſeu pręceptorijs Sancti Ioannis Ie-
roſolimit. & quod ad ea beneficia regia nuncupata, rex ſolet
conce-



concedere expectatiuas. Hoc ius ex priuilegio pontificio, quod
ex immemoriali poſſeſſ. & vſu probatur, competit Comiti Bar-
cinonæ vt ſuperius demonſtraui, & repeto glo. in verbo regalię
in P. item quod dicta quinta pars. de annat. in pragmat. ſanct.
Carol. de Graſſallijs lib. 2. regalium. cap. 1. verſ. quod quidem
ius, et verſ. vel ſecundum alios. notat in cap. generali. de elect.
in ſex. cap. dilectus in. 3. deprębendis. ex. Rebuf. in praxi be-
neficiorum. lib. 1. cap. 15. de collat. num. 9. interdum, inquit,
collatio beneficij eccleſiaſtici fit a laicis ex priuilegio. facit glo. 1.
ibi. tamen inuenitur. in can. imperium diſtinct. 10. et cap. cum
inter. de conſuetud. ex. Latius not. Gregorius in noſtris termi-
17 nis lib. 17. cap. 7. numer. 18. ibi † conferunt etiam laici bene-
ficia ex priuilegio: immo et mulier. & ſubijcit exempla in plu-
ribus principib. laicis vtriuſq. ſexus. ſed et abbatiſſæ conferunt
beneficia ſecularia in monaſterio Sancti Petri puellarum Bar-
cin. et aliæ abbatiſſę et prioriſſę in hac corona Aragonum. vnde
hęc priuilegia manarint, inſinuat idem Gregorius, vbi ſupra.
quod etiam regib. Aragonum et Comitib. Barcinonæ conue-
nit, qui regna ſua vindicarunt a Mauris et Sarracenis, et regno-
rum eccleſias fundarunt, conſtruxerunt, dotarunt: et decimas,
quas retinere poterant ex indultis apoſtolicis, eiſdem eccleſijs
conceſſerunt vt eſt omnibus notum. plura in confirmationem
huius regaliæ, ſcribit ſelua de beneficio parte. 2. quęſt. 23. verſ.
limita primo. et verſ. limita. 2. per plures column. Corſetus de
poteſtate regia. q. 11. quę omnia hic ſunt obſeruãda. his cõſequẽs
18 eſt † aliud ius regale regis Aragonũ et comitis Barc. quod ſæpius
vidi practicari, vt de reditib. et dotib. beneficiorum eccleſiaſtico-
rum regalium cognoſcatur in regio conſiſtorio, non in curia or-
dinariorũ eccleſiaſticorũ, etiam inter eccleſiaſticos facta iuris fir-
ma in regio tribunali per procuratorem regij patrimonij. quia
temporalitatum iſtis beneficijs cõpetẽtiũ defenſio ipſius regis eſt
not. in d. c. generali ibi. ſed in bono ſtatu conſeruent. Monach.
nu. 8. 9. qui hęc bene explicat Aufr. ſępe citatus. regu. 2. fall. 25.
19 Grego. lib. 17. cap. 8. et ita in hac prouincia obſeruatur. † hinc ſe-
queſtro-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

queſtrorum pro beneficijs regalibus etiam patronatis & Abba-
tijs vacantibus nominatio, deputatio ipſius regis eſt, & tem-
poralitatum defenſio, in regio tribunali tractatur. quia cu-
ſtodia eorum ad regem pertinet ex Apoſtolicis priuilegis, an-
tiquiſsimis, quę ex ſolo vſu & immemoriali poſſeſſ. omnibus
nota remanent probata. Probus ad monachum in capit. 2. num.
8. 9. de pręben. in ſex. et in dict. capit. generali. numer. 8. ibi.
20 dicas. † ad hoc, quod habeat aliquis in eccleſia iuſpatron. cu-
ſtodiam vel guardiam, etc. valet conſuetudo. etc. & numer. 9.
ibi. et iſti habent cuſtodiam bonorum. Idem monach. in dict.
capit. 2. de pręben. numer. 3. 4. 5. et ratione differentię inter
21 priuilegium et præſcriptionem, † & quamobrem iura ſpiri-
tualia, vt conferendi beneficia eccleſiaſtica, poſsidendi decimas
& ſimilia, ſunt quęſibilia per laicum priuilegio apoſtolico &
non pręſcriptione, ſcribit idem monach. dict. numer. 5. verſ.
ſed contra. & Probus. numer. 8. ibi ratio autem diuerſitatis. &
ideo cum pręſcriptio non ſufficiat, quę ſola etiam immemoria-
lis laicum non poteſt reddere capacem & habilem ad poſsi-
dendum iure ſuo ſpiritualia. capit. cauſam quę de pręſcript.
ex. capit. ſacroſanct. capit. maſſana. de electio. nec ſufficiet
etiam ſola tollerantia Papę. monachus in dict. numer. 5. ibi &
iura pręallegata loquuntur. conſuetudo ergo æquiparatur pri-
uilegio, data capacitate perſonę & habilitate; alioquin plus opera
retur priuilegiũ. glo. priuilegio. in P. ſtatuit. de cauſis. in pragma
tica Sanct. Aufrer. in Clemen. prima regula 2. fallen. 25.
22 verſic. ſed iſta æquiparatio. de offic. ordin. † Ex his poteſt de-
declarari l. cum de in rem verſo. de vſur. D. cum alijs ſimilibus.
vt illa regula procedat quando aliquid eſt poſſedibile per aliquẽ
ſecundum ius, vel pręter ius, vel contra ius, tamen cadit in
eum. at ius conferendi non cadit in laicum et ideo pręſcriptione
quęri non poteſt, quia nec poſsideri. capit. ſine poſſeſsione.
de regu. iuris in ſex. et ſi dicatur, eſt poſſedibile ex conceſ-
ſione papę, ergo pręſcriptibile. reſpondetur, eſſe poſſedibi-
le ex conceſsione papę pręcedente, poſſeſsionem, ſed non eſt
poſſe-



poſſedibile vt ex ſola poſſeſsione quęratur ius ipſi poſſeſſori
in futurum. latius probus. ibidem nu. 9. verſ. ergo pręſcriptione.
ex Felin. & alijs. quæ in hac materia ſunt valde obſeruanda. Sa-
ne ſola tollerantia Papę in regib. et principib. quandoq. pluri-
mum in his reb. operatur. prob. in d. cap. 2. nu. 10. quod nota-
bis ad cap. ſicut legitima. verſ. et exceptis alijs. ſeſſ. 25. de re-
form. in concil. Trident. quem locum ornabis rationib. traditis
per Carol. Carcaſſo. lib. 2. cap. 3. verſ. cuius iuris et regalis pręro-
23 gatiuę. † ad ius regale redeundo, quod conſiſtit in cognitione
ſuper temporalitatib. beneficiorum regalium eccleſiaſticorum,
et cuſtodia iurium eorũ, et in defenſione, ac in deputatione ſe-
queſtrorum ſuo caſu, quod ſup. in comite Barcinonę obſerua-
tum eſt, idem in plurib. alijs principib. iura imperij in ſuis do-
minijs obtinentib. receptum eſt. Prob. poſt monach. in d. cap. 2.
et d. cap. generali. Gregorius in d. cap. 7. num. 19. et ſeq. qui
citat alios. et num. 22. meminit horum iurium regaliumquę cõ-
petunt regi Aragonum ex conceſsione Vrbani 2. et cap. 8. ex
Ruſeo. ſed quod de vſu immemoriali et conſuetudine ſcribit. n.
24. id ego ſecundum ſuperius dicta recipio, ſi pręcendatur priui
legium apoſtolicum, et ad illud probandum ſola immemorialis
poſſeſsio allegetur. quod declarat Aufrer. vbi ſup. limit. 25. in 2.
regula. Carol. dict. lib. 2. cap. 1. verſ. in ſuper non eſt omitten-
dum. vbi refert contentionem Bonificij 8. ſummi Pontificis, cũ
Philippo Francorum Rege, ſuper hac pręrogatiua regia quę
in collatione beneficiorum conſiſtit, et pro regalia regia citat
plures doctores in verſicul. vel ſecundum alios et capit. 3. ver-
ſicul. cuius iuris et regalię. et ibi. quæ maxime procedunt.
24 † Sed et de cognitione et examine cauſarum, quæ ſuper iu-
ribus, et reditibus horum beneficiorum regalium ſuſcitan-
tur, et apud quæ tribunalia agitentur, idem Gregorius ſcri-
bit capit. 8. Aufrer. in clement. 1. de offic. ordin. regul. 2.
limitatio. 25. verſicul. reſpectu vero collationis beneficio-
25 rum. † extat in noſtris conſtitutionibus et alia prærogatiua
Regia circa ſequæſtros. de qua titulo de ſequæſtres y am-
paras

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

amparas.cap. 3. 5.6. lib.4. conſtitut. Ponuntur autem vt benefi-
ciorum reditus conſeruentur, eccleſiæ iura defendantur, ędifi-
ficia fulciantur & reparentur, & fructus beneficiorum colligan-
tur & cuſtodiantur futuro ſucceſſori, debitis onerib. inde ſup-
portatis, & vt occuratur dilapidationi fructunm & ruinis ædi-
ficiorum, vſurpationibus iurium & redituum. not. in d. cap. ge
nerali. quo pertinet tex. in cap. 2. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct.
ex. Grego. lib. 23. cap.3. nu. 21. & plurib. ſeq. et cap.4. num. vlt.
26 ſubeſſe †autem debet legitima cauſa harum ſequeſtrationũ. quia
non temere neq. ex leui cauſ. ad ſequeſtrationem perueniri de-
bet. Gregor. d. cap.3. nu.23.24. finis enim ſequeſtrationis regiæ,
qua ſuperioribus annis rex Philippus memorię recolẽdæ vſus eſt
in vacatione abbatiarũ ordinis S. Auguſtini et S. Benedicti in hac
prouincia, fuit cuſtodia & iuriũ conſeruatio, ædificiorũ reparatio;
vitę monachalis et diſciplinę regularis reformatio, vt experimẽ-
to compertum eſt. quo pertinet communis ſequeſtrationis cau
ſa et ratio. Gregor. d. nu.23. in d. cap.3. et eodem pertinet de-
ciſio. d. cap. generali. et cap. 2. de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum
27 ex. † fit autem hæc ſequeſtri regij adſignatio per dominum re-
gem ex officio nobili, pro vtilitate, vt dictum eſt, eccleſiarum
vacantium. Panor. in d. cap. 2, col.3. venio ad ſecundum. Ex his
deſcendit et aliud ius regale domini regis et comitis Barc. in ec-
28 cleſijs, beneficijs et bonis eccleſiaſticis. † quiã reparatio eccleſia-
rum ſui regni, ad eum pertinet, vt per eos, quibus hæc res curæ
eſſe debet, cum diligentia expediatur. & nulli magis reparatio-
nis eccleſiarum et templorum cura conuenit, quam regi Arago-
num & comiti Barcinonę chriſtianiſsimo et eccleſię catholicæ
romanę, quæ aliarum eccleſiarum mater eſt et magiſtra. cap. an-
tiqua. de priuileg. ex. deuotiſsimo et obedientiſsimo. quinimo
poteſt ex regia prerogatiua, clericos et alias eccleſiaſticas perſo-
29 nas † reditus eccleſiaſticos percipientes, quorum pars fabricæ
eccleſiarum eſt deſtinata. in Can. quatuor. 12. q. 2. certo modo
compellere citra perſonarum ipſarum diſtrictionem. et ita acci-
pio ſcripta Aufrerij vbi ſup. regula. 2. fellentia. 26. cuius dicta
apud



apud nos temperari ſolent, & modeſte cum eccleſiaſticis per-
ſonis hęc, quę ad compulſionem illis faciendam pro reparatio-
ne eccleſiarum pertinent, tractantur. reparatio tamen fit & per
regium conſilium aut per perſonas ſpecialiter per regem deſig-
natas prouiſio expeditur, eccleſijs vacantibus & fructibus ſub ſe-
30 queſtro poſitis. † Nam ſi eccleſiæ ſuos habent prælatos, interceſ-
ſio magis fit ex parte regia cum ſuperiore, quam compulſio. &
hic eſt vnus ex caſib. in quib. iudex ſecularis habet poteſtatem
in clericos, ſeu in bona ipſorum. Laurentius pręſidens Toloſan.
in tract. contin. caſus, in quib. iudex ſecularis poteſt manus ſine
metu excom. in perſonas clericorũ imponere. n. 13. ibi ſextus ca
ſus. & ibi. et poteſt. eſſe huius ratio, quia quando aliqua. facit tex.
in Can. filijs vel nepotib. 16. q. 7. ibi. aut honeſta conuentio-
ne conpeſcant; aut Epiſcopo vel iudici corrigenda denuncient. &
31 ibi. regis hæc aurib. intimare non differant. & glo. regis. † decla
rat negligentiam Epiſcopi vel alterius prælati eccleſiaſtici ſup-
pleri poſſe per iudicem ſecularem, per iura, quæ ibi citantur. &
declarat Couar. in pract. cap.35. nu.3. verſ. ſecundo probatur.
& canoniſtę in cap. ex tranſmiſſa. de foro compet. Laurentius
vbi ſup. & Carol. lib. 2. cap.6. Accedit huc tex. in Can. boni
principis eſt. 96. diſtinct. Can. ſicut excellentiam. 23. q.4. bo-
ni principis eſt eccleſias contritas atq conſciſas reſtaurare. & hęc
cura reparationis eccleſiarum putatur eſſe mixti fori. arg. l. hæ-
reditas. de petit. hæred. D. l. ſi in aliquam. P. ædes ſacras. de
offic. proconſ. et leg. D. cap.1. ne ſede vacante. ext. ibi. rex quoq.
32 cum regni magnatib. depoſceret illud idem. † vnde colligitur,
quod circa eccleſiarum ſtatutum & reformationem rex cum
magnatib. regni multum poteſt. quod in reformatione fratrum
Franciſcanorum clauſtralium, mercenariorum, & aliorum ordi-
num, ac etiam monachorum nigrorum & diui Auguſtini vi-
dimus his proximis annis in hac prouincia. & refert Carolus va
rias ordinationes regum Francię in hac materia in d. cap.6. Boe.
de ſtatu & vita Eremitarum. nu.9. in fine. ibi. & ego a domino
rege. affirmat ſibi comiſsionem factam a rege Francię pro re-
formandis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

formandis quibuſdam monaſterijs .refert plura in hac materia.
Carol. de graſſalijs. lib. 2.cap. 7.in fine.in hac prouincia ſolici-
tudo ſumma regis eſt, auctoritas ſummi Pontificis, vt in pluri-
33 bus reformationib. vidimus. † ad rem hanc facit quod in repa-
ratione non ſolum eccleſiarum,ſed etiam plurium aliorum pu-
blicorum operum contribuunt clerici. Iaſ. late hæc tractans in
l. placet. C. de ſacro S. eccleſ. Carol. in d. cap. 6.verſ. cogi etiã
poſſunt clerici.et not. in cap. non minus. cap. aduerſus.de im-
munit. ecclęſ.ex. cap. 1.cap. clericis. in ſex. eo. extat de hac re
apud nos concordia inter regem Alfonſ.4. et ſtamentum eccle-
ſiaſticum in cap. 1. cum alijs.in eod. tit. de Sacroſ.eccleſ.lib.1. in
2. vol. conſtitut.& cum certum ſit ius patronatus domini regis
in huiuſmodi eccleſijs etiam cathedralibus ex ſupradictis & diſ-
poſitione concilij Tridentini,nullius poteſt magis intereſſe con-
ſeruationẽ eccleſiarum,reparationem, defenſionem, & bonũ ea-
rum & iurium illarum,ſtatum adiuuari quã ipſius regis. quia
de honore regis agitur,de vtilitate,& de onere illi incũbente.Ni-
colaus de iure patro.lib.2.q.1. & alijs ſeq. & q.6.verſ.tertio con-
ſequitur.quib.addi debẽt quæ ſcribit Rochus de curte.de iure pa
tron.ſuper definitione in verbo.oneroſum.n.1.2.Melius Hieron.
Gigas.de penſion.q.6.& q.23. in.1. parte.cui adhęreo in iſtis pa
tronatib.regijs, & beneficijs de patrimonio vel patronatu regio.
Aliud ius regale competit regi circa prædicta, in quo cura re
gis maxime ſpectatur.† nã ex ſua pręrogatiua rex occurrit abu-
34 ſib. prælatorũ & onerib.ſi q̃ ab eis imponantur, inſolita. Rebuf.
in tract.de appellat.ab abuſu.in 1.gloſ. quia rex nõ patietur dig
nitates eccleſiaſticas & beneficia ſui regni onerari penſionib.aut
alijs onerib. extraordinarijs,etiam in fauorem aliarum eccleſia-
35 rum vel perſonarum eccleſiaſticarum. † Lędunt enim minuũ
tur& grauantur,iura eccleſiarũ& beneficiorũ,quorumcũq.cum
onera & pẽſiones ſuper illis imponuntur, q̃ propterea ſine regis
patroni conſenſu nõ imponuntur.can.illud.vbi. glo. 1.x.q.3. ne
earum prælati intollerabilia ſuſtineant onera.Rebuf. de reſerua.
nu.14.& ſequen.in praxi benefic.Coua.in pract.cap.36. nu. 10.
verſ.



36 verſ.ſecundo eſt obſeruandũ.& verſ.quinto illud eſt.† Congruæ
in ſuper portionis defenſio ad patronũ pertinet.Rebuf. de con-
grua portione.q.5.& q.2.4. Carol. Carcaſſo.lib.2.cap.7. verſic.
37 hinc eſt.huc pertinent † quæ de congruitate penſionis ſcripſit
poſt alios Felin.in cap.ad audientiam ij.de reſcript.ex.Nicolaus
vbi ſup. lib.1. nu.61.cum plurib.ſeq. vſq. ad nu.94. & quæ di-
catur intollerabilis penſio. ibid.nu.71. Gigas. q.35.37. Prob. in
cap.pręſenti.nu.2.& ſequentib. de offi.legat.in ſex. qui citat gl.
in pragm. ſanct.tit.de elect.verb. cauſa.tit.de reſeruat.verb. ex-
38 ceptis.& tit.de collatio.verb. romanus Pontifex.† In alio quoq.
abuſus pręlatorum ſpectatur& per regẽ repellitur,quando pre-
lati notorie abutuntur ſua iuriſdictione,mittentes falcẽ, in meſ-
ſem alienã,& cognoſcere volentes de cauſis ad iuriſd. ſecularem
39 pertinentib.quia † non poteſt eſſe maior abuſus,vel nullitas,quã
defectus poteſtatis. Panor.in c.cum olim.coll.fin. ibi.item admi
ttet exceptio nullitatis.de cauſa poſſeſſ. & propriet.ex.etſi cõtra
talia procedimenta, quę de facto ſunt, priuatis reſiſtere licet l.
prohibitum.vbi.Io. de Platea.verſ.tertio, nota hic. de iure fiſci.
lib.10.C.multo magis licebit magiſtratibus regiam iuriſdict. de-
fendentib.ordine iudiciario procedentib.l. non eſt ſingulis per-
mittendũ,de regulis iur.D. & contra iſtos pręlatos ſiue ordina-
rios,ſiue delegatos,magiſtratus ſeculares procedere ſolent ex of-
ficio,ad ſolius fiſci ſuggeſtionem,inhibendo cum pœnis ſtillatis
ipſis iudicib.eccleſiaſticis,ne in cauſa procedant, & parti præci-
piendo, ne cauſam proſequatur coram iudice eccleſiaſtico, ſub
pœna in literis cõtenta.quandoq.ad partis inſtantiam,quæ in re-
gio tribunali ius firmabit. Rebuf.de appellat. tanquam ab abu-
ſu interpoſitis.gloſ.1.num.6.& ſequent. & de hoc iure alto dixi
ſuperius, plura, quibus ſunt hæc paucula adiungenda. Benig-
nius ſane apud nos cum iſtis iudicibus maxime delegatis,(quia
cum ordinarijs prælatis præſcripta eſt forma, & inita concor-
dia, quæ obſeruatur.)agitur in caſibus contentionis, quam apud
Gallos, vt ſuperius abunde demonſtraui, huc pertinent quæ
ſcribit Carol. Carcaſſonen. lib. 2. cap. 7.Igneus. in l. neceſſa-
rios.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

40 rios. P. non alias. parte. 2. nu. 128. ad ſillanian. D. † hoc reme-
dium etiam clericis contra iudices eccleſiaſticos incompetentes
pleriq. competere affirmant, vt ad regium concilium et parla-
mentum recurrere poſsint. Rebuf. vbi ſup. nu. 5. 6. et rurſ. in alia
glo. 1. nu 4. ſed extraiudicialiter procedendo fortaſsis hoc admit
tetur, non ſi in figura iudicii. Rebuf. d. nu. 4. 5. & ſuperius tetigi.
41 hinc ſane † magiſtratus ſeculares ſummũ imperium in prouin
cia habentes monere licet, ne in defenſione iuriſdictionis regię
ſint tardi aut negligentes vel formidine cenſurarum eccleſiaſti-
carum deficientes in officio ſuo, ſicut de miſeris pręlatis ſcribit
Accurſ. in l. puniri. C. ſi contra ius vel vtilitatem pub. impera-
tor Conſtantinus puniri iubet iudices qui vetuerunt pręcum ar-
42 gui falſitatem. † et Alex. Papa. 3. patienter ſe ſuſtinere aſſerit, ſi
iudex delegatus, cui apoſtolica ſcripta diriguntur, non fecerit,
quod praua inſinuatione fuerat Romano Pontifici ſuggeſtum.
in cap. ſi quando. vbi Felin nu. 2. de reſcript. ext. non ergo ti-
meant, ait Acurs. miſeri prælati ſi veritatem ſequantur, cum per
hoc placeant deo et papę. l. fin. C. de appellat. ibi. ſed ad verita
tis indaginem ferre ſententiam, ne tanti iudices quaſi vinculis
prępediti non poſsint legum veritati et iudiciali vigori per om-
nia ſatisfacere. vt enim in ſermone, ait ille, quędam excipiun-
tur aliâs; l. ſi cui. de ſeruit. tit. gener. D. ſic. et in mandatis ſupe
riorum & quorumcumq. iudicum, veritas tacita pro expreſſa
habetur, vt ſecundum eam procedatur. l. 2. C. ſi contra ius vel
vtilit. pub. ibi. et ſecundum hoc de cauſa conuenit ferre ſenten-
tiam. idem accurſ. in glo. nuntians. in P. deinde. in nouella de
43 mandat. princip. ſi ergo † principi ſeculari, aut eccleſiaſtico in
iuſta iubenti non eſt obediendum, l. ſi vindicari. C. de pœn.
cap. cum teneamur. vbi Pan. not. 1. et Dec. nu. 3. de prębend. in
cap. paſtoralis. P. quia vero. vbi glo. & ſi citat. de offi. deleg. ext.
Innoc. in cap. inquiſitionis. in fine. de ſententia excomm. ex. qui
hoc affirmat in Papa. Marant. diſput. 1. nu. 19. et ſequentibus.
44 † multo magis poterit quis non obedire iudicib eccleſiaſticis de
legatis, procedentib. in cauſis non ſuis, & conſequenter abuten-




tibus ſua iuriſd. & non vtentib. ea. Innoc. in d. cap. inquiſitionis.
in fine. Puteus de Sindic. verbo. oficiales qui eliguntur. verſic.
officialis non debet. Rebuf. in ordinat. tit. de reſcript. art. 8. glo.
1. quinimo ſi inde ſcandala ſequantur, ſi iuriſdictio regis lędatur,
45 ſi quę mala in prouincia contingant † ob negligentiam magi-
ſtratuum ſecularium nolentium opponere ſe ſe vel ex officio, vel
ad partis inſtantiam procedimentis pręlatorum & iudicum ec-
cleſiaſticorum factis in caſib. ad iuriſdict. ſecularem pertinenti-
bus, poſſunt per ſuperiorem puniri, ſicuti è contra pręmio affici,
ſi certi de veritate facti & de abuſu iudicum eccleſiaſticorum:
in qua re animaduertere debebunt diligenter, ne affectione aut
odio decipiantur, viriliter reſtiterint, contra huiusmodi pro-
cedimenta, ſeruata ſemper reuerentia iudicibus eccleſiaſticis
debita & cum modeſtia ſermonis & lenitate oppoſitionis; vt ſit
defenſio tantum regiæ iuriſdictionis, non violatio eccleſiaſticę
poteſtatis; ſit propulſatio, non iniurię illatio; ſit propugnatio, nõ
vindicta; ſit denique oppoſitio contra abuſum, non abuſus. me-
lius eſt autem ſuſtinere rigorem cenſurarum eccleſiaſticarum,
cum rubore & humilitate, quam permittere, vt ſcandala in pro-
46 uincia ſequantur, pax & quies ſubditorum turbetur, & † iuriſ-
dictiones eccleſiaſtica & ſecularis confundantur, quas diſtin-
ctas eſſe oportere decreta ſanctorum patrum teſtantur. in no-
uella. quomodo oporteat Epiſcopos & clericos. etc. in princi-
pio. in cap. nouit. de iudic. extra. can. cum ad verum. 96. di-
ſtinct. Laurentius vbi ſup. numer. 1. plenius Aufrer. vbi ſup.
47 in præfat. & † ſperare debent magiſtratus ſeculares, qui pro
defenſione iuriſd. regiæ cenſuras eccleſiaſticas patienter ſuſti-
nebunt, remedium opportunum à Summo Pontifice de abu-
ſibus & exceſsibus certiorato. Couar. late in pract. cap. 35. nu-
mer. 3. & a rege, pro quo contendunt & diſpendia varia pa-
tiuntur, bonam gratiam & retributionem. vtrumque vero de
exceſsibus & abuſu quam cito certiorem fieri oportet. Couar.
vbi ſupra. & Rebuffus in dict. articu. 8. glo. vnica. quia ad
eos tantum ſpectat hęc vindicare & punire. Rebuffus &

48 Couarruuias ibidem. † Sane in aliquibus prouincijs iudices ec-
cleſiaſtici, qui regiam iuriſd. vſurpant & de cauſis ad ſuum fo-
rum non pertinentibus cognoſcunt, iuriſdictioni regiæ ſubijci-
untur, et multas ſuſtinent, quas ſeculares iudices pro defenſio
ne iuriſdict. ſuæ imponere ſolent. in lege prima ſi quis iuſdicen-
ti non obtemperauerit. D. Aufrer. vbi ſupra regula prima nu.
23. ſed hæc qua ratione apud nos tractentur, iudicum eccle-
ſiaſticorum contumacia creſcente & pertinacia durante, ſupe-
rius tradidimus.

Aliud quoquę ius regale competit regi Aragonum & comi-
ti Barcinonę circa beneficia eccleſiaſtica, eccleſias & pręlaturas
49 ſui regni. Nam, cum defenſio harum omnium rerum † ad re-
gem præcipue ſpectet, & is debeat inuigilare vt in ſuo regno
diuina honorifice & diligenter peragantur, & vt augeatur po-
tius, quam minuatur cultus diuinus. gloſa. cultus. in procœ-
mio pragmat. ſanctio. quam firmat l. denuntiamus. Cod. de
his, qui ad eccleſ. confugiunt. ibi. in quibus cum pace &
quiete vota competit celebrari. & in nouella, quomodo opor
teat Epiſcop. & cæteros clericos ad ordinationes perduci & de
expen. eccleſiarum. ibi. nos igitur maximam habemus ſoli-
citudinem circa vera dei dogmata, & circa ſacerdotum hone
ſtatem, quam illis obtinentibus credimus. quia per eam ma
xima nobis dona dabuntur à Deo, & ea, quę ſunt firma ha-
bebimus. etc. idem Iuſtini. in nou. de eccleſiaſticis titulis &
priuilegijs alijſq. capitibus in princip. et de non alienandis
50 aut permutandis rebus eccleſiaſt. † prima vero cura & præ-
cipua vt cultus diuinus non dimittatur nec minuatur, conſiſtit
in electionibus et prouiſionibus prælatorum, & miniſtrorum
ipſarum eccleſiarum, per quos ſacra fiunt, & diuina mini-
ſtrantur. capit. decernimus de Iudic. extra. capite. ſtatuimus.
de maiori. et obedienti. extra. Rubri. ne prelati vices ſuas
vel eccleſias ſub annuo cenſu conced. extra. Can. tabernacu-
lum. & verſicul. qualiter autem. ibi multo magis nos, qui-
bus veritas patefacta, et gratia per Ieſum Chriſtum data





eſt. de conſecrat. diſtin. prima & Cano. nemo eccleſiam. ea.
diſtinct. ſelua de benefic. parte prima queſt. 5 requiſito pri-
51 mo. 6. 7. † quia vero ſi alienigenę & exteri pręficiantur in ec-
cleſijs & eiſdem de pręlaturis & alijs beneficijs, prouideatur,
quod Innocen. 3 faciendum ſcripſit in capit. ad decorem de
inſtitut. ext. Panor. in capit. penulti. de præben ex. magna ta
men et multa incommoda conſequuntur. Nam frequenter
beneficia conferuntur non cognitis neque probatis. capit. bo-
nę. 2. P. quia vero. de poſtulat. prælat. ex. gloſa. nec cognitis.
P. cui rei. de collat. in pragmatica ſanct. facultates & pecuniæ
regnorum & prouinciarum mirum in modū exhauriuntur, da-
tur occaſio vagandi. capit. 1. de conſuetud. ex. capit. ex tuæ.
vbi innoc. de cleric. non reſidentibus. ex. gloſa. materia. in P.
iuuenibus. de collat. in pragatica ſanct. plebei, quibus ipſi prę
ſunt, linguam prælati plerumque non intelligunt. capit. quo-
niam in pleriſque de offic. ordin. ex. capit. cum olim. de cle-
ric. coniuga. ex. et animarum cura neglecta, velut mercena-
rij temporalia Lucra quęrunt. gloſa. quærunt. in procœmi.
prag. ſubtrahitur hoſpitalitas, quæ expectat ad officium pietatis
& ad eam beneficiat. tenentur ex debito neceſsitatis. Can.
florentinum. 85. diſtinct. Cano. quieſcamus. 42. diſtinct. glo.
hoſpitalitas. in dict. procœmio. depereunt iura & reditus ec-
cleſiarum negligentia obtinentium beneficia, qui vt plurimum
omnia eccleſiarum iura ignorant. gloſa. depereunt. vbi. ſu-
pra ruunt ædificia. in extrauag. execrabilis. Ioann. 22. de
præben. P. vnde inter cætera. & ibi. ruinis patent ædificia
nobilia, quę magnificentia extruxerat deceſſorum. populi
deuotio attenuatur. gloſa attenuatur. vbi ſupra. & quod ma-
gis eſt dolendum clerici indigenę & prouinciales ſcientijs
& virtutibus effulgentes, qui ad chriſtianæ plebis ædificatio-
tionem ſalutarem vacare poſſent, & qui pro regijs & eccleſiarū
ipſius regni publicis conſilijs forent opportuni, humanarum &
diuinarum ſcientiarū ſtudia deſerunt propter promotionis con



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

52 gruæ ſpem eis ablatam, qui erant ſi † ſint idonei cæteris præfe-
rendi. can. nullus inuitis. 61. diſtinct. l. in eccleſijs de epiſcop. &
cleric. C. & in can. hortamur. 71. diſtinct. gloſ. exterorum.
in dict. prohem. glo. conſilijs. & glo. ſpem. vbi ſup. † propte-
53 rea Rex Aragonię & Comes Barcinon. iam ab antiquis tem-
poribus conſueuit alienigenas, ad eccleſias & beneficia non ad-
mittere, niſi ſint naturalitatis iura conſecuti. Alfon. 4. in curia
Sancti Cucuphat. cap. 1. quod poſtea extenſum eſt ad commen
das & præceptorias & alia beneficia. extant conſtitut. in tit. que
los eſtrangers no puguen obtenir beneficis, ni officis eccleſia-
ſtichs en Cathalunya lib. 1. conſtitut. Quæ conſtitutio compre-
54 hendit omnes extraneos, qui non ſunt † Cathalani vere & ori-
ginarij, ſecundum diſpoſitionem noſtrarum conſtitutionum. d.
cap. 1. ibi. que algu, que no ſia nadiu de noſtres regnes e ter-
res. hoc autem verbum, nadiu, declaratur in capite. Per pro-
ueir. 30. in curia Barcin. Reginæ Mariæ ibi. declarat e ampliat.
& in curia Barcin. 2. Ferdinandi 2. cap. 19. quæ iura ſunt in tit.
que tots los officials de Cathaluya, e en Mallorques, ſien Ca-
thalans. Mier. collat. 10. cap. 11. ſub rub. quod in cauſis Ca-
thalanorum ſcriptores ſint Cathalani. idem Mier. in capit. vl-
terius confirmát. in curia Ceruar. Pet. 3. collat. 6. ſed non ex-
cludit dominus Rex ab eccleſiaſticis beneficijs huius patriæ,
eos, qui ſunt nati in regnis, in quibus recipiuntur indiginæ
& prouinciales noſtri. cap. 66. per quant per conſtitutions. in
curia 2. Barcinon. Ferdinan. 2. ſub titul. que tots los officials
en Cathalunya. etc. & in cap. 24. per quant en Arago, Va-
lencia, y Caſtella in 1. curia Montiſon. Philippi Principis &
Locumtenentis Caroli Quinti. & hoc habet ſummá ratio-
55 nem, † vt æqualitas legum & furorum ſeruetur. rub. D. quod
quiſq. iuris. etc. & in cap. cum omnes de conſtit. vbi. Felinus.
num. 3. 4. & per dictam rationem dict. cap. per quant en Ara-
go. ſunt reſtricta admodum verba illa (en alguna part dels
dits noſtres regnes e terres) poſita in conſtitutione Alfonſi
56 quarti. † huic prohibitioni per Principem, & curiam factæ
quo



quo potuit modo, & ſalua obedientia romanę eccleſię & illius
paſtoris vniuerſalis, ſuccuritur per literas naturalitatis, quas ex-
teri impetrant; vt earum auctoritate naturales reputentur, & pro
natis in prouincia habeantur. Rebuf. de literis naturalitatis. glo.
2. nu. 2. 3. 4. idem in tract. de pacificis poſſeſſor. in 4. limitat.
nu. 217. Benedictus in cap. rainuntius. verb. vxorem nomine
57 Adelaſiam. nu. 1044. ex. de teſtam. † hę literę ſolent apud nos
concedi in curijs generalib. & conceduntur perraro. ſed & dig-
nitates aliquę maiores huius prouincię exceptę ſunt in conſtitu
58 tione. cap. 9. 10. in d. tit. que los ſtranges etc. † hanc exterorũ
ab obtinendis beneficijs in hac patria contradictionem, plura
quoq. alia regna ſequuntur atq. tuentur. Francia. Benedict. in
d. nu. 1044. Hiſpania. Couar. in pract. cap. 35. nu. 5. Carol. de
graſſal. lib. 2. cap. 8. verſ. ad prędicta facit regula cancellarię. Bri
tannia, Hungaria, et alię quoq. reſpublicę, Gregorius in ſintag.
lib. 17. cap. 6. nu. 41. 42. Selua de beneficio. parte 3. q. 26. et par
te 2. q. fin. Ioannes Feraldus de priuileg, & iurib. regni Franco
rum in nouo iure alto. Carol. vbi ſup. Huius ſiue prohibitionis
ſiue contradictionis ratio in Francia et Hiſpania fundata eſt in
priuilegijs ſummorum Pontificum, qui hanc gratiam regibus
Franciæ et Hiſpaniæ fecerunt ob inſignes eorum victorias, quas
contra inimicos eccleſię catholicę romanæ cõſequuti ſunt. prop
ter innumeras eccleſias maiores & minores, quas in ſuis regnis
conſtruxerunt & ędificarunt; propter grandes & ampliſsimas do
tes, quibus eccleſias ſuorum regnorum dotarunt & ſingularia
priuilegia, donaria, munera, quę eccleſsijs conceſſerunt & do-
narunt. Couar. Feraldus. Carolus de graſſalijs, Selua & alij vbi
ſup. & de cathalonia ſatis poteſt dici conſtare: quoniam omnia
priuilegia, quę ob inſignẽ deuotionem in fidem catholicam &
eccleſiam romanam conſecutus eſt a ſummis Pontificibus Ca-
rolus Magnus rex Francię & imperator romanus, comiti Bar-
cinonæ ſuo fideliſsimo ſocio, & tunc vaſallo communicauit. quã
obrem Feraldus vbi ſupra in verſ. & ſi aliquis velit dicere, fate-
tur regem Hiſpanię hæc priuilegia habere ex dicta communica
 tione

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tione. poſtea tempore regum Aragonię & comitum Barcinonę plura alia priuilegia romani Pontifices Vrbanus 2. ſixtus, et alij qui in ea etaate in ſede beati Petri ſederunt & eccleſiam catholicam gubernarunt, regibus Aragonum conceſſerunt. Benedictus vbi ſup. numer. 1045. Altera vero ratio, quæ hanc prohibitionẽ ſuſtinet, quam reges Hiſpanię & Aragonię tantopere de
59 fendunt, fundatur † in poſſeſsione & vſu antiquiſsimo, cuius ſola probatio priuilegiorum apoſtolicorum allegatorum probationem inducit, vt ſuperius fuit demonſtratum. Couar. in d. cap. 35. numer, 4. 5. nam conſtat Carolum ſeptimum regem Frācię feciſſe conſtitutionem in anno. 1431. vt refert Benedictus vbi ſup. Alfonſ. 4. conſtitutionem fecit in curijs generalibus cathalanorum, celebratis in monaſterio S. Cucuphatis Vallen. in anno. 1418. et Io. primus in anno. 1392. cum regia pragmat. prohibuerat omnibus officialibus regijs coronæ Aragonum directa. reges caſtellę plures pragmaticas fecerunt, poſt ordinationes illius regni, quas refert Couar. ibid. nu. 5. alij principes et reges in ſuis domnijs, iura imperij obtinentes ſimiles cōſtitutiones fecerunt, vt ex locis ſuperiꝰ citatis colligitur. ex quibus efficitur hanc contradictionem exteris & alienigenis factam pretendentibus obtinere beneficia in extraneis regnis fuiſſe & eſſe immemorialem & ab antiquiſsimis temporibus, ad hæc vſquæ. tempora obſeruatam, romano Pontifice ſciente & non reprobante. & conſequenter ſanctam & iuſtam eſſe & per principes chriſtianos poſſe iure defendi & obſeruari. quo pertinet l. in eccleſijs. C. de Epiſcop. & clerici. Tertia ratio ſumitur ab abſurdo & inconuenienti, quod non vnum tantum ſed plura ſequi videmus ex receptione alienigenarum, ad obtinenda benficia in regno. & inconuenientia atq. incommoda plura ſuperius non vno in loco retulimꝰ, et poſſunt maiora conſiderari in eiſdem locis, quas ci
60 tauimus. † hoc autem argumentum fortiſsimum eſt in iure noſtro. Euerard. in loco topico 8. ab abſurdo. Prob. in capit. quia ſæpe. numer. 3. de prębend. in ſex. et in capit. in fidei numer. 5. de hęretic. eod. Idem Prob. in capit. generali. numer. 18. de elect.





elect. eo. libr. vbi plura citat in ſimilibus caſibus. & numer. 19. 20. quę hanc contradictionem mirabiliter confirmant, & demonſtrant æquiſsimam eſſe conſtitutionem Alfonſi. 4. & antiquiſsimam huius prouinciæ obſeruationem, in non admittendo ad beneficia eccleſiaſtica exteros & alienigenas.
61 † Quarta ratio ſumitur ex auctoritate multorum decretorum & ſacrorum canonum, quibus cautum eſt indigenas promouendos eſſe ad eccleſias & beneficia eccleſiaſtica, ſi ſint idonei ætate, moribus. & ſcientia. Couar. in d. capit. 35. numer. 5. verſ. ſed & iuri, quo vtimur. Benedictus in dict. numer. 1045. & ſeq. glo. exterorum in prooemio pragma. ſanct. notat Panor. in cap. ad decorẽ de inſtitut. ex. optimum inquit, eſſet valde vtile & fructuoſum, vt quiſquę in patria ſua beneficiaretur, vt ſic vnus non occuparet beneficia vel ſtipendia alterius, nec daretur materia de pauperandi beneficia: & quia inducuntur facilius ad reſidendum tales indigenæ, quam extranei. hęc Panor. vir apud me magnę auctoritatis. plura adducit glo. exterorum. quę non refero. benefaciunt. quę notat ſelua de benefic. parte. 2. q. vlt. numer. 57. 62. & ſeq. et parte. 3. q. 26. numer. 2. 3. 4. in quibus locis traduntur notabiles rationes in confirmationem prędictę conſtitutionis. quibus adde Rochum & Lambertinū citatos per Couarruuias vbi ſuperius. qui etiam ſcribunt multa in fauorem prouincialium & originariorum. addenda his quoq. tradita per Benedictum in dict. verbo. & vxorem. numer. 1050. & pluribus ſeq. quę faciunt etiam ad declarationem illius verbi. (officis) poſiti in rub. quę los ſtrangeis no puguen tenir officis
62 ni benificis etc. pręmiſſo † argumento valido de beneficio ad officium. Bart. in l. ſecunda P. data numer. 8. de opt. leg. D. Rebuf. in ordinat. gallię. tit. ne benefic. cadau. cuſtod. arti, 1. glo. 1. ſed hęc ſufficiant.

## SVMMARIA.

1 *Iudicialis cognitio verſatur partim in ciuili-*

bus, partim in criminalib. & in cauſis mixtam naturam habentibus.

2 Pacis & treugæ cauſa dicitur mixta.

3 Exempti eccleſiaſtici qui non habent iudicẽ competentem in prouincia in cauſis ciuilib. non ſpiritualibus, ſubſunt nedum regi, verum & vicarijs regis et n. 9.

4 Eccleſiaſticis libertatibus præferuntur conſtitunes pacis et treugæ & vſatici Barcinone, & in quibus.

5 Immunitas eccleſiaſtica conſiſtit tam in perſonis, quam bonis eccleſiarum.

6 Regalia iura, quæ rex exercet in eccleſiaſticos, non violant libertatem nec immunitatem eccleſiæ et non poſſunt a regis corona ſeparari. cum ſeq.

7 Hoſtem & Caualcatã ſequi debent homines de baronijs. quamquam in baronem tranſtulerit rex hoſtes et caualcatas.

8 Regalia iura non transferuntur per verba generalia.

9 Cauſas exemptorum dirimi per vicarios qualiter practicetur, et intelligatur.

Iudex



10 Iudex ſecularis in pluribus caſibus abſq. metu cenſurarum cognoſcit de cauſis clericorum, remiſsiue. et ſunt hi de iure communi, non tamen conſiſtunt in regalibus principis Cathaloniæ.

11 Cauſa ſpiritualis inter clericos dirimitur per iudicem eccleſiaſticum. fallit ſi parantur arma contra poſſeſſorem: quia de his ſe intromittit iudex ſecularis.

12 Iudex ſecularis, vt tollatur via facti, ſe intromittit de omnibus cauſis, et ceſſant iuris regulæ in contrarium.

13 Lex ciuilis ferri poteſt ad iuuandam legem canonicam.

14 Cadauera beneficiatorum non debere cuſtodiri: remiſsiue.

15 Cenſualium cauſæ, tam in penſionibus, quam in proprietate, tractantur in iudicio ſeculari contra eccleſiaſticos: cum eccleſiarum et dignitatum bona ſunt obnoxia et hipothecata curiæ ſeculari.

16 Cenſualium incarricationes per prælatos poſſe fieri ſuper bonis eccleſiarum cum pontificis

ficis auctoritate.

17 Romanus pontifex poteſt nedum temporalia eccleſiæ alienare verum et ſacra prophanare.

18 Iudici ſeculari poſſunt per papam ſubijci bona eccleſiarum, maxime temporalia.

19 Eccleſiaſticus vendens cenſuale ſuper bonis eccleſiæ, an ea ſubmittat districtui ſecularis iudicis?

20 Cauſa patrimonialis inter fiſcum et clericum, tractatur in regia audientia.

21 Sub pace et treuga ſunt conſtituti omnes in Cathalonia. et vnde iſta pacis ſecuritas habuerit originem. vbi multa notanda.

22 Pacem et treugam firmarunt prælati et eccleſiaſtici in cathalonia et ſubſunt conſtitutionibus pacis et treugæ.

23 In pacis et treugae proceſſu, hodie non interueniunt Epiſcopi.

24 Pacis et treugæ proceſſus, coram ſolo vicario et ſubvicario expeditur.

25 Epiſcopi et prælati faciunt ſuos proceſſus iure communi, et non in vim conſtitutionum,



num, pacium et treugarum.

26 Clericus, ſi vult poteſt coram iudice ſeculari iniuriantes perſequi, vel coram Epiſcopo.

27 Clericus agere debet contra iniuriantes, cum certa moderatione.

28 Clericus violator pacis et treugæ, poteſt querelari coram vicario regio, et qualiter procedatur in ſimili caſu, tam in monitione, comparitione, forideclinatione, publicatione contumacia: et de remiſſione Epiſcopo facienda, quam in reliquis.

29 Firma iuris in proceſſu pacis et treugæ fit hodie ſeruata forma conſtitutionis Ferdinandi. 2. cap 41.

30 Clericus ſimpliciter tonſuratus in querela pacis et treugæ, remanet ſub iurisdictione iudicis ſecularis, quo ad emendam. et ibi de emenda. cum numeris ſequentibus.

Firma et contumaciæ purgatio eſt omnino facienda in proceſſu pacis et treugæ, per clericum coniugatum cum vnica et virgine.

Pacis

*32 Pacis et treugæ querela ciuile iudicium eſt.*

*33 Clerici coniugati poſſunt capi et detineri per iudicem ſecularem in proceſſu pacis et treugæ.*

*34 Exempti comparere debent in proceſſu pacis et treugæ coram vicario.*

*35 Querela contra clericos nihil criminalitatis obtinere debet: et in his cautum oportet eſſe aduocatum.*

*36 Iudex ſecularis contra exemptos et clericos coniugatos, etiam in proceſſu pacis et treugæ, nõ procedit criminaliter.*

37 Clericus cõiugatus, vt gaudeat priuilegio, quæ ſeruare habeat, remiſsiue.

38 Clerici cõiugati leuius, quam alij amittũt priuilegium, et horũ habitus ſeu veſtes nõ ſunt a iure determinatæ.

*39 Presbiter et Clerici licet teneantur ſeruare pacem et treugam domini, non per hoc efficiuntur omnino de foro iudicis ſecularis.*

*40 Iudex ſecularis quid facere debeat ſi in proceſſu pacis et treugæ inuenerit presbyteros, ſeu clericos culpabiles.*

41 Criminalis proceſſus contra clericos quomodo excedit

excedit



*excedit limites proceſſus pacis & treugæ.*

*42 Eccleſiaſtici in proceſſu ſoni emiſsi et illius proſecutione exceſſus cõmittentes capiũtur per officiales regios.*

43 Clerici capti in crimine ſeu maleficio per iudicem laicum, per quod tempus poſsint per eundem detineri, exacta depoſitione.

*44 Soni emiſsi regalia eſt potentiſsima.*

*45 Eccleſias & domos illarum intrant officiales regij in proceſſu ſoni emiſsi, et extrahunt malefactores impune.*

*46 Soni emiſsi declaratio ſeu proceſſus, quibus caſibus poſsit initiari & continuari.*

47 Cognitio delicti per clericum coniugatum commiſsi an pertineat ad regem?

*48 Extracto ab eccleſia remanet ſemper ſalua immunitas eccleſiaſtica, et declaranda ſecundum canonicas ſanctiones.*

49 Contentione firmata inter curiam eccleſiaſticam & ſecularem ſuper immunitate per delinquentem allegata, et in eius fauorem declarata, eſt relaxandus captus, nec amplius quæritur de delicto.

delin-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

50 *Delinquens, gaudens immunitate ſi eſt extractus ab eccleſia cum ſono emiſſo, poteſt pro damnis retineri.*

51 *Sonus emiſſus differt a ſacramentali origine, forma, ſolemnitate et effectu et quomodo?*

52 *Sonus emiſſus fuit iure diuino figuratus, et formatus iure humano poſitiuo, tam communi quam huius patriæ.*

53 *Soni ſacramentalis origo vnde ſumatur? & qua occaſione.*

54 *Sacramentale fuit firmatum per Epiſcopum Barcinonæ et alios eccleſiaſticos, cum ſaluitate, quod non intendebant firmare ad vindictam ſanguinis. et ibi aliqua de iſto proceſſu.*

55 *Sacramentalis forma quæ ſit et in quo differat a ſoni emiſſi forma: et qua de cauſa declaretur.*

56 *Sonus emiſſus requirit ſumariã informationẽ, vbi aliqua notanda circa declarationem.*

57 *Soni emiſſi proceſſus ſolum tendit ad capturam.*

58 *Soni emiſſi proceſſus eſt limitatus ad caſus conſtitutione comprehenſos: ſacramentalis vero, ha-*

ro, ha-



*ro, habet locum in alijs et quare?*

59 *Præſidis officio congruit rempublicam malefactoribus purgare.*

60 *Soni emiſſi proceſſus fit per vicarium, baiulũ, regem ſeu eius Locumtenentem: et aliquando per barones, intra ſuum diſtrictum.*

61 *Sacramentalis proceſſus fit per certas perſonas, quæ officiales regij proprie, non dicuntur.*

62 *Capturandi poteſtas datur de iure, aliquando non magiſtratibus.*

63 *Regaliæ proceſſus procedit contra perſonas eccleſiaſticas; et quomodo procedatur in regalijs.*

64 *Regalia formata et euocata per ſolam appoſitionem manus principis, habet officialis in mandatis facultatem quoſcumq. culpabiles capiendi.*

65 *Clerici et reliqui reperti culpabiles in proceſſu regaliæ, poſſunt capi per regium officialem cum aſſiſtencia eccleſiaſtici vel commiſſione: et qualiter in his procedatur, et quæ ſint obſeruanda. cum nu. ſequen.*

66 *Capi poteſt clericus in crimine fraganti, per officialem regium. et ſi iniurietur eidem officiali:*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ciali, et duci ad iudicem eccleſiaſticum. nec modica detentio 24. horarum eſt contra libertatem eccleſiæ. n. ſeq.

67 Officialis excedens in clericos, punitur per ſuũ ſuperiorem.

68 Depoſitio clerici detenti pro regalia, quomodo & quando ſit exigenda.

69 Clericus exhibens clericale priuilegium an et quomodo ſit per iudicem ſecularem relaxan dus, et ad quem pertineat cognitio huiuſmo di priuilegij. et ibi remiſſiue de pragmaticis contra clericos et de reb. illis prohibitis.

70 Clerici coniugati capti per iudicem ſecularem quare tradantur iudici eccleſiaſtico.

71 Clerici coniugati in ciuilibus tractantur vt laici: nec ſunt comprehenſi in concordia.

72 Clerici culpabiles in regalia vſatici ſimili modo. capi poſſunt.

73 Emparamentum idem eſt, quod ſecuritas data a principe ſeu guidaticum. eſt que vulgare verbum: et de ſignificatione ipſius.

74 Eccleſiaſtici in emparamento, ſaluaguardia, giudatico et pace data a principe, ſubſunt ipſi



ipſi principi.

75 Fides eſt ſeruanda hoſti illam ſeruanti, quæ in principe debet elucere.

76 Eccleſiaſtici in reſpicientibus publicum & politicũ ſtatũ, non habent aliũ ſuperiorẽ præter principẽ, cui ſubſunt in regalijs obſeruãdis.

77 Guidatus clericus a rege an poſſit ab Epiſcopo capi et detineri.

78 Guidatica regia ab eccleſia ſeruanda.

79 Vſaticorum regalias ſeruant clerici. quia gaudent, ad ſuum commodum illorũ ſecuritate.

80 Eccleſia tenetur ſeruare conſuetudinem regionis, in qua ſita eſt.

81 Clerici ſimplices et coniugati, ciuiliter et criminaliter poſſunt diſtringi, ad ſeruandam ſecuritatem datam per principem.

82 Clerici ſimplices ſe immiſcentes delictis enormibus, amittunt clericale beneficium.

83 Clerici quicumq. in cathalonia et omnes eccleſiaſtici admittuntur, allegantes fori exceptionem. et ſecularis iudex tenetur firmare ſuper ea re contentionem. qua firmata eſt ſuperſedendum in executione ſententie.

S preſbi-

84 Præſbiteri & ceteri in ordinibus conſtituti, ca-
pi poßunt pro regalia vſatici ſimili modo.

85 Iudex laicus nō poteſt criminaliter punire nec
diſtringere præſbiteros, licet gallia contrari-
um ſeruet.

86 Contentione firmata in qualibet parte iudicij,
eſt ſuperſedendum in cauſa.

87 Diſtrictus præſbiterorum, clericorum & alio-
rum, quoad perſonam, eſt ipſorū Epiſcoporū.

88 Contentione pendēte de clericali priuilegio, cap
tus eſt ſeruādus in cuſtodia iudicis ſecularis, et
idē ecōuerſo ſi eſt in poſſe iudicis eccleſiaſtici.

89 Bona clericorum poſſunt diſtringi in vim pro-
ceſſus regaliæ vſa. ſimili modo.

90 In proceſsibus regaliæ contra eccleſiaſticos, ne
dum per occupationem temporalitatum ve-
rum et per alia iuris remedia proceditur.

91 Iudicium quo agitur ad emendam eſt mere ciui
le: & ſi agatur condictione vſatici ſimili mo-
do. ad emendam contra clericum coniugatū,
totus proceſſus pertinet ad regem.

92 Clericus coniugatus in iudicio condictionis fur
tiuæ tenetur reſpondere coram iudice ſecu-
lari.



lari. et quid in alijs caſibus. n. ſeq.

93 Priuilegium conceſſum profeſsioni vel officio,
tādiu durat, quantum profeſsio vel officium.

94 Iudex ſecularis in vim proceſſus regaliarum, ſi
procedat contra clericum ad pœnam corpo-
ralem vel pecuniarum fiſco aplicandū: tunc
non diſtringit rex clericum nec religioſum.

95 Regalia vſatici auct. et rogatu. y. comprehen-
dit clericos. in qua ſit proceſſus ciuilis & cri-
minalis, et qualiter in vtroq. procedatur.

96 Regē via facti & per acuydamētū legim⁹ ali-
quando proceſsiſſe contra clericos non tamen
iudicialiter. (malefactor.

97 Remedia plura cōpetūt, regi, contra clericos

98 Acuydamenti poena, quid operetur.

99 In regalia formata in vim vſatici. camini. pro
ceditur, contra clericos.

100 Oppreſsionis regalia, etiam comprehendit eccle
ſiaſticos culpabiles.

101 Plura ſunt negotia quam vocabula.

102 Opprimi quis poteſt iudicialiter et extraiudi-
cialiter et. vtroq. caſu datur recurs⁹ ad principē.

103 Superioribus iniuſte procedentibus non eſt reſi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

*ſtendum: ſed datur recurſus ad principem.*

104 *Opprimi quando dicatur reptatus a reptatore et acuydatus ab acuydante.*

105 *Procedendi formula in oppreſſione per dominum facta vaſallo, remiſſiue.*

106 *Recurritur ad principem, nedum ob oppreſſionem, verum propter impotentiam, aut negligentiam ordinariorũ. et eſt magna regalia principis.*

107 *Regaliæ non continentur ſub conſtitutionibus.*

108 *Cauſam afflictionis et oppreſſionis ſufficit exprimi, licet ea non probetur.*

109 *Raptores rerum eccleſiae dicuntur ſacrilegi, et de iſtis cognoſcit judex eccleſiaſticus.*

110 *Cauſa, oppreſſionis pretextu euocata, qualiter tractetur et in quo differat a cauſa paupertatis, et an in vtraq. qualitas ſit probãda?*

111 *Cauſas pauperum et oppreſſorum, non patitur rex ad eccleſiaſticum judicem trahi.*

112 *Oppreſſionũ cauſæ quæ ſint remiſſiue et n. ſequẽ.*

113 *Oppreſſũ iniuſte tenetur releuare rex ex debito regalis officij quia ad hoc ſunt reges miſſi et cõſtituti.*

*recurſus*



114 *Recurſus non poteſt a rege ſeparari; licet in aliquibus caſibus a ſe hanc poteſtatem abdicauerit. & an poſſit ex priuilegio, et an tali caſu per abuſum ſeu ſcandalum poſſit recurri?*

115 *Recurſus habet locum tam in ciuilibus quam criminalibus, et in quacumq. parte prouinciæ euocatur cauſa recurſus.*

116 *Recurſus quid ſit.*

117 *Opprimentes reprimere debet rex: & poteſt multum in cauſis oppreſſionum et afflictionum.*

118 *Recurſus tam in terris baronum, quam regis, eſt remedium extraordinarium; quod poteſt allegare alius pro alio ſine mandato, poſtea grauato ratum habente habet effectum.*

119 *Imperium merum licet baronibus ſit conceſſũ, ſub tali conceſſione non veniunt regaliæ, et per euocationem ex cauſa alicuius qualitatis recuperat in tali cauſa rex imperium, et illius exercitium.*

120 *Proceſſus regaliarum poteſt fieri per regios officiales in terris baronum, etiam eccleſiaſticorum.*

121 *Euocata oppreſſionis cauſa, an barones ſint ci-*

 *tandi*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tandi. et an habeat de compoſitione partem remiſsiue.

122 Recurſus datur ad proximum ſuperiorem in aliquibus.

123 Eccleſiaſtici inſtante fiſco ſuper rebus & iuribus patrimonialibus, conueniuntur coram rege ſeu baiulo generali: et quæ ſint res patrimoniales.

124 Baiulus generalis et non theſaurarius habet curam dominicaturarum et iurium regiorum.

125 Patrimonium duplex habet rex: vnum fiſcale, alterum ceſaris, et quid contineant ambo, et per quos gubernatur vnumquodq;

126 Fiſcus vtitur iure priuati, niſi in caſibus priuilegiatis.

127 Intellectus ad conſtitutionem Pet. 2. in curia Barcinonæ, c. 8.

128 Clericorum diſtrictus in vniuerſum et generaliter, pertinet ad epiſcopos etiam ex diſpoſitione vſaticorum Barcinone.

129 Clericos coniugatos qui tabulam aſsecurarunt punit princeps.

130 Clericos non admitti ad officia publica, et qualiter



liter contra eos procedatur ratione adminiſtrationis publicorum officiorum; et de cautione.

131 Clericos notarios, recipientes acta publica cõtra formam conſtitutionis, punit rex.

132 Punit etiam clericos venientes contra deueta et prohibitiones, et per quos fiat diſtrictio. cũ ſequen.

133 Clerici comprahenduntur ſub deuetis et prohibitionib. maxime negociatores.

134 Licentiam extrahendi ſolus princeps concedit.

135 Prohibitiones ſic ſunt faciendæ, ne ſint contra liberum commercium.

136 Caſus priuilegiati, quibus rex cognoſcit de clericis, plures ſunt remiſsiue.

137 Clericale priuilegiũ licet ſit de iure diuino poteſt papa in certis caſibus tollere et limitare.

138 Papa quandoq. ipſo iure exuit clericos clericali priuilegio.

139 Armorum prohibita delatione per principem, eſt eius cõtra clericos cognitio et de quibus armis prohibitio intelligatur.

140 Clerici iniuriantes ſeculares Iudices, et turbantes



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

*turbantes eorum iuriſdictiouem, poſſunt per iudicem ſecularem detineri, et per quod ſpatium.*

141 *Idem in clerico violante ſaluaguardiam regiā. et eſt magna regalia.*

142 *Saluaguardia appellatur velum regium. & ſolus princeps illam concedit, et a quo, et per quem debeat impetrari.*

143 *Manutenentias ſi non ſeruant eccleſiaſtici, proceditur contra eos per regē. quæ, et per principē, qui cōceſſit, reuocari debēt cauſa cognita.*

144 *Iudex ſecularis procedit contra clericos et religioſos, ſi arma parantur vel ſeditiones.*

145 *Iudicem ſecularem poſſe punire clericos, qualiter ſit in hac prouincia accipiendū? et an ſit cōmunicatum inferioribus ſecularib. in fine.*

146 *Periculoſa eſt contra clericos in gallia procedendi forma.*

147 *Guidati clerici per regem, ſi capiuntur per iudices eccleſiaſticos, manu regia a carceribus extrahuntur.*

148 *Remiſſiones & abolitiones, quas facit rex proficiunt clericis & in quibus cauſis ſit hoc intelli-*



*telligendum, et an remiſſio impediat poſtea eccleſiaſticum.*

149 *Diſtrictio perſonæ aut pœnæ in clericis pertinet ad judicem eccleſiaſticum.*

150 *Iudicium vnum non impedit aliud.*

151 *Imperator Carolus, vt omnis ſcrupulus procecedendi con. clericos tolleretur, obtinuit breue apoſtolicum ſeu commiſſionē directā Epiſ. Gerūdenſi, nomine dignitatis, qui cognoſcit de criminibus præſbiterorum atrocibus, ſuis tamen caſibus procedit iudex ſecularis.*

## DE IVRISDICTIONE, QVAM HABET REX Aragonum et comes Barcinonæ ex regia prærogatiua, in cauſis eccleſiaſticis contra ipſos clericos in ciuilibus et criminalib. et ſub qua moderatione, ſecūdū iura noſtræ prouinciæ.

## CAP. 14.

POST hæc iura alta et regalia domini regis, quę multa et magna ſunt, dicamus pauca de iuriſdict. quam rex exercet et ipſius officiales in perſonis clericorum et bonis eorum: nam et hæc ad ſuprēmā pertinēt principis prærogatiuam et prēeminentiam; et ſub qua forma et moderatione hæc iuriſdictio exerceatur, explicemus. in primis nouiſſe oportet, quod

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

1 quod omnibus ſatis cognitum eſſe ſcio, † cognitionem iudicia-
lem verſari, partim in cauſis ciuilibus, partim in criminalib.rub.
ex. de iudic.ubi omnes notant Maranta. de ordine iudic.diſtin.
iudic.1.Iulius clar. in praxi.q. 1.ſub his continentur cauſę mix-
tam naturam habentes, vt in regula generali traditur, quod ſub
ſimplicibus continetur caſus mixtus. in P. omniũ.de actio. inſt.
2 in l. 2. de verbor.obligat.D.ſunt † autem in hac prouincia quę-
dam cauſæ huiuſmodi mixtę, vt quęrela pacis & treugę, vt ſuo
loco demonſtraui, & ſcribit Calic.de pace & treuga.q. 9. verſic.
quid nos dicemus. et praxis hoc docet.in cauſis igitur ciuilibus.
3 † contra clericos, etiam religioſos inſtitutis, dominus rex con-
ſueuit cognoſcere, vbi clerici ſunt exempti nec habent in pro-
uincia iudicem competentem. et hoc iure non tantum rex ſeu
eius locumtenens ac regia aud. vti conſueuerunt, ſed etiam vica
rij regis, in ſuis vicarijs. quia hęc prerogatiua fuit communica-
ta vicarijs. Mier.col.2.in curia Barc.Petri.2.ca.11.ibi nota, quod
dominus rex & eius vicarij, cognoſcere conſueuerunt de longiſsi
mo vſu de cauſis religioſorum exemptorum, non ſpiritualibus
nec criminalibus ſed tantum ciuilib. ex contractu vel quaſi. ex
4 quo idem Mier. ſubijcit hęc verba. † (Videtur ergo hic. quod
conſtitutiones pacis et treugę, & vſaticus Barc.præferantur liber
tatib. eccleſiaſticis, quod videmus ſeruari in regalijs ſoni emiſsi,
& de ſimili modo & alijs) idem affirmat. Mier. coll.3. in curia
Montiſon. Alfon.3. cap. 31. item ordinamus & ſtatuimus. verſ.
& quod in hac conſtitutione dicitur. idem in curia ilerd. Iacobi.
5 2. cap. 19. item prelati.collat. 4. & licet † immunitas et libertas
eccleſiaſtica conſiſtat tam in perſonis, eccleſiaſticis, quam in bo-
nis earum ac ipſarum eccleſiarum. in nouella, caſſa & irrita. de
ſacro S. eccleſ. C. in cap. nouerit.vbi. glo.2.de ſentent.excom.
ex.Felin. in c. eccleſia ſanctę Marię.nu.7.8.9. de conſtitut. ex.
Mier. in d. cap. item prelati. Panor.in d. capit.eccleſia S.Marię
col.pen. de conſtit.qui ponit regulam generalem in competen-
6 tia fori, vt qui ſit iudex perſonarũ, ſit quoq.bonorũ. † tamẽ hęc
iura ſuprema et alta regia, quę reges et principes exercent in
certis.



certis caſib. contra clericos, non infringunt neq. violant liberta-
tes eccleſiaſticas, aut iura eccleſiarum. quia vſus horum iu-
rium fit ſine iniuria perſonarum eccleſiaſticarum aut eccleſia-
rum & pro conſeruanda quiete & pace ſubditorum et totius re-
gni vtilitate; et conſequenter hęc, quæ pro ſua ſuprema iuriſ-
dict. & regalia principes faciunt exigentibus caſibus contra
clericos & perſonas eccleſiaſticas, concernunt bonum publicum
& vniuerſalẽ prouincię vtilitatem. quę iura alta & regalia non
poſſunt a regia corona ſeparari, quando pręſertim bona ſunt de
realenco, vel poſsidentur per laicum. Dec.in cap.eccleſia.S.Ma-
rię.numer. 46.50.Mier. coll. 11.in curia. Barc. Alfon. 4.cap.4.
confirmants. in verſic. et nota, quod omnes etiam de baronijs
7 ſic ſcribit.nota, quod † omnes etiam de baronijs tenentur ve-
nire ad hoſtes domini regis, quantumcumquę dominus rex
vendiderit, aut alias tranſtulerit hoſtes & Caualcatas in baro-
nem. quia talia ſunt de regalijs, quę ſeparari non poſſunt
8 à corona; nec † tranſeunt per verba generalia, quia concer-
nunt publicam vtilitatem. & idem dicas de alijs pręcipuis re-
galijs coronę affixis, vt de vſati. quoniam per iniquum. ſi-
mili modo. Camini. Moneta. auctoritate & rogatu. & de
cauſis miſerabilium & oppreſſorum, & huiuſmodi. & citat
Innocenc. Ioan. And. & alios, Idem in dict capit. 31. item
ordinamus. verſic. et quod in hac conſtitutione dicitur,
quod non fiat violentia in pręđictis. fallit in caſu ſoni emiſ-
ſi, vbi denegaretur ſcrutinium. quia ſemper intelligitur ex-
cepta regalia ſoni emiſsi, etcætera. faciunt notata per Ca-
lic. in Margarita. dubio tercio.verſic. 52. Hanc quoquę ſen-
tentiam firmauit Calic. in dict. Margarita dubio 6.verſ. 152.
9 ibi. & poſſet hodie iſtud procedere, quia dominus † rex per
ſe & ſuos vicarios cognoſcit ex longiſsimo vſu de cauſis mona-
chorũ et exẽptorũ.et interpretatũ eſt, de cauſis exẽptorum non
eccleſiaſticis nec criminalibus ſed tantum ciuilib. ex contractu
vel quaſi: hæc ille. duos caſus, qui olim contigerunt, refert Mi-
chael Ferrerius in obſeruantijs, parte 1.cap.63.& c.71.qui multũ
confir-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

confirmant hanc prerogatiuã.alter caſus accidit in an.1495. die
martij 26. alter in anno 1498.die 26. Iunij. ſunt autem caſus in-
ter perſonas eccleſiaſticas inuicem contendentes valde notabiles
& inſignes. ſed idem Ferrerius in addit. ad d.cap. 63.dicit fuiſſe
in regia aud. de hac re dubitatum in anno 1582. propter decre-
ta concilij Tridentini. can. ſi quem clericorum. ſeſſ. 22. & can.
in exemptorum cauſis.ſeſſ.7. & in bulla cœnæ domini.rub.con
tra los officiales y perlados , qui euocan cauſas .itaq. hodie hæc
regalia regia parum practicatur. ſed ſi caſus occurreret inter re-
ligioſos contendentes de re prophana , & non declinantes forũ,
vt in 1. caſu dicti Ferrerij contigit: vel cum aliquis conuenitur in
iudicio rei vindicationis,& non opponit exceptionem, exiſtima
rem licite poſſe in cauſa procedi.faciunt quę late ſcribit de exem
ptis Calic. de pace. & treuga.dub.7. verſ. vlterius etiam quęſi-
uit.& dub. 24. verſ. ſed quęro an ſint tria tempora in hac mate-
ria pac. & treug. quoad religioſos exemptos. & verſ. nec obſtat
dicta concordia. Tutius tamen creditũm eſt in cauſa abbatis Aru
larum ſiue de arles contra monachos ipſius conuentus; & in cau
ſa conuentus de Mercede villę Apiarię, contra Abbatiſſam de
Petris albis, me referente, ſuperſedere in cognitione cauſę. Sa-
10 ne † plures ſunt caſus in quibus iudex ſecularis abſq. metu cen-
ſurarum poteſt cognoſcere de cauſis clericorum, vt ſuperius re-
tulimus, ſi clerici ſint vaſalli, ſi emphytheotæ, ſi poſſeſſores bono
rum ſub certa ſeruitute, onere, penſitatione. Aufrer. vbi ſup.reg.
2. Maranta de ordine iudic.diſtinct.11.nu.34.late in tractatu Ber
nardi Laurentij præſidentis Toloſæ.notatur in cap.eccleſia San-
ctæ Marię.de conſtitut. in cap. dicerminus.cap.cęterũ. de iudic.
cap.ex tranſmiſsa cap.verum. de foro compet. extra.ſed hos ca-
ſus , qui iure communi cenſentur,& in regalibus principis non
conſiſtunt, prætereo.alius caſus eſt,qui iudicio ſeculari tractatur
ſuper cenſibus debitis per laicos ipſis eccleſijs,non obſtante qua-
litate eccleſię.cap.13. de iuris.om. iudic.volu. 2. conſtit. in noua
compilat.ille caſus frequens eſt in hac prouincia & de regali iu-
11 re procedens,† quod ſi tractatur de poſſeſſ. cauſæ ſpiritualis in-
ter



ter clericos, ea eſt per iudicem eccleſiaſticum cognoſcenda et ter
minanda,niſi parentur arma, ad vim inferendam contra poſſeſ-
ſorem beneficij.quia tunc iudex etiam ſecularis de cauſa cognoſ-
cet. glo. reb. ſpiritualibus in verſ. & nota, quod.in cap. literas.
12 de iuramento calumn. ex. quia † vt tollatur via facti & ne ſe-
quantur perturbationes in populo iudex ſecularis ſeſe intromit-
tit in omnibus cauſis, & ceſſant tunc omnes regulæ iuris. Boſſ.
tit.de principe & priuilegijs eius. nu. 211. et ſeq. Felin. in capit.
2. nu. 2. & ſequent. de præſcription. ex. & ad hanc viam facti
tollendam per iudicem ſecularem ſunt editæ conſtitutiones no-
ſtrę in curijs anni. 1542. et 1564. quæ ſunt in tit. de violentia &
13 reſtit. ſpoliat. lib.8. conſtitut. nam † lex ciuilis poteſt ferri ad iu
uandam legęm canonicam. Bart. in l. omnes populi. nu.22.de
Iuſt.et iure.D.Cyn.et alij. in l.fin. ſi contra ius vel vtilit. public.
C.Iure autem canonico in his fuit debite prouiſum.in extrauag.
execrabilis.verſ. porro,quia quorundam.de pręben. in Cano. ſi
quem clericorum.ſeſſ.22. in concil. Triden. Can. prædia. 12. q.
2. cap. conquęſtus.de foro compet. ex. extant conſtitut. prouin
ciales in tit.de immunit.eccleſ. in tit. de ſentent. excommunic.
in tit. de raptorib.cap. 2. in conſtitut. Tarracon.Panor. in cap.
14 cum iam dudum. col. 1. de præben.ex. † quid autem de occul-
tãtib. cadauera ipſorum beneficiatorum defunctorum, ne habea
tur noticia mortis illius? Rebuf. in ordinat. gallię.tit.ne benefi-
ciator.cadau. cuſtodiantur.art.1. glo. 1.2. Alius quoq. caſus non
minus frequens olim in hac prouincia in tribunalib. regijs et ſe
cularib. tractabatur inter clericos et contra clericos, cuius adhuc
hodie reſtant veſtigia multa, in cenſualium mortuorum exe-
15 cutione. quia †. Penſiones cenſualium venditorum per eccle-
ſias præcedente tractatu,& cum facultate romani Pontificis,par
ticularib. perſonis huius prouinciæ & vniuerſitatib. collegijs,cor
porib. pro quorum ſecuritate in penſionib. & ſuo caſu in pro-
prietate et prætio, bona ipſarum eccleſiarum, dignitatum eccle-
ſiaſticarum ſunt hypotecata & obligata, petuntur coram iudice
ſeculari & in regia aud. in vim clauſularum, quæ in contractib.
cenſualium

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cenſualiũ apponuntur,iuxta conſtitut. Alfonſ. 4. de executio de cenſals & violaris.etc. lib·7. conſtitut. renuntiationis proprij fori,& ſubmiſsionis alterius fori eccleſiaſtici vel ſecularis. & ſit executio,contra bona ipſarum eccleſiarum et dignitatum hypothecata & fructus ipſorum beneficiorum, commendarum , prioratuum. & hoc iure vtimur.& nuper nobilis Alexander de Alentorn certo nominẽ agebat in regia aud.ad recuperationem pẽſionum ſibi debitarum per Camerariũ Ceſarauguſtę , & alios beneficiatos. & præceptorię S. Ioannis Hieroſolimitan. ſolent ſimilia cẽſualia cũ neceſsitas occurrit, vẽdere & ſuper bonis & reditib. ſuarum commendarum incarricare. neq.hoc eſt inconueniens nec poteſt dici hic caſus ad regaliam regis pertinere. iure enim communi defenditur. l. eſt receptum.de iuriſd. omni. iudic. D. Aufrer. vbi ſup. regula 2. fallentia 20.quamquam propter potentiam iuriſd. eccleſiaſticę, communiter horum cenſualium penſiones petuntur in regia aud.vt executio contra bona
16 eccleſiaſtica efficatius expediatur. poſſe † autem huiuſmodi cõuentiones & venditiones cenſualium fieri, cum romani Pontificis auctoritate,pluſquam notorium eſt.cap. decernimus.vbi omnes not. de iudic. ex.in regula. ſemel deo dicatum , non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum, vbi. glo.1. ibi.et habet lo
17 cum hæc regula. de regul.iur.in ſex.ipſe enim † ſolus poteſt nõ modo temporalia eccleſiarum bona & prophana ; ſed & ſacra prophanare, alienare, hypothecare,obligare.not. in capit. nulli. cap. ſi quis prębiterorum.ex. de reb. eccleſ. non alien. capit. 1. in ſex.eo. in Canon.ſine exeptione.12.. q.2. Can. cuncta per mũ
18 dum.9. q.3. et quod † papa poſsit ſubijcere bona eccleſiarum maxime temporalia & prophana,& fructus beneficiorum,reditus et iura cognitioni & examini iudicis ſecularis, eſt communiter receptum in d.l. eſt receptum. Dec. ibi poſt alios numer. 2.
19 vſq. ad numer.6. per totum. qui rem bene explicat.ſed an † hęc ſubmiſsio quam facit vendens cenſuale de bonis ſuę eccleſię cum ſummittit bona examini, diſtrictui et executioni ſecularis iudicis ſit propria prorogatio? Maranta de ordine iudic.diſtinct.6. numer.



numer.14.Iaſ.in d. l. eſt receptum. nu.5.6. poſt alios ibid. plura ſcribit de ſubmiſsione iſta , etiam Rom.Pontificis, Iacobatius de Concil.generalib. lib.6. art.14. de ſubmiſsione Papæ. verſ. etſi dicatur.ibi.poteſt reſponderi illud verum eſſe in nuda diſpoſitione , ſecus vbi tranſit in conuentionem. faciunt quę traduntur in cap.1.de probat. ex. & quæ latius Iacobatius explicat vbi ſupra.
20 Alius caſus eſt. † in quo rex cognoſcit de cauſa ciuili etiam inter ſuum fiſcum ex vna, agentem vel defendentem, & clericum agentem vel defendentem parte ex altera.quia eſt quæſtio de bonis aut iurib. patrimonij regij & ſic de regalijs ipſius regis , vel de controuerſijs earum occaſione.& de his in regio tribunali tantum cognoſcitur.Calic. in Margarita dub.8.verſ. 172. Mie. coll. 11.cap.les cauſes.verſ. ſecundo quęro quis poſsit. ſeruata ſuis caſibus conſtitutione reginę Marię in curia Barc. cap. 26. com per rep os. Mier. coll.10.cap.27. de iure fiſci.et hic caſus poteſt exẽplificari in infinitis prope cauſis , iuxta pragma. poſitam per Mier. coll.9. in curia Ferd.1.cap. 29. verſ. caueant autem. et ibi ſecunda regula eſt.et ibi. pro regalijs autẽ et alijs iuribus. vſq.ad verſ.iſta exceptio, quæ eſt clauſula in fine.ibi.et ita dominus rex ſeu eius fiſcales.ſane ſi dubitetur, an cauſa debeat tractari in regio conſiſtorio, an vero in curia eccleſiaſtica, ſeruanda eſt forma concordię ſæpe allegatę, et declarationi arbitrorum vel ſuo caſu cancellarij aut tertij ſtabitur. et nota, quod legi literas apoſtolicas directas reginæ Eleonorę, et Cardinali cõuennarum ſuper dicta concordia ineunda datas auinione. 5. calen Decemb.anno 1. pontificatus.Gregor.11.In criminalibus vero rex Aragonũ et comes Barc. habet etiam iuriſdictictionem in aliquibus caſibus contra clericos et bona eorum : eamq.exercet ſub certa mode-
21 ratione. vt ecce † omnes in hac prouincia viuimus ſub treuga et pace, iuxta conſtitutiones treugarum et pacium, quę ſunt in tit. de pace et treuga.lib.x. conſtit. quę ſecuritas et pax habent originem ex illo antiquiſsimo vſat. ſtatuerunt etiam vt omnes homines,tam nobiles,quam ignobiles(quamuis graues ſint inimici)omni tempore ſint ſecuri.etc. et alijs vſat.pacẽ et ſecuritatẽ dantib.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dantib. qui ſunt ineodem tit. de pace et treuga. Hanc pacē prin-
cipes Cathaloniæ Raimundus ſcilicet Berengarij et Almaduſſa
eius conſors, cum eorum magnatibus ſtatuerunt, vt poteſtates
ideſt comites et magnates, vt qui poſt eos ſequuntur, om-
ni tempore confirmarent et tenerent pacem & treugam do-
mini, & facerent eam confirmari et teneri â magnatibus terræ
ipſorum ſeu militib. nec non ab omnib. hominib. in eorum pa-
tria degentib. vſat. item ſtatuerunt præfati principes. Latius Ca-
lic. de pace & treuga. q. 5. verſ. iſti igitur ſunt caſus, in quib. cer-
tę perſonę. etc. & ibi. ex his igitur poteſt colligi doctrina, quod
magnates, barones, milites: ciues & homines villarum et caſtrorū
prælati, clerici, & religioſi, ruſtici, & homines de pede; Iudæi et
ſarraceni etc. ſunt in pace & treuga conſtituti. etc. et ſi quis hāc
pacē violauerit, redirigere debet, iuxta diſpoſitionem dictarum
conſtitutionum, quę vſaticos antiquiores declararunt, amplia-
runt, limitarunt. d. vſat. item ſtatuerunt præfati principes. ibi.
etſi aliquis in aliquo pacem et treugam fregerit. et in vſ. omnia
malefacta. ibi. omni tempore in duplo ſint emendata. & vſat. treu
ga data. ibid. in ſimplum. in conſtitutione delas diuinals. etc.
Alfonſi. 1. in anno. 1173. & alia eiuſdem in anno. 1192. Pe-
tri primi in anno. 1198. eiuſd. in anno .1200. & 1202. 1207.
Iacobi primi. Petri. 2. Iacobi 2. Petri. 3. Ferdinandi. 1. & ſequē
21 tium principum vſq. ad noſtra tempora. † prælati quoq. eccle-
ſiarum pacem hanc firmarunt in principatu Cathaloniæ et in
comitatibus Roſsilionis & Ceritaniæ, et alijs. et eam ſeruare de-
bent. in conſtit. las diuinals. Alfon. 1. cap. en lany dela Incarna-
cio de Ieſuchriſt. 1073. cap. la treua de noſtre Senyor. & in capit.
aqueſta es la treua e pau confirmada. et ideo Iacob. prim. in cu-
ria Tarraconę. cap.. 23, rogat Epiſcopos, vt in ſuis dioceſibus &
in ſingulis parochijs, diſtringant per cenſuras eccleſiaſticas ſuos
homines ad firmandam et ſeruandam pacem. cap. pregam los
Biſbes. de pace & treuga. ex quo capite & d. vſat. item ſtatue-
runt præfati principes. ibi redirigere, debet ad iudiciū Epiſcopo
rū ſuorum. et in vſat. deniq. ſępedicti principes apud Barchino-





nem commorantes. ibi. & ſi vllo modo fracta fuerit, ſit redirec-
ta et emendata, quemadmodum ſcriptum habebatur illo tem-
pore in vnaquaq. ſede, vel in vnoquoq. Epiſcopatu illorum ter-
rę. vſat. laudauerunt etiam. Olim receptum fuiſſe legimus pro-
ceſſum pacis fractę contra illius violatores per Epiſcopos in
ſuis dioceſibus & parrochijs fieri conſueuiſſe. Iudaic. in d. vſ. item
ſtatuerunt præfati principes. quinimo iudicium pacis violatæ di
recte pertinet ad iudicium eccleſiæ. Guiller. ibid. ex Innocen. in
23 cap. nouit. verb. iuramenti. ext. de iudic. ſub nu. 7. tamen † ho-
die in hoc proceſſu Epiſcopi non interueniunt. Calic. vbi ſup.
dub. 8. verſ. & credo, quod dicitur in illa conſtitut. de Epiſcopo
& baiulo ſit, correctum. nec hodie in ipſo proceſſu interuenit
Epiſcopus, niſi iuxta concordias initas in aliquibus partibus in-
ter dominum regem & Epiſcopum. Mier. coll. 9. in curia Barc.
Ferd. 1. cap. quia pleriq. num. 22. verſ. credo tamen, quod Epiſ-
24 copus ſaltem in dioceſ. Gerundę. et ideo † ipſe proceſſus expe-
ditur ſolum coram vicario & ſubuicario, non coram Epiſcopo.
Calic. vbi ſup. & in dubio 4 in verſ. vlterius quęro. plures enim
vſatici in hac materia & plures conſtitutiones ſunt amiſſæ non
vtendo. Calic. in d. dubio. 8. verſ. & credo, quod illud, quod
25 dicitur in fine. ſane † Epiſcopi & pręlati ſuos proceſſus facere
poſſunt iure communi, & non in vim conſtitutionū paciū & treu
garum, & ſeruata forma conſtitutitutionum ſacrorum concilio
rum Tarraconen. in caſibus ad eorum iuriſdict. pertinentibus.
Iudaic. in d. vſat. item ſtatuerunt prædicti principes. Mier. vbi
26 ſup. verſ. credo tamen. ex quo & illud ſequitur † quod ſcribit
Guiller. in d. vſat laudauerunt etiam. quod eſt in optione clerici
malefactores, ſuos & iniuriantes, perſequi coram Epiſcopo vel
coram iudice ſeculari. arg. cap. cum ſit generale. de foro com-
27 pet. ex. † ſed ſi corā iudice ſeculari iudiciū inſtituatur & quęrela
proponatur, adhibebitur moderatio de qua in cap. pręlatis. de
homicid. in ſex. Couar. in Clemen. 1. eo. parte. 2. P. 4. 5. not. in
capit. ex literis. de exceſsibus. prælator. ex. ergo cum vſ. per con
ſtitut. & conſtitutiones priores per poſteriores receperint inter

pretationem. Calic. vbi ſup. in. 4. dubio.& propter temporum
varietatem, varie ſit vſurpatum. idem. Calic. dub.8. verſ.quid
nos dicemus? breuiter diſtingamus.& in alijs locis ſæpe ab eo re
28 petitur. † ſi contra clericum pacis violatorem procedatur, pote
rit, dominus rex & eius vicarius hunc proceſſum facere. Calic.
in. 7. dub. ſed pone præsbiter,vel clericus in ordinibus conſtitu
tus, vel beneficiatus: vel clericus ſimpliciter tonſuratus. etc. fit
autem hoc modo. quia ſiue pro pace violata & treuga fracta ci-
uiliter agatur ad emendam, ſiue criminaliter ad pœnam corpo-
ralem delicti commiſsi, vnde pax eſt violata & treuga fracta.
Calicius. vbi. ſupra.quæſt. 21. in fine. & quęſt. 22. not. in vſat.
ruſticus interfectus. vbi idem Calicius. verſicul. ſed ego hunc
paſſum reputo difficillimum.informatio recipitur ſuper ipſo fa-
cto: & ſi in informatione deprehendatur præsbiter vel cleri-
cus in ordinibus conſtitutus vel beneficiatus vel clericus ſimpli-
citer tonſuratus, culpabilis, procedetur extraiudicialiter, ad
monitionem illi faciendam iuxta conſtitutionem pacium &
treugarum, vt reſpondeat querelę & illius capitibus quæ for-
mantur ſecundum traditionem Calicij. quęſt. 10. & 11.Monitio
autem fit iuxta eundem Calicium. dubio. ſeu quæſt. 13. & cle-
ricus extraiudicialiter monitus (idem dico inbeneficiato, preſ-
bitero,)comparere poterit coram vicario vel domino rege,ſi co-
ram eo vel in eius aud.hic proceſſus factus ſit.Calic.dub.8. verſ.
ſed quidquid dicant,aut ſi maluerit coram Epiſcopo iuxta con-
cordiam Reginæ Marię & cardinalis conuenarum. cap. ſobre lo
proces de pau y treua. eſt hodie in tit. de pace & treuga. vol. 2.
& ponit modum & formam comparitionis. Calic.vbi ſup. du-
bio.7. verſ. tamen hodie in Cathalonia. & dub.17.verſ.ſed po-
ne quærela offertur contra preſbiterum vel beneficiatum vel cle
ricum ſimpliciter tonſuratum. ponitur etiam forma comparitio
nis iſtorum clericorum.dub. 24. verſ. ſed. quęro, an ſint tria
tempora. ibi.et iſto caſu, ſic ordina comparitionem.quibus adde
29 quæ tradit de firma iuris.Mier.coll.9.cap.8. col. 3.adde † etiam
hodie pro firma iuris pro querelato comparente. cap.36. de pa-
ce&



ce & treuga.quod eſt Ferdin. 2. in curijs anni. 1510. cap. 41. cu-
ius diſpoſitio hodie eſt ſeruanda,& addenda illis conſtitutioni-
bus quas Calic. ſcribit in fine directorij ſui ſequendas eſſe in iu-
dicio pacis & treugę.ibi. ſed quęro,ſecundum quam conſtitut.
hodie proceditur in pacibus & treugis. ipſo vero monito & con
tumace in comparendo vel coram vicario vel coram Epiſcopo,
non poteſt vlterius dominus rex contra eum procedere in vim
dicti proceſſus,niſi ad declarationem excluſionis pacis et treugæ.
quia monitus extraiudicialiter, non curauit ſeruare formam cō
ſtitutionis pacium & treugarum, cum comminatione, quod
ſi forſan aliqua damna tali clerico vel preſbitero euenerint vel da
ta fuerint, non poſsit petere ea ſibi emendari iuxta formam &
priuilegium pacis. ſaluis dicto clerico libertatibus & iuribus
eidem competentibus iure canonico aut ciuili, ſecundum quæ
dominus rex aut vicarius teneatur ei reddere ius non ob-
ſtante pacis eiectione. dict. capit. ſobre lo proces. ibi. con-
cordat mes auant: & ibi. mas ſolament. non ſit autem pu-
blicatio, quod ſit eiectus a pace & treuga: ſed declaratio,
quod eſt excluſus a protectione pacis & treugæ. capit. 32.
iat ſic ibi. ab la preſent diſtrictament inhibim. de pace &
treuga. vol. 1. Mieres plenius declarat. collat. nona. in curia
Ferdinandi primi. capit. 27. quia plerique rub. de fori de-
clinatoria, ex priuilegio fori clericalis doloſe ſuppreſſa.verſic.
ſuper proceſſu vero. ibi. concordato inſuper. qui putat nul-
lam eſſe declarationem neceſſariam excluſionis: ſed ipſa con
ſtitutione talem clericum contumacem eſſe excluſum a tui-
tione conſtitut. pacis & treugę & protectione. ibi.ſed ſolum
ſuccedat pro contumacia prouiſio conſtitutionis, videlicet,
quod propter hoc, quod monitus formam conſtitutionis non
ſeruat, habet ipſum extra pacem.ſcilicet quod damna etc. Idem
Mier.late tractat de proceſſu facto contra preſbiterū vel clericū,
qui ſuppręſsit clericatū vel preſbiteratum. an ſit nullus, eodem
comparente & allegante titulum clericalē. & an debeat reſtitui
T 2 Epiſcopo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Epiſcopo,ſi captus detinetur? an debeat prius purgare contuma-
tiam & ſoluere expenſas,ratione retardatæ exceptionis declina-
toriæ. cap. 1. verſ. reum in expenſis, quas actor ob hoc etc. de
excep. in ſex. Cyn.in auct. habita. C. ne filius pro patre.& plu
30 ra ſcribit eo loci Mier. ad hanc rem facientia:† in clericis autem
ſimpliciter tonſuratis coniugatis,res erit magis expedita,quia re-
manet ſub iuriſd. iudicis ſecularis, quo ad iudicium ciuile, ideſt
quo ad emendam damni dati. quia iſti clerici cum vnica & virgi
ne coniugati ſubſunt domino temporali in his, in quib. ipſo-
rum perſona non tangitur, vel in eorum perſona non animad-
uertitur;ſed in rebus tantum ius dicitur,&ad emendam & ſic ad
rei perſecutionem,non ad pœnam pecuniariam,aut corporalem.
Calic. in d. dubio 7.verſ.demum quęſiuit in quinto dubio: emē
da tamen non fiet in duplo, ſed in ſimplo. alioquin pœna eſſet,
quoad ſimplum. quod in clericum etiam coniugatum non cadit.
Calic. ibid. verſ. cum igitur ſit eadem ratio. latius dubio. 24.
verſ.ſed quæro, an ſint tria tempora. ibi. & eadem comparitio,
31 † firma et purgatio contumatiæ eſt per omnia fienda in cle-
rico coniugato cum vnica & virgine. itaq. ciuilitas pura cleri-
ci coniugati, pertinet ad iudicem ſecularem, vt ſimplum dam-
ni dati;& expēſas ſoluat clericus quærelatus ipſi quęrelatori.ibid
Calic in verſ.& ſic quoad ipſos exemptos & clericos. iudicium
32 autem † quęrelæ pacis & treugę ciuile eſt. Pet. 2. in curia Barc.
cap. item cum in conſtitutione.Mier. coll.2. cap. 46. item cum
in conſtitut.verſ.nota ergo hic.Calic. in d. dub.7. verſ. demum
quęſiuit in quinto.idem iudicium eſt in exemptis religioſis;quia
hi de iuriſd.ſunt in ciuilib.mere ex contractu vel quaſi. Calic. in
d.dubio.24.verſ. ſed quęro,an ſint tria tempora.ibi.quid dicen-
dum & ibi. nec obſtat dicta concordia. idem dubio 7. verſ. vl-
terius etiam quęſiuit.Mier.in d.cap. quia pleriq. verſ. hodie ta-
mē per hanc concordiā.& ibi. vnde credo quod iudex ſecularis.
33 hoc ampli⁹ putat idē Mier.eo loci,quod † pro cauſa pacis & treu
gę in hac patria clerici coniugati poſſunt detineri p iudicē capti
abſq.metu Can. ſi quis ſuadente.17.q.4.c.1.de cle.cōiug. in ſex.





quia hoc faciunt iudices ſeculares auctoritate Papæ & d. con-
ſtitutionum, & concordiæ, & generalis huius regni conſue
tudinis,quam Papa ſit & tollerat ex certa ſcientia,&c.& inuehi-
tur in clericos ſimpliciter tonſuratos ſolutos,ideſt non coniuga-
tos, qui abutuntur priuilegio clericali recipientes & ſuſtentan-
tes violatores pacis& treugæ,& ab ea eiectos.idem Mier. vbi ſu-
pra in verſ.credo tamen,quod Epiſcopus.ibi.ſed tamen in cleri-
cis coniugatis,ſicut in laicis mere, in proceſſu pacis & treugæ,
habet vicarius regius coercionem, etiam in perſonam eiecti:de
tentionem ſcilicet tantum,&c. plura alia ſcribit. ibi Mier. quæ
huc pertinent. vnde & monitio iudicialis ad emendam tantum
& vt eſt rei perſecutoria, & comparitio in debita forma, & eie-
ctio ſi non comparuerit,habent locum in hoc clerico coniuga-
to. Calic.in tract. qui in ſcribitur, an clerici comprehendantur
in proceſſu ſuper vſat.ſimili modo. qui non eſt impreſſus.verſ.ſi
autem loquimur in clericis coniugatis.ſequitur Mier.vbi ſup. &
iſti non continentur in concordia reginę Eleeon. & Cardinalis
quo ad proceſſum pacis & treugę,cum agitur ciuiliter & ad me
rā ciuilitatem,non ad aliquam pœnam.plenius idem Mier.coll.
4. in curia Gerundæ Iacobi. 2. cap. 27. de bānitis, pro pace &
treuga citatis.verſ. ex tertia parte nota, quod cauſa pacis & treu
gę.ergo clerici coniugati relicti ſunt in iuriſdictione regia per
34 Legatum Papę.Mier.in d. verſ.ex tertia parte. de † comparitio
ne vero exemptorum, facienda coram vicario. idem Calic.dub.
24.verſ.frater Petrus de vila,prior monaſterij S.Petri Caſtriſe-
nenſis, ordinis Cluniac. dioceſ. Vicenſis. cæterum aduocatū
in formando& ordinando clamum pacis& treugæ contra pręſ-
biterum,vel clericos ſimplices, iubet eſſe cautū Calic.in d. dub.
7. verſ.ſed quęro hic vlterius.ibi tamen conſulo cuicumq.fideli
35 chriſtiano.nihil † enim criminalitatis continere debet huiuſmo
di quęrela:nec poteſt peti pœna criminalis vel ciuilis:nec in quęre
la debet fieri mentio de iniuria,nec de crimine; ſed ſimpliciter fa
ctum eſt narrandum,ex quo damnum eſt ſequutū, & concludit
ad emendā. Calic.in d.dubio 7. verſ. quid tenendum. & ponit

ibi formam concipiendi quęrelam. ibi caueat tamen querelans &
36 eius aduocatus † Ex his apparet querelam contra prędictos offer
ri non poſſe, ſi agatur criminaliter, ad pœnam corporalem ra-
tione delicti commiſsi, ex quo pax eſt violata & treuga fracta.
quia nec cõtra clericos cõiugatos poteſt iudex ſecularis procedere
criminaliter. cap. 1. de cleric. coniug. in ſex. ibi. trahi non poſſe
criminaliter aut ciuiliter, ad iudicium ſeculare. nec ab ipſis ſecu-
laribus iudicibus etc. plene Couarru. in pract. cap. 31. numer. 1.
4. ſed omnis cognitio pertinet ad Epiſcopos, & ordinarios eorũ
37 prælatos. † Sane clericum coniugatum oportet in habitu & vi-
ta ſeruare decretum concilij Tridentini. ſeſſ. 23. decreto de re-
form. cap. 6. vt huiuſmodi priuilegio clericali gaudere poſsit. &
hoc iure vtimur. & recte. quia ſummus Pontifex poteſt huiuſ-
modi priuilegium limitare, reformare, declarare. Couar. in d.
38 cap. 31. nu. 4. & † Clerici coniugati leuius, quam alij amittunt
priuilegium. Monachus in. d. cap. 1. num. 1. & eſt obſeruandum
quod Probus. ibi. num. 4. ſcribit, ſufficere hunc clericum con-
iugatum deferre habitum honeſtum. quia veſtes clericales ho-
rum coniugatorum non ſunt a iure determinatæ. gloſa fin. verſ.
poſſet etiam dici. in Clemen. 1. de elect. glo. honeſto. gloſa. re-
gionum. in pragm. quomodo diuinum offic. ſit celeb. Couarru.
cap. 31. nu. 7. verſ. quarto illud eſt. in pract. Solent tamen con-
cilia prouincialia veſtes determinare. ſic valentinum concilium
prouinciale poſt publicat. concilij Tridentini, & alia etiam con-
39 cilia prouincialia eas veſtes definierunt. † Igitur licet præſbiteri
et omnes clerici teneantur ſeruare pacem & treugam domini, &
eam promiſerunt ſeruare: tamen non ex hoc efficiuntur de foro
iudicis ſecularis. Calic. in dubio. 7. verſ. minus obſtat ſecunda
ratio. & in alio caſu alterius regaliæ plenius dicam. Mierręs.
in dict. capit. quia ſæpe. verſic. ſed quęro iſto caſu, an ſufficiat,
quod talis clericus. ibi. quia dicit tex. concordię, quod iudex
40 ſecularis non ob hoc ſcilicet, quia non comparet etcetera. † cum
igitur criminaliter pro delicto commiſſo in pacis & treu-
gæ fractione procedendum eſſet, & in proceſſu facto pro ha-
benda





benda facti notitia reperirentur clerici, præſbiteri, vel alij ec-
cleſiaſtici culpabiles, iudex ſecularis nomina tantum de-
linquentium ſcribere, et ea denunciare extraiudicialiter eo-
rum prælatis poteſt, non autem de iuſtitia eorum aut cul-
pa ſe intromittere. Calic. vbi. ſupra verſic. vel dic quod tem-
pore ordinationis eorum vſaticorum et illarum legum. ibi. &
41 iſtud videtur licere etiam iudici ſeculari. † ſed hic proceſſus
criminalis excedit limites & fines proceſſus pacis & treugæ:
nec ſit in vim conſtitutionum pacium & treugarum & con-
dictionis, quæ eis dãtur, ideoque eſt extra ciuilitatem, quæ
in proceſſu pacis & treugę attenditur, & inſtituitur hic pro-
ceſſus vel per accuſationem vel inquiſitionem ex officio no-
bili iudicis, vel ad partis iniuriatæ & offenſæ inſtantiam: &
ſic ad vindictam tendit, non ad rei perſecutionem. Calic.
in dict. vſat. ruſticus interfectus. verſic. ſed ego hunc paſ-
ſum reputo difficillimum. & in alijs locis iam antea citatis.
facit tex. in capit. 18. item ſtablim. e encara ordenam. de
pace & treuga. ex curia Iacobi ſecundi Gerundæ capit. 27.
Mieres. collat. 4. in curia Gerunde Iacobi ſecundi. capit. 27.
de bannitis, pro pace et treuga citatis. verſic. ex tertia par-
te nota, quod cauſa pacis & treugę. Sed erit cautius agendum
cum ex accidenti hæc cauſa pacis & treugæ, ex ciuili deuenit in
criminalem, quia clericus coniugatus tornauit pro pignoribus
perſonam ſuam, & remanſit captus: & facta declaratione, non
habet in bonis & tenetur luere in corpore. quid igitur hoc
caſu agendum? Mieres vbi ſupra verſic. & per hoc alias di-
xi. ibi. & ideo ratio diuerſitatis. & verſic. ſed pone, quod
42 fuit comdemnatus. † Secundus caſus frequens in hac prouin
cia in quo dominus rex ex ſua prærogatiua cognoſcit de
exceſsibus clericorum & aliarum perſonarum eccleſiaſtica-
rum, eſt in proceſſu, qui fit ratione ſoni emiſsi & illius proſecu-
tionis. nã hic quoq. caſus in cõcordia ſępiꝰ memorata cõtinetur.
in c. e primerament ſobre lo capitol de ſomatent. hodie eſt in tit.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

de ſomatent, y ſacramental.cap. 1. tit.14. lib.9.vol.2. conſtitut.
in vimproceſſus facti pro ſono emiſſo declarato in debita for-
ma, proſequenda, poteſt dominus rex et ipſius officialis quoſ-
cunq. malefactores, quos depræhenderit dictum ſonum in ſe-
34 quendo,capere & carceri mancipare † et ſi reperiantur inter ma
lefactores clerici,poterunt etiam capi & detineri per .24. ho-
ras,& poſtea iudici eccl. tradi.cap. 5.item ſupplica.& cap. 6.tit.
de ſacro. S.eccleſ. vol.2. et cap. encara ſuplica.tit. de captura de
clergues y de liberatio.cap.6. eod.vol.& cap.1. tit.de confirma-
tio. de conſtitut.exacta ab eis depoſitione. in qua re obſeruan-
da priuilegia conceſſa ſtamento ecc. tit. de S. Sanctis eccleſ. ca-
pit. 6. vol.2. olim in conceſsis ſtamento eccleſiaſtico per regem
Ferdin. 2. ſubdata Montiſon.3. ſept. 1510. & antea ibid.cap. 5.&
44 in eod.tit.vol.1.c.5. 6.† Eſt autem hæc regalia ſoni emiſsi poten
tiſsima & efficaciſſ.Cali.de ſono emiſſo in proœ.ibi.circa proceſ
ſum ſoni emiſsi,qui eſt altera ex ſolenniſsimis & vtiliſsimis re-
galijs ſereniſsimi domini regis. Mier. coll. 3. in curia Montiſalbi
Alfon.3. cap. 31.de immunit. eccleſ. verſ. & quod in hac con-
ſtitutione.& huius proceſſus occaſione & pro executione ſoni
45 emiſsi † intrant officiales regij, quib.huncproceſſum conceditur
facere et exequi. Calic. vbi ſup. dub.6. verſ. quæro, an proceſ-
ſus ſoni emiſsi. etc. eccleſias, hoſpitalia, et quęcunq. templa &
loca ſacra impune & abſq. incurſu excommunicationis. Ferrer.
parte. 3. cap. 243. verſ.aliqui tamen doctores.& inde extrahũt
malefactores quoſcumq. Mier. in d. cap. 31. & probatur in dict.
cap. 5. item ſupplica.tit. de ſacro S. eccleſ.vol. 2. & d. cap.6. en
cara ſupplica. de captur. & libertat. clericor. Calic. in tract. de
46 ſono emiſſo.q.7.† & quia hic proceſſus non poteſt itiari, conti-
nuari.& finiri niſi contra hominem quemcumq. etiam clericũ,
tale maleficum perpetrantem,pro quo ipſe malefactor corpora
liter venitpuniendus.autquod maleficiũ ſit perpetratũ in cami
no vel extra, de quo malefactor non poſsit facere emendam. ca.
1.de ſono emiſſo, & ſacrament.vol.1. eſt Iacobi.2. in prima curia
Barc. cap. 19. Mier. coll.4.in d. 1. curia Iacobi.2. cap.20. cum
duobus



47 duobus ſeq. idcirco † de cognitione delicti per clericum etiam
coniugatum commiſsi non ſe intromitit dominus rex, ſed perſo
48 nam remittit iudici eccleſiaſtico.ſed et ſi † ſit extractus malefac-
tor ab eccleſia ſalua illi eſſe debet immunitas eccleſ. & ea erit de
claranda ſecundum canonicas ſanctiones.d. cap.5. item ſuplica
humilment.de ſacro S. eccleſ. verſ. mas ſi ſera tret ab ſomatent.
49 e tſi † firmata contentione inter curiam eccleſiaſticã et ſecula-
rem , ſuper immunitate allegata per captum , fuerit declara-
tum per arbitros vel ſuo caſu per regium Cancellarium,vel ter-
tium, captum debere gaudere immunitate eccleſ. iuxta tex. in
cap. inter alia. de immunit.eccleſ. ex. Couar. qui alios citat lib.
2. reſolut.cap. 20. erit carcere liberandus, nec amplius de delic
to quęritur. Ferrer. in 3. parte obſeruationum cap.243.254.138.
50 † poteſt tamen pro damnis retineri extractus cum ſono emiſſo
cap. 252. & 267. & plura de immunitate eccleſiaſtica declarata
in fauorem extractorum ab eccleſijs cum ſono emiſſo,&ſine ſo-
no emiſſo ſcribit Ferrer. in d. 3.parte. cap.206.& ſeq. & ruſ.
209. & ſequentib. plurib. & cap. 236. 237.238. & alijs,quę ſunt
in regia aud. recepta.non auditurclericus firmans ius,niſi ſit cap
tus; quia prima captura eſt domini regis ſub forma prędicta. &
de regalia iſta ſoni emiſsi pręter Calic.vbi. ſup.ſcripſit ſummam
Mier. vt ipſe teſtatur coll.4. in 1.curia Barc. Iacobi.2. ca.20. vbi
refert conſtitutionem Iacobi primi; quæ incipit.item ſi malafei-
ta, es feita annul loc. quam gloſſauit Calic. in d.tractatu & po-
ſuit in. 1. quęſt. idem Mier. vbi. ſup. cap. 21.adde, quod ex do-
mibus clericorum etiam ſacerdotum extrahunt laicos malefacto
res abſq. aliqua aſsiſtentia officialis eccleſiaſtici, niſi per clericũ
dominum domus reſiſtatur:quia tunc ſeruatur forma prędicta
51 in requirendo eccleſiaſtico officiali. † Differt ſonus emiſſus a ſo-
no ſacramentali origine, forma vel ſolemnitate,& effectu. nam
ſacramentale eſt ſonus, qui emittitur in vim ſocietatis & confe-
derationis initæ & iuratę inter vicinos pro expellendis malefac-
toribus a ſuo vicinatu & contributione, adſignatis pro executio
ne certis capitaneis, cum ſufficienti delectu armigerorum. colli
gitur

gitur ex conſtitut. Ferdin. 1. in curia Barcin. cap. 29. titul. de
ſomatent y de ſacramental e hoſts. in noua compilat. in anti-
qua eſt ſub titul. de aquells qui acullen o ſoſtenen los crimino-
ſos, &c. cap. nos en ferrando. quam conſtitut. Mier. collat. 9.
cap. 9. vocat pragmaticam declaratoriam noui & veteris ſacra-
mentalis, de quo ſcripſit idem Mier. vt ipſe aſſerit ad ſacramē-
52 tale Gerunden. † Sonus emiſſus habuit originem & fuit figu-
ratus iure diuino, formatus iure humano poſitiuo tam com-
muni, quam huius patriæ. Calic. vbi ſup. quæſt. 1. & quo ad
noſtrum ius attinet tria tantum præcipua capitula reperiuntur,
quę ſunt columnæ in materia proceſſus ſoni emiſsi, quæ per
Calic. eo loci referuntur ad literam. ius commune ſatis notum
eſt in conſtitutionibus fiderici. de pace tenenda & eius violatori-
bus. & de pace tenenda inter ſubditos & iuramento firmanda.
53 in feud. Soni † ſacramentalis origo ſumitur ex tempore Bernar
di de Fonollario gerentes vices generalis gubernatoris ſiue
procuratoris domini Regis Iacobi. 2. de anno circiter 1315. &
occaſio faciendi prædictam coadunationem ad expellendū ma-
lefactores, fuit ſumpta ex infinitis prope homicidijs, latrocinijs,
quæ fiebant in vijs publicis & locis publicis in rupricato, in val-
leſio, in modiliano. Amat in reportorio. verbo ſacramentale 2.
54 † firmarunt ſacramentale epiſcopus Barcin. & alię perſonæ ec-
cleſiaſticæ cum proteſtatione, quod non intendebant firmare
ad vindictam ſanguinis, vt in firma facta ordinationum dict.
ſacramentalis continetur. ſub data 5. Calendas April. ann. 1314
& 6. id. Iun. 1315. Rex Petrus tertius in anno 1336. confir-
mauit dictas ordinationes, & alias de noua conceſit eidem
ſacramentali, quæ fuerunt appellatæ temperamentum pri-
me formæ ſacramentalis. Idem Petrus pro executione di-
cti ſacramentalis cum additionibus & temperamento per eum
factis, fecit quatuor prouiſiones datas Cæſarauguſtę decimo
octa. Iunij 1367. poſt modum Rex Ioannes Petri tertij filius
ordinationem & adunātiam ſacramentalis confirmauit, & no-
uam formam, cum aliquot capitibus de ea formatis tra-
didit



didit in annno 1395. quæ forma, in executione in dubia
plurima incidit, ideoque mortuo Ioanne, Martinus frater,
qui ei ſucceſsit in regno, nouam formam ſacramentalis, &
illius executionem ſub ſequęſtro poſuit, ſexta Septembris.
1397. & anno 1399. declarationem fecit, cui ſe oppoſuerunt
Syndici ciuitatis Barcinonę & capituli Eccleſię Barcinonen-
ſis, quamplurima deducentes contra prędictam Regis Mar-
tini declarationem. Tandem Ferdinandus primus nepos ex
ſorore dictorum Ioannis & Martini ſucceſsit in Regno per
electionem perſonarum a tribus regnis Coronę Aragonum,
deſtinatarum, & ſedauit omnes controuerſias motas occa-
ſione ſacramentalis, tam noui quam antiqui, edita prag-
matica Barcino. 21. Iunij 1413. quę inter conſtitutiones cu-
rię eiuſdem Ferdinandi collocatur. eſt hodie in titul. de ſo-
matent e ſacramental, e hoſts. ſuper qua vel pragmatica vel
conſtitutione Mieres. plura dicit ſe ſcripſiſſe in locis prę-
dictis, quę non potui videre. quia non reperi, nec ſunt im-
55 prę̄ſſa. † Differt etiam ſonus a ſacramentali forma & ſo-
lemnitate. quia ſacramentalis forma ex antiqua illa Bernar-
di de Fenollario, ſub Iacobo Rege ſecundo & temperata per
Petrum tertium, & noua forma Ioannis primi, compoſita
per Ferdinandum primum nullam deſiderat pręcedentem in-
formationem. imo proceſſus ſacramētalis fraganti crimine ha-
bet locum, vt malefactor capiantur. d.c. car per forma 29. curię
Barc. Ferd. 1. verſ. com ſia proueit per lo capitol del ſacramental
nouell. ibi. agen inſeguir e pendre lo crim fragant. non tamen
temere nec ex improuiſo, ſed conſulto & mature. verſ. que ſi of-
ficial algu noſtre, præſent ſera. ibi e que per audacia de peruer-
ſos lo ſacramental inſolitament. & verſ. encas, que ſegons capi-
56 tol del ſacramental. & verſ. mas ſi aqueſta forma. † Soni vero
emiſsi proceſſus requirit informationem ſummariam. an ſcili-
cet caſus ſit ſono emittendo, vt quia ſumus in caſu aliquo ex
contetis in conſtitutione Iacobi. 1. confirmata per Iacob. 2. in 1.
curia Barc. cap. 20. ibi en los quals caſos, puga eſſer proſeguit lo
malfactor

mal factor.Calic.q.5. Et ſic obſeruatio tenet,quod ſi aliquis ve-
nit ad curiam ſeu ad vicarium emittendo ſonū, curia continuan
do ſonum primo ſe informat de facto,ſummatim & ſine ſcrip-
tura,an ſcilicet ſit caſus in quo poſsit procedi per viã ſoni emiſ-
ſi.Calic.q.5.8.& aliquando;vt certificetur melius de facto, mitti
tur nuncius occultus,tanquam ſpeculator aliquis, vt in loco de-
licti veluti aliud agens informet ſe de delicto,de delinquentibus
& de loco in quo ſe receptarunt,& reuerſus,facit relationem,ſu-
per qua habetur conſilium & collatio peritorum, & in domo cõ
ſilij ciuitatis aut villæ cum probis hominib.conſiliarijs,conſulib.
ſeu iuratis,declaratur ſonus & in debita forma continuatur per
vicarium. Calic.d.q.8.& donec malefactor eſt captus, non fit a-
57 lius proceſſus. quia † hic proceſſus ſolum tendit ad captionem,
& vbi ad capturam proceditur ſufficit proceſſus informatiuus,
vt practici in hac materia loquuntur, & ſufficit delictũ eſſe per-
petratum. ibi. ſera feita.arg. l.1. P.fin. quod quiſq. iur.D. Rur-
58 ſus † ſonus ſacramentalis differt effectu a ſono emiſſo. quia hic
proceſſus ſoni emiſsi eſt limitatus ad caſus comprȩhenſos in cõ
ſtit. Iacobi.1. gloſſata per Calic.vbi ſup. & Iacobi. 2. in curia 1.
Bar.c.20.proceſſus ſacramentalis habet etiã locũ in alijs plurib.
caſib.Calic.in d.q.5. verſ.quæro, an pro malefactis in alijs caſib.
ibi. ſed iſtum proceſſum præuia citatione. & ibi. niſi in ſacra-
mentali antiquo & nouo. fuit enim inuentum ſacramentale,vt
comitatus Barc. & ſignanter vicaria Barc.bagiarum & vici,quȩ
ſunt cõuicinæ, malis hominibus, quib. repleta ſemper fuit, &
hodie nunquam in eis deficiunt, purgaretur.& itinera ſecura
59 eſſent, ab inuaſionibus & latrocinijs. hoc autem † congruit of-
ficio præſidis.l. 3. de offic. prȩſid. D. & l. congruit.eo. ne itine-
rantes & miſeri opprimantur.l. illicitas.eo. vt malefactores non
occultentur.l. fin.C.de his,qui latron.vel alijs criminib.reos oc-
cultauer.in hoc debent conuenire etiã prȩlati eccleſiarum, cum
proteſtatione & citra ſanguinis effuſionem, & ad conſeruandã
pacem dumtaxat.& ita in exordijs dictarum ordinationum d.
ſacramentalis,& in firmis perſonarum eccleſiaſticarum contine
tur.



tur.& de hac proteſtatione.Mar. in vſ.laudauerũt.quȩſt.x. verſ.
60 & idem alia. Addo † quod proceſſus ſoni emiſsi fit per vicariũ,
vel baiulum.adde regem & eius Locumtenentẽ. Calic. vbi ſup.
q.6. verſ. quȩro, an proceſſus ſoni emiſsi.& vicarius intra ſuam
vicariam, dominus rex etiam extra vicariam. quia cõſtitutio de
cauſis tractandis intra baiuliam vel vicariam,non continet hunc
proceſſum, qui eſt de prȩcipuis regalijs, ſicut nec cauſas patri-
moniales. Calic. ibid. verſ. quid dicendum. & verſ. ſicut nec
cauſȩ patrimoniales.addunt practici hunc proceſſum ſoni emiſ-
ſi poſſe fieri per comites &alios barones potentes exire cum ex-
ercitu:ſed intra ſuum diſtrictum tantum. l.fin. de iuriſd.om.iud.
D.quod conſti.Iacobi ſecundi demonſtrare videtur.ibi e ne null
61 altre.† At proceſſus ſacramentalis fit per alios,qui proprie non di
cuntur officiales regij:ſed datur poteſtas certis perſonis,quȩ ſunt
de ſacramentali, capiendi delinquentes, & captos ducendi ad
ſuos iudices,vt in eiſdem ordinationibus continetur, quæ ſunt
omnino ſeruandȩ ſub pœnis contentis in eiſdem & in d. con-
62 ſtit. Ferdinandi.1.ſæpius allegata. ſic et iure † datur poteſtas ca-
piendi etiam non magiſtratibus l.1.2.quando liceat vnicuiq.ſine
iudice ſe vindic. C. plura de ſono emiſſo et de ſacramentali. A-
mat.in reportorio, quæ non refero. Redeamus ad id, vnde di-
greſsi ſumus. Tertius igitur caſus, qui plures comprehendere
63 poteſt, in quo dominus † Rex ex ſua prærogatiua procedit cõ-
tra perſonas eccleſiaſticas, eſt in quocumq. proceſſu regaliæ. in
cap. encara ſupplica a voſtra excellencia lo ſtament eccleſiaſtic.
ibi.o per altres proceſſos de regalia.&c. ( fuit antea loquutus de
proceſſu regaliȩ ſoni emiſsi.) eſt hodie in tit. de capturas e libe-
ratio de clergues. cap. 6. igitur in omnibus caſibus, & pro om-
nibus,& quibus cumq. criminib. in quib. locus eſt proceſſui re-
galiȩ,peracta denuntiatione delicti, & cauſa per ſolam appoſi-
tionem manus ipſius principis, ad regium concilium euocata,
poteſt pro executione dicti proceſſus cameralis ( ſic enim alibi
eũ appellari ſcripſi ex Miere) procedi per regios officiales, quib.
hoc committitur,inquiri,fortificari, in perſonam domini regis,
vel

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

vel ſui Locumtenentis, contra quoscunq. repertos culpabiles in
64 delicto, † et per eoſdem officiales, culpabiles poſſunt capi. hoc
enim habet officialis in mandatis. Guiller. de Valleſi. in vſa. ſi-
mili modo. in formulis ibi traditis, quem ſequitur Marquilles.
65 in verſ. prima formatio, ſiue proceſſus. cum ſeq. formulis. † &
ſi in inquiſitione reperiantur culpabiles clerici in ſacris ordinib.
conſtituti, religioſi, beneficiati, ij quoq. capiuntur per regium
officialem, cum aſsiſtentia officialis eccleſiaſtici, quem regius
officialis requirit, vel commiſsione capturę per eum, facta eidē
regio officiali, iuxta formam traditam in d. cap. encara ſuppli-
ca a V. Excellencia. ibi. plau al ſeñor rey, que en tot cas. vel alias
ſine commiſsione, vt in d. cap. plenius continetur. & poſtea pro
ceditur per iudicem ſecularem, cui negotium commiſſum eſt
per dominum regem ſeu eius locumtenentem, ad exigendum
depoſitionem ab eodem clerico etiam in ſacris conſtituto vt ibi.
ſtatuitur. hic autem occurrunt obſeruandæ per iudicem ſecula-
rem ſequentes pragmaticę. in primis d. cap. encara ſupplica. a-
lioquin ſecularis iudex non effugiet excommunicationis incur-
ſum. vt in ſimili tradit Ferrer. in d. 3. parte capit. 243. verſ. ali-
qui tamen DD. & dum in dict. cap. encara ſupplica. dicitur,
quod ſeruata & adhibita requiſitionis forma de qua ibid. & offi-
66 ciali eccleſiaſtico in ſuo munere deficiente, aut † dum clericus
reperitur & depręhenditur in crimine fraganti, vel timetur de-
fuga, quam iā forte parare videtur, poteſt ſecularis iudex proce
dere ad capturam cum effectu. eſt obſeruandum, quod ſi officia-
li deferenti baculum & inſignia ſui officij clericus iniurietur, po
teſt eum officialis ſecularis capere, quia videtur clericus reper-
tus in crimine fraganti. Imol. & Ang. in l. illud. 1. de appellati.
D. & captum ducet ad iudicem eccleſiaſticum. Iaſ. in l. 2. num.
16. de iuriſd. om. iud. D. Panor. in cap. cum non ab homine.
col. 2. verſ. pro expeditione. per totam col. de iud. ex. Bar. in. l.
3. num. 2. & ibi Alex. ad Bar. de furt. D. poſt innoc. in cap. vt
famæ. de ſentent. excommuni. ex. nu. 3. ibi. quia quamuis. quæ
67 faciunt ad can. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. † & ſi officialis ſe-
cula-



cularis in hoc excedit, de exceſſu punietur per ſuum ſuperio-
rem. vt in 1. capite dictę concordiæ continetur. ibi. nos punie-
mus eos. illa vero modica detentio xxiiij horarum non vide-
tur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam. argumen. l. ſi pro
patre. P. ſed vtrum. verſicul. verſum. vbi gloſ. duret verſum.
de in rem verſo. D. Prob. in capit. ſtatutum. numer. 26. 27.
de hęretic. in ſex. alias ad excuſandum factum ab iniuria,
maior dilatio conceditur. Dec. in l. quicquid calore iracun-
dię. numer. fin. D. de regul. iur. ex Luca de Penn. in l. om-
nes omnino curiales. verſicul. ſed pone titius. ibi. ſed quan-
68 to tempore. De decurionibus. C. Deinde † obſeruandę prag-
maticę Ferdinan. ſecund. factæ in anno 1496. cap. item ſe-
ñor, ſia de voſtra merce ordenar. vbi præfigitur terminus iu-
dici ſeculari, intra quem exigat depoſitionem à clerico cap-
to, & per iudicem eccleſiaſticum cuſtodito, qui terminus
computatur à die reſtitutionis factę ipſi iudici eccleſiaſtico,
per ſecularem poteſtatem. Tum etiam pragmatica Petri
tertij data 5. id. Auguſt. 1339. eſt in compilatione antiqua &
in nou. titul. de capturas e liberatio de clergues. capit. 1. pro-
danda copia proceſſus facti per ſecularem iudicē, iudici eccleſ.
69 † alia quoque pragmatica eſt in eodem titul. Ferdinandi pri-
mi ſub data Barcinonę. 20. Iun. 1413. qua fuit iniunctum
ſecularibus iudicibus detinentibus clericos ſimplices vel con-
iugatos, qui ſuum priuilegium allegarunt, vt eoſdem cleri-
cos exhibeant abſque mora & recognoſcendi copiam liberam
faciāt. adde, quod ſi clericus captus exhibeat clericale priuile-
gium in regia audien. iudex ſecularis, de priuilegio clericali
cognoſcet. quia facti quæſtio eſt, non iuris. Aufrer. Regula.
1. fallen. 9. 19. latiſsime Couar. vbi ſupra. cap. 32. numer. 3. 4.
Alia reperitur in eadem compilatione antiqua, in volumine
pragmaticarum Petri tertij. Cęſaraug. vltima die Maij 1357.
& in noua compilatione eo. tit. de captu. & liberat. cleric. quam
regij officiales præſertim excubiales obſeruare debent, dum ar-
ma clericis auferunt. plures alię reperiuntur pragmaticæ
factę

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tacte contra clericos coniugatos, quę ſunt pariter obſeruan-
dę. hę ſunt in titul. de coſas prohibidas a clergues. & pro habi-
tu & tonſura, eſt obſeruanda prag. Petri 3. ibid. ſub. c. 9. & vlt. et
in tit. de iuriſd. om. iud. tit. de contentione iuriſdict. & occupat.
70 temporalitatum. eſt † autem iuſte ac merito declaratum cleri-
cos coniugatos, pro debitis ciuilib. & pręſertim mercantilib. ca
ptos per iudices ſeculares, tradendos eſſe iudici eccleſiaſtico, ſi
clericale priuilegium allegauerint, cuſtodiendos per eum & li-
berandos ad cognitionem iudicis ſecularis. cap. 11. ſuper alterca-
tione vertente. tit. de iuriſdict. om. iudic. & cap. 12. Franciſcus
Torres. eodem. vol. 2. quę omnia & ſimiles caſus in conſtitutio-
nibus Pontificalib. in eo. tit. poſitis. cap. 14. 15. 16. continentur.
ſed in debitis mere ciuilib. vix vnquam clericus coniugatus effu-
git cognitionem et examinationem iudicis ſecularis, qui bona
71 tantum diſtringit, non perſonam quia † clerici coniugati non
continentur in concordia. Mier. collat. 1. in curia Gerundæ Ia-
cobi. 2. cap. 27. de bannitis, pro pace & treuga citatis. verſ. ex ter-
tia parte nota. & ideo ex generali obſeruantia in ciuilibus, qua-
tenus non continent perſonę afflictionem, nec diſtrictionem, vt
laici tractantur. Mier. vbi ſup. qui plurib. exemplis rem illuſtrat.
Belluga in ſpeculo. rub. 14. verſ. nunc videamus. num. 35. & ſe-
quentibus. Couar. in pract. cap. 31. num. 7. verſ. & tamen. & late
num. 9. proſequamur nunc reliqua. pone igitur exemplum in
72 proceſſu regaliæ, † in vim vſat. ſimili modo, iuxta formulam ali
quam ex traditis per Guillermum aut Marquillem ſuperius ci-
tatos. continuat autem Guiller. vſat. Moneta. cum vſat. ſimili mo
do. Mier. ſequitur Guiller. coll. 10. in curia Bar. Reg. Mariæ. c.
20. de monetarijs. verſ. vlterius nota. Guiller. ergo in verſ. ſed
quęritur, quæ eſt practica iſtius vſatici. et ibi. prima forma pra-
ctice. ſi in ipſa informatione & proceſſu in vim dicti vſat. facto,
qui eſt de pręcipuis regalibus domini regis, reperiantur culpa-
biles clerici, pręsbiteri, religioſi, poterunt capi in forma ſuperius
73 tradita, & detineri. quia † ſecuritatem datam a lege viua, ideſt
principe, ſiue generalem, vt in tempore expeditionis belli, vel
celebra



celebrationis curię generalis, vel lætitię alicuius publicę, fieri ſo-
let, ſiue ſpecialē, etiā inter inimicos & guerrificantes, quā empa-
ramentu etiam appellamus, vel guidaticū, glo. in d. vſ. ſimilimo-
do. & conſtit. Pet. 3. in curia Perpin. cap. 33. cō per alguns. eſt ho-
die in tit. de iure fiſci. & Mier. coll. 6. in eadē curia cap. quia per
aliquos. ſubrub. de verb. ſignifi. quod verbū, emparamentum, eſt
vulgare huius patrię. ſicut in vulgari ſermone dicimus, tal ampa
ra a tal, contra tal. ideſt, talis defendit, manutenet ac protegit talē.
ſic ergo rex facit emparam. de aliquo. ideſt recipit illū ſub ſua pro
tectione, ſaluagu. ſpeciali & guidatico. Mier. vbi ſup. hoc igitur
emparam. omnes ſeruare tenentur, etiam clerici. Iudaic. in d. vſ. ſi
milimodo. verſ. vnū tñ quęro. per tex. in vſ. quoniā per iniquum,
verſ. fi. conſtituerunt etiā ſępe dicti principes & pręceperunt, vt
oēs homines in eorū patria degentes, ſeruarēt omni tēpore pacē
74 & treuguā; p mare & p terrā, Sarracenis, ſicut illorū pręcepta. †
& ideo in his, oēs perſonę eccleſiaſticę cuiuscumq. pręeminētiæ
ſint ſubſunt dño regi; & eſt hæc illius regalia inter alias. nō ſolū
autē clerici per ſe, ſed & per ſuos ſubditos & ſua locatenētes te-
nent ſeruare treugas, datas per regē alicui principi mūdi, etiā infi
75 deli. quia † hoſti eſt etiā ſeruanda fides, poſt quā fuit promiſſa. ſi
hoſtis eā ſeruet. c. peruenit. in 2. de iu. iu. ex. l. qui fidē. đ trāſac. D.
gl. 1. in d. vſ. quoniā per iniquū. & fides eſt, q̄ in principe potiſsi-
mū debet elucere. Guiller. in d. vſ. qm̄ per iniquū. verſ. ſed quæri
tur, q̄ ſit officiū principis. & verſ. perfęctā fidē. ſeq. Iudai. Marq.
76 in verſ. quęro, † an clerici p ſe & ſuos ſubditos. quia inquit in le-
ge cōdenda iſti eccleſiaſtici nō habent aliū ſuperiorē, in his, q̄ reſ
piciūt publicū & politicū ſtatum. vſ. itē ſtatuerunt q̄ oēs homi-
nes tā nobiles, quā ignobiles. & vſus armorum belli & pacis au
toritas penes principē eſt. Marq. in d. vſ. item ſtatuerunt. Cali. in
Marg. dub. 8. verſ. 39. 40. & omnes prelati de iure Cathalonico
ſubſunt principi, quoad obſeruantiā regaliarū. Calic. in vſ. cum
dominus Raimun. Bereng. q. 2. verſ. ſed quęro an alij comites. &
ibi. quare dicā, quod epiſcopus. Marq. in d. vſ. ſimili modo. verſ.
& ſic nota de iure iſto omnes prælatos. vſq. ad eo ſecuritas & am



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

77 paramētū principis debet ſeruari,† q̃ quidā affirmāt epiſcopum
nō poſſe capere clericū a rege guidatum. Marq. in d. verſ. & ſic
nota.ibi.nota etiā.& in vſ.qm̄ per iniquū.verſ.dicit etiā hic ipſe
78 petr⁹ terreni.† quia guidatica regia ſeruare tenent̃ non ſolū laici
ſubditi,ſed etiā eccl.quod ꝓcedit ex gn̄ali iuriſdictione ſuprema
quá habet princ. in ſuo dominio.vſ.oēs,homines avicecom.vſq.
ad inferiores milites.etiā quo ad homines p̄lato.Guill.ibi.in verſ.
& per hunc vſ.Marq.ibi.verſ.& per hunc vſa.& fuit ſæpe ſerua-
tū clericis datū guidaticū ꝑ regē,ab eorū p̄latis. Marq.in d. verſ.
dicit etiā hic.igit̃ clerici hoc proceſſu cōpræhendent̃,qui in vim
79 regalię vſ.ſimili,modo.fit per dn̄m regē.quia† et clerici gaudēt&
vtunt̃,ad ſuum cōmodū & ſuam ſecuritatē,pace & treu. tá legis
viuæ.d.vſ.ſimilimodo.quā legis mortuæ.d.vſ.auctor.& roga. 2.
Guill.ibi.verſ.& nota quod hic vſ.loquit̃ de treuga data per legē
mortuā.& ideo clerici beneficio vſ.vtentes,ſeruare debēt eorum
80 diſpoſitionē.† Accedit,quia eccleſia tenet̃ ſeruare cōſuetudinē re
gionis,in qua ſita eſt.c.cū veniſſent.de eo qui mittit̃ in poſſ.cau-
ſa rei ſeruādæ.maxime ſi nō eſt contraria canonū ſtatutis.can.il-
lud.can.nos conſuetudinē.12.diſt.can.illa autē.vbi gl. ſocietate.
ead.diſt.vnde efficit̃ nō eſſe inhibitū clericis ſeruare vſ. & cū eo-
rū beneficio vtant̃,tenētur eos ſeruare.Marq.in d.vſ.ſimilimodo.
verſ.vnū tū quęro.ibi.quid dicendū.vſat.odioſi non ſunt a cleri-
cis cuſtodiendi.ibi.Marq.verſ.vſaticos autē odioſos.idē in alijs le
gib.& conſuetudinib.obſeruādū ſcribit eo loci,ex antiquis petro
Terreni & Raimun.Baliſt.huc pertinet tex.in c.perpēdimus.de
ſent.excōm.c.cū non ab homine.eo.c.1.de apoſtatis.ex.loquēdo
81 de clericis ſimpliciter tōſuratis,vel coniugatis. quia hi † ciuiliter
& criminaliter in perſonis & bonis poſſunt diſtringi ad ſeruādá
ſecuritatē datá per principē in vim.d.vſ.ſimili modo.glo.fi.in d.
82 c.1.de apoſta.clerici† enim vel ſimplices vel cōiugati,iſtis delictis
enormib.ſe immiſcentes,nō gaudent priuilegio clericali.d.gl. fi.
Couar.qui hoc latius tractat in pract.c. 32.nu.2. quia iſti clerici
ipſo iure & abſq.aliqua declaratione amittūt clericale beneficiū,
ſi ſe enorminatib.immiſceāt. Couar.vbi ſup.cap.32.num.2.3.ſed
ęquius



æquius & iuſtius erit declarationem præcedere præſertim in cle
ricis conſtitutis in ſacris ordinib.ibid.nu.2.verſ. vnde mihi plus
83 placet poſterior opinio.† In hac prouincia tam ſimplices clerici,
quā coniugati,& alij quicūq.eccleſiaſtici,regulares,aut ſeculares
admittuntur allegātes priuilegiū clericale & fori exceptionē. &
ſecularis iudex tenet̃ ſuper ea re firmare contentionē cū iudice
eccl.quē delinquens clericus adiuit.& ſeruat̃ in hac re forma con
84 cor.R.Eleeo.& Bertra.Cardi.Conuena.& donec † contentio ſit
declarata, eſt ſuperſedēdū in executione ſententię etiā ſi eſſet dā
nat⁹ in loco ſupplicij.Coua.vbi ſup.c.33.n.2.ſed tunc ad expenſas
condēnabit̃ talis clericus vel eccleſiaſtica perſona ratione retar-
datę exceptionis,vt ſuperius dixi.ſed per quē iudicem, ſecularē,
an eccleſiaſticum ? in hac prouincia fiet condemnatio per can-
cellarium. ſed quid de iure communi? dixi ſup. & tractat. Co-
uar.in d. nu.2.verſ.clericus vero. Rupella.lib.4.cap.6.verſ.quin
& pręſenti ſupplicio.& ibi additur. & vidi his proximis annis
quendam domnum Chriſtophorum de Barutello, ereptū quaſi
a manibus magiſtri altę iuſtitiæ ſiue carnificis.quia pro executio
ne ſentētię cōtra eū latę,vt decapitaret̃ in platea regis præsētis ci
uitatis Barc.omnia erāt præparata.is autē allegauit ſe eſſe regu-
larē profeſſum:et fuit firmata cōtentio inter curiā eccle. Epiſco
pi Barc.& regiā aud.quid poſtea acciderit durāte cōtentione,nō
refero.hoc vnum ſcio,ipſum hodie viuere et in gratia et pace do
85 mini regis.trāſeamus ad† pręsbiteros& alios clericos in ordinib.
conſtitutos,beneficiatos , regulares,nō exutos clericali priuile-
gio,ſi qui forte deprehenſi ſint in proceſſu regalię in vim d. vſ.
ſimili modo,facto? hi quidem capi poſſunt ſeruata forma ſupe-
86 rius tradita , ſed vltra xxiiij horas non poſſunt detineri. † quia
perſonas eorum non poteſt rex diſtringere nec punire crimina-
liter : c. ſi iudex laicus.de ſent.excōmu.in ſex.quidquid in cōtra
riū gallia ſeruet,quę d.c.ſi iudex laic⁹.nō recepit nec librū ſexti
decretaliū.Ign.vbi.ſup.par.2.n.13.& 116.& par.1.n.434.Car. de
Graſ.vbi.ſup.lib. 2.c.1.verſ.inſuper nō eſt omittēdū. ibi.propter
quā cōtrouerſiā,orta ſūt bella.Coua.d.c.33.n.1.verſ.apud gallos.
V 2 Rupell.

Rupell. lib. 4. inſtit. forenſ. cap. 6. de executione ſententiarum
capitalium. ſed rex Franciȩ de facto plerumq. in his procedit.
vt Calic. ſcribit. & videtur Couar. vbi ſup. ſentire. & Petrus Ia-
cobi in tit. de condict. ex morib. ſuper arbore regũ Franciȩ. verſ.
quidam dicunt ea, que ſequuntur. vel forte gallia ex indultis apo
ſtolicis, quȩ multa habet, vt ex libris Caroli de graſſalijs colligi-
tur, & concordatis Rebuf. hoc defendit. ipſi hoc viderint. nos
enim quoties in quauis parte iudicij, etiam præſenti ſupplicio, cle
ricalis priuilegij aut religionis opponitur exceptio, ſuperſede-
mus in cauſa, & firmatur contentio, eaq. pendente iudex ſecularis
87 nihil exequitur. † totus ergo diſtrictus præsbiterorum, religioſo
rũ, & aliorũ clericorũ etiã ſimpliciũ vel coniugatorũ, quoad eo-
rũ perſonã, eſt ipſorũ Epiſ. vt in c. 1. 2. d. concordiȩ eſt expreſsũ.
88 & facit. d. vſ. laudauetunt etiã. ſane vbi † de clericali priuilegio
dubitatur, & an captᵒ a iudice ſeculari eo gaudere debeat, diſcep-
tatur firmata cõtentione, reus in cuſtodia iudicis ſecularis adſer-
uat. c. 2. de cõtẽt. iuriſd. & occup. tẽp. vol. 1. nec hoc iuri & rationi
aduerſat, ne ſuo caſu iudicis ſecularis ſentẽtia ſit eluſoria. Couar.
vbi. ſup. c. 33. n. 4. regulariter & ceſſante diſpoſitione iuriũ huius
prouin. clericus durãte cõtentione ſui priuil. apud iudicẽ eccleſ.
89 detineri deberet, ſub fida cuſtodia. Coua. ibi. n. 3. 4. † quo vero ad
bona clericorũ, preſbiterorũ, religioſorũ poteſt iudex ſecularis in
vim proceſsᵒ regaliȩ d. vſ. ſimili modo. diſtringere dictos cle. preſ
biteros, et religioſos, ad obſeruãtiã emparamẽti et guidatici, & p-
uenire ad occupationẽ bonorũ, ideſt, tẽporalitatũ; intelligẽdo tẽ-
poralitates, vt alibi declaraui, & ſeruãdo formã prag. R. Mart. et
aliorũ principũ in eadẽ occupat. đ qua extãt integri tit. ſȩpe citati.
vtetur et alijs ciuilib. remedijs, de quib. ante dixi. et facit tex. in c.
cũ parati. de appellat. ex. ibi ꝙ in legatione regis eſſes. vbi gl. in le
garione. ibi. ſi mãdatũ regis præueniat. et Dec. plene notat. n. 8. 9.
90 † in omnib. enim ꝓceſsib. regaliȩ qui contra eccl. pſonas in hac ꝓ
uincia fieri poſsũt p dominũ regẽ ꝓ ſua ſuprioritate, receptũ eſt
vt nõ tñ p occupationẽ tẽporalitatũ cõtra eos ꝓcedat, ſed etiã p
alia remedia legitima, vt regalia iura et iuriſd. regia redintegraret





ſicuti antea expoſuimus, cum de iudicibus apoſtolicis delegatis
turbantib. iuriſdictionem regiam & mittentib. falcem in alie-
nã meſſem loquebamur. ſic loquitur concordia. ibi. ſuper eo ve-
ro, quod conſtituerunt de temporalitatibus. eſt hodie in tit. de
content. iuriſd. & occupat. temporalitat. cap. 1. volu. 2. verba con-
cordiæ ſunt. Empero la on euidẽtment o notorial, la iuriſdictio
reyal per los prælats es empatxada, qui per los proceſſos empat
xẽ e occupen la iuriſdictio tẽporal, la doncs nos deuen marauc
llar los prelats, ſi per exercici de la ſua ſuperioritat, la qual vni-
uerſalment ha ſobre totas las temporalitats de ſon regne, a de-
fenſio de ſon dret notori, aiuſta remeys, ſa enrera per ſos prede-
ceſſors acoſtumats. hoc eſt, dudũ a ſuis anteceſſorib. aſſueta. põ-
derabis verbum, remeis. vt intelligatur plura remedia compete-
re regi, pro defenſione regalium ſuorum, & eſt ſtandum cõcor-
diȩ auctoritate apoſtolica initȩ & firmatæ inter regẽ & eccleſiã.
cardinalis etenim Conuenarum habuit mãdatum a ſummo Põ-
tifice pro firmanda dicta concordia. & extant litterȩ Gregorij 11.
tunc ſummi Pontificis directȩ Bertrando Cardi. Conuenarũ, &
aliȩ literȩ directæ R. Eleeo. ſub data. 5. calen. decemb. Põtificatus
anno primo. ex quib. decidit Mier. coll. 4. in cur. gerund. Iacobi.
2. c. 27. de bannitis. verſ. & per hoc alias dixi. ibi. & ideo ratio. ſe-
cularem iudicẽ eſſe iudicẽ cõpetentẽ clerici coniugati in caſu
91 prȩdicto. † in Clericis coniugatis repertis culpabilib. in proceſſu
regaliæ in vim vſ. ſimili modo. ſi agatur condictione ex vſatico,
ad emendam dãpni dati per clericum coniugatum, vel ad obſer-
uationem guidatici aut treugȩ, totus hic proceſſus pertinet ad re
gem, & coram eo tenetur clericus reſpondere: quia iſtud iudiciũ
ſic intentatum, eſt mere ciuile. vſ. treuga data. & in conſtitut. no-
uerint vniuerſi: quȩ eſt Iacobi primi. & ſic fuit iudicatum inter
dominum regẽ Iacob. pri. & Raymu. vicecomitẽ Cardonȩ, in
proceſſu, quem tranſcripſit Guiller. in d. vſ. ſimili modo. verſ. pri
ma forma practicȩ ſiue proceſſus. Marq. verſ. quȩro. 26. ibi. pri-
ma formatio, ſiue proceſſus. facit tex. in cap. 1. de cleric. coniug.
92 lib. 6. vbi Io. And. notat. † in iudicio condictionis furtiuæ clericũ

coniug.teneri reſpondere coram iudice ſeculari.plenius Couar.
in d.cap.31.nu.6.verſ.prima contentio.ibi.& tñ verus ſenſus.&
ad rem faciunt q̃ ſcribit Boſſ.tit.de decreto mediolani.vt intelli-
gatur quod ſit ciuile iudiciũ.& eſt ratio, quã ponit Monach.ibi.
nu.1.concilians.d.cap.1.cum cap.cõtingit.de ſentent. excõmun.
ex.& alijs iurib.ibi allegatis.quod illa loquãtur in clericis ſolutis.
d.c. 1. de coniugatis, qui leuius amittunt priuilegium clericale.
quia iã non tenẽtur viuere clericaliter.cap.Ioãnes.cum duo.ſeq.
93 ex.eo.accedit,quia † priuilegiũ conceſſum ratione profeſsionis,
vel officij,tandiu durat,quãdiu,quis tenet profeſsionem vel offi.
Bart.in l. maximarũ.de excuſat. muner.lib.10. C. idem in l.qui
ſub prętextu.de ſacroſ.eccle.C.Prob.qui plura ſcribit in confir-
mationẽ.in d.c.1.n.17.de cleric.coniug.hoc idẽ probat tex.in d.
concordia.in P.ſup vero proceſſu pacis& treugæ.ibi.quod ex di
ctis proceſsib. præsbiteri vel clerici ſoluti, poſſent trahi ad iudi-
ciũ vicarij,ſeu alterius iudicis ſecularis.ſed ſolũ moneri,nõ tamẽ
iudicialiter,ad obſeruandã formam pacis.eſt hodie.cap.2.de pa-
ce & treuga,in 2.vol.conſtit.& iuriũ huius patrię.& ideo clerici
coniugati cũ vnica & virgine & habitum,& tonſurã deferentes
iuxta iura canonica etiam decreta ſacri concilij Tridentini, in
pace & treuga & illius proceſſu & alijs, ciuiliter inſtitutis & for
matis,ſeu quo ad ciuilitatem tantum, remanent de foro regio,
& hoc iure vtimur in Cathalonia.Calic.in tract.de pace & treu.
quæſt. 7. & ſuperius latius docui. Mier. collat. 4. in curia Ge-
rund. Iacobi.2. cap. 27. de bannitis, pro pace & treuga citatis.
94 verſ. ex tertia vero parte, &c. per tres columnas. † Quod ſi iu-
dex ſecularis in vim proceſſus vſat. ſimili modo, aut ſimilium
regaliarum, procedat contra clericum vel aliam perſonam ec-
cleſiaſticam regularem, aut ſecularem criminaliter ad pœnam
corporalem infligendam eius perſonę, vel pecuniariam fiſco
applicandam; hoc caſu dominus rex & Comes Barcino.non po
teſt diſtringere clericum aut religioſum nec clericum coniu-
gatum. cap. 1. de cleric. coniug. in ſex. cap. nullus iudicum.de
foro compet. ex. cap. ſi iudex laicus. de ſentent. excommu. in
ſex.



ſex.Couar. late. vbi ſup. cap. 32. 34. Vant. de nullit. cap. 9. de
nullitate ex defect. iuriſdict. ordin.nume.101. & ſequent. Dec.
conſil. 150. nam omnes tales perſonę ſunt exemptę a iuriſd. ſe-
culari,etiam clerici in minorib.conſtituti.Dec.d.conſ. 150. licet
(inquit ille)ex cauſis rationabilib.ſeculares iudices đ cauſis iſto-
rum quandoq.cognoſcunt.ibid.verſ.licet quandoq.& citat au-
thores.idẽ cap.14.qualiter proceſſus, qui dicũtur nulli. reparari
poſsint.nu.4. hoc igitur caſu totus diſtrictus eſt epiſcoporum.
& clerici per iudices ſeculares capti ſeruata forma ſuperius tra-
dita,ſunt ſuis iudicib.reſtituendi.& hoc in d. concordia cõtinetˀ
in P.& in primis.ibi aliquã iuriſd. non exerceat dictus dominus
rex,inquoſcunq.clericos,licet malefactores:imo ſi malefactor in
virtute proceſſus prędicti cõprehenſus clericus reperiatur,quod
remittendus ſit eccleſiaſtico iudici, iuxta canonicas ſanctiones.
& hoc modo eſt intelligendus & declarandus Iudaic. in d. vſat.
ſimili modo.in fine. hic modus procedendi criminalis fuit obſer
uatus per dominum R.Iacobũ.1.contra Symonẽ Ricardi ciuem
Barc.quẽ proceſſum ſcripſit in ſuis cõmentarijs Guiller.vbi ſup.
ver.alja forma eſt per modum inquiſitionis.ſequitur Marq.ibid.
95 † Alterum exẽplũ poteſt eſſe in proceſſu regalię in vim vſ.auct.
& rogatu.2.nam & eo proceſſu poſſunt cõpręhendi clerici.quia
regalia regis eſt & de pręcipuis.Iudaic.ibid.& in eo fit proceſſus
ciuilis et criminalis, vt ſuperius in alio proceſſu regaliæ fuit de-
claratum. et ſi in eo reperiantur clerici culpabiles, erit proce-
dendum per dominum Regem, et eius officiales ſeruata diſtin-
ctione in præcedenti exemplo explicata, et ſeruata concordia
Reginæ Eleeonoræ, cum alijs iuribus huius patriæ ſuperius ci-
tatis. Marquill.in dict. vſat. auctoritate et rogatu. verſicul.no-
ta quarto, quod nec non ego dictus Guillermus. ibi. et eſt ra-
tio quia iſte proceſſus fit ad inſtantiam partis, et eſt ciuilis in
vndecupla quoad partem, et quoad Principem, quan-
tum erit iuramento dictum.Iudajc. in verſ. et forte ex hoc pro-
ceſsit ſtilus qui eſt talis, et verſ. ſed quæro, an ſub his verbis.
ſed contra clericos coniugatos ſimplum dãni, non vndecuplum



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

dabitur.quia reliquum pœna eſt.iudaic,ibid. in verſ. nunc pœ-
nas violatoris ponit.cętera ex precedenti exemplo petantur, quę
96 huic exẽplo ſunt accõmoda.† ſane via facti &per acuidamẽtũ ali
quando rex Aragonię reperiturproceſsiſſe contra clericos,etiam
ſimplices, & in ordinibus conſtitutos , & regulares , iure ſcilicet
belli,& tamq. pars, non tamq. iudex qui talem clericum male-
factorem acuidauit & diffidauit.nec hoc caſu citatio requiritur;
quia non proceditur iure ordinario, nec requiritur aliquis actus
iudiciarius. ſicut in ſimili.in cap. 1. de homicid. in ſex. cap. ad
apoſtolicę.de re iud. eo.lib. nec obſtat tex. in cap. 1. de cleric.cõ
iug. lib. 6. quia loquitur, quando iudicialiter procedit iudex ſe-
cularis. in hac regalia poteſt procedere princeps iure belli, quan
do procedit princeps vt pars. & hoc modo procedendi proceſsit
plerumq. rex Aragonum.Guiller.in vſ. ſi quis contra alium.qui
bene venit ponderandus. ſummaria tamen informatio recipitur
per principem ad informandum ſuum animum abſq. partis ci-
tatione & auditione. in ſimili notat Innoc.in cap. ex parte.num.
1. ibi.proſequamur hanc materiam. de verbor.ſignific. ex. in ca.
venerabili.nu. 4. ibi. & quamtumcumq. de cenſib. ex. hoc mo
do fuit proceſſum per regem contra Arnaldum de Bardaxi con
mendatorem de aſco, & contra alios quam plures, quorum mẽ
tionem facit. Marq. & de doctoribus qui ita conſulerunt. in d.
vſ.auctoritate & rogatu.verſ.nota ij.quod hic, ſub dicto verb. ſi
quis. ibi.& ita fuit iudicatum. & verſ. ſed iuxta hoc quæro. &
verſ. de practica vero numquam, vt ipſe refert. & in d. verſ.ſed
97 quæro, an ſub his verbis. ex quo apparet † plura remedia com-
petere domino regi contra clericos malefactores , & inter alia
hoc quod eſt nimis graue per acuydamentum, diffidationem &
guerram. Calic. in Marg. dubio 8. verſ.90. & in dubio. 7. rub.
de pœna diffidationis, acuidamenti & banni principis: quo caſu
princeps vt pars et inimicus perſequitur in perſona& bonis,quẽ
cumq. ſiue laicum, ſiue clericum incidentem in vſat.auct. & ro
98 gatu. & guerrificat contra eum. Marq. ibid. & † quid operetur
hęc pœna acuidamenti. idem Marq. in verſ. ſed pro deo quid
prodeſt.



prodeſt.& ibi. itẽ hęc pœna acuidamenti.& legimus hac via pro
cedendi in vim vſat.auct.& rogatu.2.Olim antiquis temporibus
regem Aragonum & comitem Barc. quandoq. vſum contra
99 prælatos ſui regni.poteſt proponi † 3. exemplum in proceſſu re-
galiæ, qui fit in vim vſat. camini & ſtratę.nam & in hoc proceſ-
ſu contra clericos & eccleſiaſticas perſonas,que culpabiles repe-
riuntur erit procedendum tam in capiendo perſonas culpabi-
les, quãm alias in reliquo cauſæ diſcurſu & executione, ſecun-
dum prędictam diſtinctionem,ſiue ciuiliter agatur ad emen-
dam,ſiue criminaliter ad pœnam vel corporalem vel pecunia-
riam fiſco applicandam,ſecundum varias formulas agendi tra-
100 ditas per Guiller.& Marq.in eo.vſ.camini & ſtratæ. † Quartum
exemplum eſt in vſat. alium namq. Marq. in verſ. oppreſſum.
ſubaudi,ſiue clericum, ſiue laicum,& ibi. ſiue opprimens eccle-
ſiaſticus ſit,ſiue laicus. & ibi. ſed quid ad dominum regem de
pręlatis. ſi ergo oppreſſus recurrat ad principem & conquęra-
tur de opprimente & vexante,vel ex officio princeps oppreſſum
ſubleuare intendit, & in proceſſu regaliæ in vim d. vſat. alium
namq. facto,reperiuntur culpabiles clerici aut aliæ eccleſiaſticæ
perſonæ, erit procedendum ſecundum formam ſuperius tradi-
tam.ſed & alia diſtinctio in proceſſu erit adhibenda,an procedat
clericus,vt iudex,(vt in delegatis ſæpe contingit) an vt priuatus,
vt in alijs diſcolis & parum moderatis clericis ſolet euenire. va-
rie ſi quidem remedium vſat. alium namq. poteſt practicari &
ciuiliter, & criminaliter, & ad emendam, & ad pœnam,ſecun-
dum varias ſpecies oppreſsionum & afflictionum , vnde reſul-
tant varia delictorum & criminum genera,nec poteſt in his dari
101 certa forma. † cum plura ſint negocia, quam vocabula.l. natu-
ra enim. de preſcript. verb. D. & ſcribit in ſimili Marquill. in
vſ. moneta.verſ. nota quod diuerſa ſunt pax & treuga. ibi.dicas,
102 quod de his.† opprimunt ſi quidem potentes , & magnates,
humiles & inferiores. & vel iudicialiter vel extraiudicium. &
vtroq.caſu poteſt eſſe recurſus ad principem.Mieres. collat. 10.
in curia Bar.Reg. Marię cap.4. volents las conſtitutions. col. 3.
verſ.

verſ.ſed quid ſi dominus rex.nam cauſæ oppreſſorum non ſunt
circunſcriptæ regula & finib.ac limitib. vicariarum aut baiulia-
rum. quia ſub regalibus regijs reſeruantur. opprimit dominus
103 vaſallum, aut iudex ſubditum ſuum. & hi quoq. quia † regula
riter ſuperioribus etiam iniuſte procedentibus non eſt reſiſten-
dum.l. prohibitum. de iure fiſci lib. x. C. & l. defenſionis facul
tas.eo. cap.ſignificaſti. de homicid, ex.recurrunt ad principem.
Mier.in ead.coll.cap.item per tolre vexations.rub. de commiſ-
ſar.in hib.col. 5.verſ. ſequitur in tex. P.e quels puga eſſer reſiſtit.
& col. ſeq. recurritur autem, vel per appellat. vel per recurſum,
104 vel ſimplicem quęrelam.vſ. ſimiliter.& ſi ſenior. † opprimitur
reptatus a reptatore, & acuidatus a ſuo acuidante & diffidante.
ſi,poſt firmam iuris compellitur guerreiare, vel duellumſuſcipe
re;& ideo dominus rex debet eum recurrentem manutenere
& defendere paratum ſtare iuri coram domino rege, in forma
expiandi & purgandi bauſiam & reptamentum, ad curię lauda
mentum.in conſtit. notum ſit cunctis. P.item ſub hac pace con-
ſtituimus,quod ſi aliquis nobilis,militem ſuum reptauerit.de pa
ce & treuga. not. invſat.bataia. & in vſat. cunctum malum.vbi.
Guiller. verſ. ſed quęritur.ibi. imo eo caſu.et verſ.ſed quid ſi ali
quis baro.& ibi ſed ſolũ acuidatus ex dicta firma iuris.&in ſequẽ
tib.col.plura de hac firma iuris factaper acuidatum.col.4.5.& de
varijs formulis eiuſdẽ.Guiller.in d.vſ.bataia.col.2. verſ.ſed anex
quo reptatus cõtumaciter.& col.ſeq. & in vſ. ſi quis in curia. &
ibi.Marq.notat curias,in quib.reptatus debet cõparere. quia eas
excuſare nonpoteſt.ibi.& nota,quod duæ ſunt curiæ ordinariæ.
105 † formulá procedendi in oppræſsione ſenioris facta contra vaſ-
ſallũ,ponit Mier.in tract. afflict. & oppreſsionũ.verſ. modo vidẽ
dũ eſt,qualiter liceat afflictis & oppreſsis recurrere ad principẽ.
ponitur autẽ ſupplicatio recurrentis, & prouiſio facta in perſona
regis, cũ monitione ad ſeniorẽ.& eſt obſeruãdũ,quod recurrẽs
debet dicere ſe eſſe afflictũ & oppreſſum, & narrare modũ afflic
tionis, nã hæc qualitas fundat regaliam & facit cauſam euoca-
bilem ad conſiſtorium principis, licet non probetur. alioquin de
iniuria



106 iniuria & forisfactione poſſet conqueri corã vicario, † ſed prop-
ter impotentiam officialium ordinariorum, recurritur de afflic-
tione & oppreſsione ad principem iudicem magnatum & po-
tentiorum. & hæc eſt maxima regalia principis, per quam tra-
107 hit ad ſe cauſas,ex quacumq. parte ſui regni cathalonię. † quia
regalię non continentur in conſtitutionibus vt ſæpe dixi. Mier
in d. cap. volents las conſtitutions.verſ.ſed quid ſi dominus rex.
& in dict. capit.item per tolre vexations. verſ. non obſtat hæc
conſtitutio. & in hac regalia fundantur cauſæ quamplures,quæ
ſub hoc prętextu ad regiam euocantur aud. quia officiales ordi-
narij non ſunt potentes, aut ſunt negligentes. et vocantur euo
108 catæ cauſæ. † ſufficit autem recurrentem cauſam afflictio-
nis et oppræſsionis exprimere in ſupplicatione, quam offert
principi, licet ea non probetur, et licet ab aduerſario negetur.
Innoc.in c. cum ſit generale.verſ.oportet tamẽ.quod ſemper de
109 foro cõpet.ex.butrius in c.ſiclericus laicum eo.ait Innoc. † nota
raptores rerũ eccleſiæ eſſe ſacrilegos,et id circo pertinet ad iudi-
ciũ eccleſiæ de his cognoſcere.Can.nulli liceat prædia.Cano. de
laicis.12. q.2.imo etiãſi ſit dubiũ,puta quia negetur rapina,tamẽ
cognoſcet eccleſia.Can. in canonib.16.q.1.quinimo non ſolũ de
rapina,ſed đ qualibet etiã oppræſsione,nõ ſolũ clericorũ,ſed etiã
pauperum cognoſcet eccleſia.Can. ſi quis de potentib. 24. q. 3.
110 et ibi glo.1.oportet † tamen, quod recurrens sẽper in petitione
mentionem faciat de opprę ſsione,et ſuper illa fundet petitionẽ
ſuam: et ſi pars aduerſa neget, nihilominus procedetur in cau-
ſa principali. hęc ille.ſed ſubijcit Mier. vbi ſupra. hęc verba li-
cet a modico tempore citra viderim in regia audiencia intro-
duci,ꝙ ante citationẽ,exigunt probationẽ oppreſsionis allegatæ
et faciunt interloqui, et ex hoc habent xxv. lib.pro ſalario, ſi-
cut etiam fit in qualitate paupertatis.ex conſtit. Reg. Ferdinan.
ne ex beneficio. quę loquitur de miſerabilib. perſonis. ſed certę
(ait) iuxta notata per Innocen.ſufficit in libello exprimere op-
prę ſsionem, quia ſuper ea fundata eſt iuriſd.domini regis etiam
ſi negetur, et ſine interlocutione procedetur ad cognitionem,
oppreſsionis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

oppreſsionis allegatæ,de qua ſi legitime conſtiterit, condemna-
bitur reus,alioquin abſoluetur.cap.fin.de iure iuran.ex.quia do-
minus rex habet generalem & indubitatam iuriſdict.& ideo ſo-
la cauſa oppreſsionis eſt probanda,vt oppreſſus reſtituatur,& ea
non probata,ſequetur abſolutoria,& recurrens punietur ſaltem
in expen.in paupertate eſt alia ratio, quia eſt qualitas perſonæ,
111 non rei & ideo eſt probanda.hęc ille †.Sane,quod de iudicio ec-
cleſię dicit Mier. tametſi ipſo iure veriſsimum ſit; tamen rex nō
patitur eo prętextu,videlicet oppręſsionis, afflictionis,.malæ tra
ctationis cauſas per pauperes,miſerabiles, pupillos, & orphanos
ad eccleſiam trahi:quia nō poteſt conſiderari negligentia in ſuo
tribunali; cum ob eas potiſsimū perſonas regia aud.ſit inſtituta.
Mier.qui hoc plurib. confirmat. in d. conſtit.35.ne ex beneficio.
in curia Bar.Ferdin.1. collat. 9. verſ. ſed dic,quod pupilli & vi-
duę & peregrini.& ibi. ſed conſulo.& verſ. ſed qualiter cogno-
ſcet Papa vel Imperator de oppreſsione. & verſ. ſi quæris, vtrū
cauſę ſeu ſtatus pupillorum.ibi.& in defectu ſeu negligentia iu-
dicis ſecularis.& verſ. veruntamen in Cathalonia dominus rex
non permittit, quod ratione miſerabilitatis vel oppræſsionis ha
beatur recurſus ad iudicium eccleſię. idem Mier. in d. verſ.ſed
conſulo.vult recipi informationem ſuper qualibet miſerabilita-
te. quod hodie eſt exprę ſſe prouiſum. ibidem in verſ. & habet
probari miſeria & paupertas,ſecundum formam d.conſtit.quo-
ad hoc,vt prętextu paupertatis ſeu miſerabilitatis huiuſmodi,
112 fiat euocatio cauſę ipſius pauperis,ſeu miſerabilis.† plures au-
tem afflictionis & opprę ſsionis modos ſcripſit Mier. in d. tract.
afflictionum. qui non dat iudicem ſubditis, & non ſuſpectum,
opprimit,eos.qui ſine iuris ordine procedit opprimit , qui gra-
uiat partē coram ſelitigantem opprimit,qui amparam verbalem
vel realem iniuſte facit,opprimit. qui facta iuris firma non tollit
nec relaxat amparam , opprimit. qui tertio requiſitus non facit
iuſtitiam,qui vaſallum extra ſua ſine conducto prouocat;ſi fir-
mam iuris admittere contradicat & feudum retineat·ſi ſeruitiū
non ſolitum petat & exigat,ſi homagium prę ſtari petat,vltra an
tiquam



tiquam conſuetudinem.c.dilecti filij.de maiori & obed.cap. ſa-
ne.de exceſsib.prælatorum.ex.opprimit & in alijs ſexcentis ſimi
113 lib. caſib.in quibus rex ex debito regalis † officij tenetur & de-
bet releuare quācumq. perſonam iniuſte oppreſſam infra prin-
cipatum Cathalonia & ſuum dominium.d.vſ.aliumnamq.qua-
litercumq. oppreſsio ad notitiam principis peruenerit , etiamſi
opprę ſſus non adierit principem.& ex præcepto diuino regibus
eſt iniunctum populum ſibi commiſſum defendere a calumnijs,
oppræſsionib.et afflictionib.can.regum.23.q.5. epiſtola.inter cla
ras.de ſumma Trinita. C. et ad hoc ſunt miſsi reges per domi-
num.Gomeſ. in P. rurſus.de act.nu.22.Vlcurrinus de regimine
mundi in 2. q. primæ principalis. Corſetus de poteſt. regia.q.1.
et 41. Reſtaurus caſtaldus de Imperatore.q. 4. doct.in l. ex hoc
iure.de iuſtit. et iure.D. et in procem.decret. adde caſum nota-
bilis opprę ſsionis , quando ſenior cogit vaſallum litigare in ſua
curia in caſu non ſuæ iuriſdic.vel quando in ſuo caſu non dat iu
dicem,vel dat ſuſpectum,vel imperitum,vel ſibi domino fami-
liarem,vel ducit vaſallum per ambages eum detinēdo et procra
ſtinando, et eum laborib. itinerib. et expenſis grauando. vel ſi
iudex datus morā facit in iure reddendo et ipſam cauſam differē
do.Mier.vbi ſup.verſ.item in caſu a iure nō conceſſo et ſequen.
114 verſic.† et hoc ius regale recurſus non poteſt ſeparari a corona
regia , niſi rex renuntiaret ſedi regię:nam hoc priuilegiū et ius
altū à Deo datū eſt miſerabilib. perſonis et opprę ſsis, vt habeāt
principem, a quo defendantur.d. can. regū.et in hoc reſidet ſu-
prema poteſtas regia.in vſ.cum dominus Raimundus.ibi.et ſo-
la vero poteſtas regia erit in omnib.libera,qualemcumq. in pla-
citis iuſſerit inferere pœnā. Guiller.ibi.hoc eſt verum,ſi alias. et
ibi.ſed an alijs iudicib.ſit licitum.quandoq.tamē et in caſib. par
ticularib.dominus rex hanc poteſtatem a ſe abdicauit per con-
tractum,per priuilegium,et per legē pactionatam,ſed in vniuer
ſum nou poteſt.Mier.in curia Alfon.4.cap.2.les cauſes.verſ.ſed
nunquid ex priuilegio poteſt concedere.coll.11. et alibi iā tetigi.
ſed et hoc caſu ab abuſu notorio et ſcandaloſo recurſus eſſet ad
principem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

principem. Rebuf. in tractat. de appellat. tanquam ab abuſu. ſed
debet precedere informatio abuſus, parte audita. ante inhibi-
tionem & euocationem. & ſic practicatur. fit enim prouiſio ad
dicendum cur ſupplicata fieri non debeant. & priuilegium vide
tur amittere, qui permiſſa abutitur poteſtate. cap. vt priuilegia.
verſ. ne minus ſane intellecta, pertrahantur ad abuſum. & ibi.
115 quia priuilegium videtur amittere. de priuileg. ex. † Hoc autem
ſaluberrimum remedium recurſus quod ex d. vſ. alium namq.
deſcendit, non ſolum in iudicijs ciuilibus receptum eſt, ſed etiam
in criminalibus. nã cauſæ appellatio continet ciuiles & crimina
les cauſas. rub. ex. de iudic. & ſup. diximus. & multo magis cauſæ
criminales propter afflictionem & oppreſsionem euocantur. &
in perſonis debiliorib. humiliorib. ſubditis, vaſallis, miſerabilib.
pauperib. viduis & ſimilib. oppreſsio preſumitur facilius, quam
in alijs: & ideo harum perſonarum cauſæ facilius euocantur. ex-
tat. hodie in. 1. vol. conſtitut. tit. de appellat. recurſos, reclama-
116 tions e nullitats de ſententias. cap. 12. 13. 14. † eſt enim recurſus
refugium oppreſſorum. Columban. in praxi art. 63. conſolatio
deſolatorum, via iudicum errantiũ. facit. l. ſi quis in ea culpa C.
de cuſtodia reor. ibi. ut iudicib. immodice ſæuięntib. fræni quędã
tẽperies adhibita videatur. Bar. in l. fin. n. 7. de appel. recipiẽd. D.
hoc auxilium ſibi princeps reſeruauit, vt vndecũq. & ex quacũq.
117 parte prouincię ſuę cauſas oppreſſorũ ad ſe euocaret, † & oppri-
mentes reprimeret etiã officiales ſuos. Calic. in Marg. dub. 8. verſ.
66. & trib. ſeq. & d. vſ. aliũ nãq. in quib. cauſis afflictionis & op-
preſsionis princeps multa poteſt. Rebuf. in proœ. ordinat. gallię.
118 glo. 5. n. 48. 49. † eſt autem hoc remedium in omnib. cauſis ci-
uilib. & criminalib. tã in terris regijs, quã baronũ extraordinariũ.
Mier. vbi. ſup. prope finẽ, qui refert aliquorum iudicũ errores in
hac materia. & idem. Mier. coll. 11. in curia Alfon. 4. c. 2. col. 2.
verſ. ſed recurſus ex cauſa oppreſsionis eſt remedium extraordi
nariũ, quod poteſt allegare alius pro alio ſine mandato, ſed habe-
bit effectum grauato ratum habente. glo. fin. in fine. in c. nõ nulli.
P. fin. de reſcript. ex. vant. de nullit. c. 10. de nul. ex defec. iuriſ. de-

legatæ



delegatę. n. 87. & vide eũdẽ in hac materia in caſu cõtingibili. c.
121 9. de nullit. ex defectu iuriſd. ordin. n. 74. 75. 88. 89. † Et licet ba-
ronib. & comitib. & magnatib. ſecularib. vel eccleſiaſticis prin-
ceps conceſſerit merum imperium. vſ. ex magnatib. cap. baro-
nes. cap. ſi aliquis dominus. in commem. Alberti, tamen ſub ea
conceſsione regaliæ non continentur, vt antea dixi, imo ſemper
cenſentur exceptæ, maxime in criminalib. in quib. princeps ex
officio nobili tenetur procedere & iuſtitiam facere & terram pur
gare maleficijs, propter generalem, quam habet iuriſd. quam nõ
poteſt a ſe ſeparare vt dixi. & licet exercitium meri imperij con-
ſiſtat in animaduerſione contra facinoroſos, affligentes, oppri-
mentes, & hoc baronib. ſit conceſſum: tamen princeps appo-
nendo manum & volendo cognoſcere de huiuſmodi criminib.
ex cauſa alicuius qualitatis, quæ reſpiciat regias prerogatiuas &
iura alta principis, recuperat princeps exercitium meri imperij â
baronibus in illa cauſa, & illorum manus ligat, ne poſsint de illa
cauſa cognoſcere, niſi adiuuando regaliam & proceſſum princi
pis. ſic accidit in regalijs, puta ſoni emiſsi, pacis & treugę. vſat.
camini & ſtratę. Moneta. auct. & rogatu. ij. ſimili modo. alium
120 namq. quinimo † iſtos proceſſus poteſt facere regius officialis,
cui hoc committitur, in terris baronum etiam eccleſiaſticorum.
in pragma. infantis Iacobi. ceruarię. 4. Calen. Aug. 1344. in an-
tiqua compilat. rub. ſegueixenſe diuerſas pragmaticas etc. verſ.
los officials reals. & ſic limitatur tit. que los officials no entren
en iuris. de altri, ni hi poſen ban. Mier. colla. 2. in curia Barc.
P. 2. cap. 6. de iuriſd. omni. iud. circa medium. vbi ponit aliam
121 Fallentiam ad dict. tit. que los officials no entren. etc. † ſed an
barones ſint citandi in examine cauſarum iſtorum oppreſſorum,
quę euocantur ad principem, & an de compoſitione criminum,
ſi forte fiat in curia principis, partem habeat baro, an totam.
compoſitionęm? & an in omnibus regalijs ſit eadem ratio.
Mieres explicat in eodem. tract. circa finem. ibi dubito valde,
ne de facto. quod opus compoſuit in gratiam gaſparis Mie-
res filij ſui in iure canonico ſtudentis, in anno 1460. ſicut alter

Marcus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО УНІВЕРСИТЕТУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Marcus Tullius Cicero partitiones oratorias in gratiā Tulli filij
ſui. Enimuero aliquādo, perraro tamen, quilibet ſuperior in cauſ.
oppreſsionis & afflictionis tenet vicem principis. exemplum in
colonis, ruſticis, agricolis, qui ſi propter afflictionem & oppreſ-
ſionem a ſuis ſenioribus recurrere haberent ad principem, di-
122 ſtraherentur a cultura omnib. mortalibus neceſſaria. † & ideo eſt
ſpecialiter ſtatutum in eis, vt recurrant ad proximum ſuperiorē
etiam non ordinariam ipſius ſenioris. Platea in l. 1. in ſine. in qui
bus cauſis coloni dominos accuſare poſsint. lib. xi. C. licet glo. po
terit. in d. l. 1. reſtringat tex. ad iudicem rei alioquin compe-
tentem. ſed eſt aurelianenſis, quæ deſtruit tex. qui alias nullum
ſpeciale contineret. ait tex. adeat iudicem, cuius primum pote-
rit habere preſentiam. huc pertinent, quæ traduntur in l. vt vim
123 de iuſtit. & iure. D. in l. non eſt ſingulis. de regul. iur. D. † re-
deamus ad exempla proceſſuum regaliæ, in quibus poſſunt cle
rici comprẹhendi, & poteſt princeps ſub certa forma contra eos
procedere. & vt vno exemplo plures caſus comprehendam, ſi ad
inſtantiam fiſci procuratoris in curia procuratoris Cęſaris proce-
datur ideſt baiuli generalis aut procurat. regij, vel in regia audiē
tia pro recuperatione, defenſione bonorum & iurium domini
regis, & in quibus rex eſt tanquam priuata perſona, vt nundi-
narum regiarum, mercatuum regiorum, dominicaturarum, mo
lendinorum, paſcuorum, ſaltuum, nemorum, & aliorum, quæ ad
patrimonium Cęſaris pertinent, & de quibus curam habet baiu-
lus generalis, aut regius procuratore: adde feuda, emphytheoſes,
prædia quęcumq. palatia, domos dominicas, greges dominicas,
124 equitia, armenta, & † horum ſimilia, quę curant prędicti Cæ-
ſaris procuratores, & nihil ad Theſaurarium attinet. Mieres. coll.
9. in curia Barc. Ferdin. 1. capit. 29. quia quandoq. contingit
verſ. ſecunda regula eſt. & verſ. item ſub hac pace ſunt. guidati-
ca noſtra et anteceſſorum noſtrorum, cenſualia, penſiones et om
nia regalia noſtra. & verſ. & ita dominus rex & eius fiſcales. idē
Mier.. coll. 11. cap. 2. verſ. quęro hic quę dicatur cauſa patrimo
125 nialis domini regis? ibi. & rex † habet duplex patrimonium, ſci-
licet



licet patrimonium, quod dicitur fiſcus, & aliud, quod dicitur Cę
ſaris patrimonium. & ibi. nota ſecundum Baldum. patrimoniū
fiſcale regitur per Theſaurarium. & in eo computantur introitus
camerę fiſcalis & emolumēta, quę colligit Theſau. extra patrimo
nium Cæſaris. bona fiſcalia, quę ex pluribus cauſis ad fiſcum per-
ueniunt l. 1. de iure fiſci. D. pœnarum multarumq. compendia.
& horum ſimilia. patrimonium Cæſaris, continet reditus, lez-
das, cenſus, tributa, cænas, & alia iura regia, quę habent regu-
larem præſtationē in ciuitatibus, villis & alijs locis regni. in his
igitur rebus ſi fiat proceſſus ad fiſci inſtantiam, iuxta formam in
pragmatica regis Petri traditam de qua Mier. in d. cap. 29. quia
quandoq. verſ. ſecunda regula eſt. & refert integram pragmaticā
quæ eſt in libro antiquo manu ſcripto pragmaticarum. ſub data
in Montealbo 26. nou. 1370. contra clericum ſimplicem, vel con
iugatum vel alias perſonas eccleſiaſticas, poterit hic proceſſus re-
galię fieri, quia ex regia prerogatiua ſolus rex de his cognoſcit
Calic. in Marg. dub. 8. verſ. 172. & alibi dixi. iuxta formam & di-
126 ſtinctionem ſuperius traditam. hic † autē proceſſus ciuilis eſt, &
in eo fiſcus vtitur iure priuati, & ſuas actiones proponit, ſicut
priuatus, niſi in caſibus in quibus in iure reperitur priuilegiatus.
l. 1. vbi glo. pertinet C. de petit. heredit. Calic. in Margarita du-
bio 5. verſ. 53. ibi ſubijciamus regulam generalem. Mieres. in d.
verſ. ſecunda regula. & alibi dixi. in his omnibus proceſsibus re
galiarum, ſiue agatur ciuiliter contra clericos & alias perſonas
eccleſiaſticas: ſiue criminaliter, ſeruāda eſt diſtinctio ſuperius tra
dita ex Calicio & alijs, & ſeruanda concordia reginę Eleeonoræ
& Cardinalis conuenarum, cum alijs iuribus huius patrię ſupe-
127 rius citatis. † illa vero conſtitutio Petri ſecundi in curia Barcino
nę. capit. 8. prometem. ibi. ſalues les conſtitutions de pau e tre-
ua e los vſatges de Barcelona: non eſt ita generaliter intelli-
genda, ne incidamus in cenſuras eccleſiaſticas, libertatem
eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum violantes, ſed eſt ad
hibenda prædicta diſtinctio ex decretis ſacrorum canonum &
ex concordia, quæ poſt dictam conſtitut. facta eſt, & alijs iuri-
X bus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

bus poſtea editis. ſic Calic.in tracta. cuius titulus eſt, an cleri-
ci compræhendantur in proceſſu , ſuper vſatic. ſimili modo.
128 † concludens diſtrictum clericorum modo prædicto ad ſe-
cularem iudicem poſſe pertinere : ſed in vniuerſum ac ge-
neraliter ad Epiſcopos pertinere , etiam ex diſpoſitione. vſa-
ticorum Barcinon. in dict. vſatic. laudauerunt etiam & au-
ctorizauerunt . & addit doctrinam Iacobi de Monte Iudaico,
traditam in dict. vſat. ſimili modo. in fine. ſuper proceſſu re-
galiæ proſequendo contra clericos , dediſſe occaſionem plu-
ribus conciliarijs Regum Aragonum , peccandi & excom-
129 municationem incurrendi . punit † clericos coniugatos in ſuo
foro princeps , qui tabulam aſſecurarunt. cap. 5. Item que nin-
gun clergue. in curia 1. Barc. Iacobi 2. Mier.coll. 4. in eadem
curia cap. 6. punit autem ſecundum prædictam diſtinct. quia
aliter non poteſt ſicut nec poteſt aliter punire , clericos, qui of-
ficia publica exercuerunt & adminiſtrarunt. cap. 14. item que
degu clergue. Iacobi 2.in 2. curia Barc̃. Mier.in eadem curia.
cap. 15. qui dicit ſeruari pragm. Regis Petri 3.ibi calendatam.
130 †et non probat Mier. ad officia publica clericos coniugatos ad-
mitti quia ſuo caſu , non poteſt eſſe plene cautum prouincialib.
ſiue in iudicio tabulæ , ſiue in iudicio extraordinario coram
principe . & huc pertinent pragmaticę diuerſorum regum
quæ ſunt in titul. de las coſas prohibidas als clergues. 1. vo-
lumine conſtitut. & ſignanter capit.5. 8, & in pluribus pragma.
ſummatis, quæ ſunt in antiqua compilatione volumine. 2. ſub
rub. ſegueixenſe diuerſas pragmaticas,&c. verſicul. algun cler
gue.cum pluribus verſicul. ſequentibus veſque ad verſicul. los
notaris no prengã &c. quæ declarant , qualiter contra clericos,
ratione adminiſtrationis& exercitij publicorum officiorum erit
procedendum, & qualiter cautio initio regiminis per eos prę-
ſtanda.capit. 5. eo. & quales fideiuſſores ſint acceptandi pro aſ-
ſecurando iudicio tabulę, an ſint idonei clerici coniugati.Mier.
in d. cap. 6. in 1. curia Barcin. Iacobi ſecundi. collat. 4. & quot
modis eligatur Aſſeſſor , & quando iuriſdict. habeat ordina-
riam.



riam. idem Mier. ead. collat. in curia Gerundę Iacobi. 2. col.
2. 3. videndus Carcaſſon. lib. 2. capit. 17. verſ. quartus caſus
131 priuilegiatus. punit † rex clericos notarios publicos, recipien-
tes acta publica contra formã& diſpoſitionẽ conſtitutionũ Ca-
thalonię ,& in caſibus in conſtitutione prohibitis.exẽplum in
cap. 10. coſa iuſta es. P. contra los notaris. ibi. ſi empero los ta-
ls notaris præſentants. tit. que los eſtrangers, no puguen tenir
officis ni beneficis etc.Latius in pragmat.Iacobi ſecundi en vin-
caſtro calen. Iun. 1302. intelligitur prohibitio , de clericis etiam
ſolutis, vt in pluribus prag. ſitis ſub d. rub. ſegueixenſe diuer-
ſes pragmaticas,&c. in 2. volum. antiquę compilationis.& Pa-
pa tales clericos exuit clericali priuilegio. ibid. verſ. lo Rey en
Iaume 2.&c. ſed punit ſecundum modum in ead. conſtitut.tra-
122 ditum. punit † præterea rex clericos venientes contra deueta
& prohibitiones , ſed me interueniente , ſecundum prędi-
ctam diſtinctionem fuit actum contra Petrum Delpas canoni-
cum Elnenſem depręhenſum incidiſſe in deueto. cap. item
quel capitol. tit. de vectigals. &c. eſt cap. 6. in noua compila-
tione. Mier. collat.4. in 2. curia Barcin. Iacobi. 2. cap. 11. & in
133 curia Ilerdę.cap.8.† quia in iſtis deuetis etiam clerici compræhẽ
duntur:ſed per quos fiet diſtrictio?tenenda eſt proculdubio,Ca-
licij pręcedens diſtinctio.Panor.in c.non minus.col.5.7.& fin.et
cap. aduerſus.col.1. de immu.eccleſ. ex. facit cap.1.in ſex.eo.a-
lioquin reſpub.lędereturſi clerici non cõpręhenderẽtur.Ripa de
peſte.cap.de remedijs præſeruat.nu.182.& ſeq. videatur Guido
134 Pap.q.78.†Solus autem princeps concedit licentiam extrahẽdi.
Cali.in marg.dub.8.verſ.176.ſane in hac materia clerici cõiug.
arctius compręhenduntur, maxime negotiatores.c.fi.de vita &
honeſtatę cleric.ex.vbi Panor.& Dec.in c. eccleſia S. Mariæ de
conſtit.nu.18.56.57.in cap.1.de vectigalib.in 2.vol.cõſtit.vbi po-
nitur prag.in hac materia,facta prius monitione, quę hodie fit p
edictũ pręlati eccleſ. cõtra negotiatores. cap.6.ſeſſ. 14.in concil.
Trid. & cap. 1. ſeſſ.22. cap. 1.in fi.facit.c. fi.ne clerici vel Mona
chi. in conſtit. Tarra.olim Synodalis monitio ſufficiebat.Chaſſ.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

in Burgundos rub. des iuſtices. P.quinto. nu. 72. Ranchin.ad
Guid.in d. deciſ. 78. ego ſane cum Calicio ſequerer preceden-
tem diſtinctionem, quam confirmat doct. Panor. in dict. cap.
aduerſ.col. 1. in fine. & cap.non minus.col. 5. 7. & fin. Dec, in
in d. cap. Eccleſia S. Mariæ. nu. 56. 57. diſtrictus enim Epiſcopo
rum eſt & ſecundum diſtinctionem Calicij clerici per iudicem
ſecularem ſunt diſtringendi, ſeruata concordia cum alijs iuri-
bus huius, prouinciæ. &in hoc reſideo, quidquid in gallia obſerue
135 tur. Aufrer. vbi. ſupra. regula. 2. Fallent. 26. 32. † ſed eſt caute
procedendum in faciendis iſtis prohibitionibus & deuetis, ne
contra fiat libero commercio per conſtitut. conceſſo prouincia-
lib. Socarrat. in cap. ſi vero aliqui allodiarij. numer. 49. & in con
ſtitut, quę vulgo allegatur reuocatio del deſtrenyement de Tor-
toſa. eſt hodie. capit. quart. tit. de commercis & ſecurit. de ca
mins. in noua compilat. de qua Mieres. coll. 6. in curia Perpi-
136 niani Petri. 3. cap. 31. de inhibitione victualium. † Omitto plu-
res caſus, in quibus quilibet princeps non recognoſcens ſuperio-
rem, procedit contra clericos ſuę prouinciæ, vt in caſibus, qui vo
cantur caſus priuilegiati. Laurent. vbi ſupra. qui ponit huiuſce-
modi quamplures caſus. Aufrer vbi ſupra regula 4. in 1. & 2.
137 Fallentia. † quia licet priuilegium clericale ſit de iure diuino. not.
in capit. at ſi clerici. de iudic. ex. in capit. perpendimus. de ſen-
tent. excommu. ex. in capit. 2. de maiorit. & obed. ex. tamen
Papa illud in certis caſibus & ſic particulariter & non vniuerſa
liter tollere poteſt, not. in cap. decernimus. de iud. ex. in Can.
ſunt quidam. 25. q. 1. exemplum in Cano. præter. P. verum in
glo. ducibus. 32. diſtinct. vbi Papa ducibus committit cauſam cle
ricorum. item in Cano. Mennam, ſecunda queſt. quinta. in
138 Can. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. in Can. illud. 10. q. 3. † nam
Papa quandoq. clericos exuit clericali priuilegio ipſo iure &, ip-
ſa conſtitutione. vel etiam per delegationem & commiſsionem
factam laicis, tribuit laicis iuriſdict. plures caſus refert Aufrer.
vbi ſupra in 1. regula. in. 1. Fallen. et in allijs & in 1. Fallentia.
4. regulę. & Fallent. 30. 32. Carol. Carcaſſon. vbi ſup. li. 2. c. 17.





ex alijs, quos non reſcribo. Belluga de propoſitione grauaminũ.
139 P. dubitatur. ecce † in portu & delatione armorum per principē
prohibita cognitio principis eſt. Aufrer. regul. 1. fallent. 13. in
fine. Benedict. in dict. cap. Rainuncius. verbo vxorem nomine
adelaſiam. num. 436. 438. de teſtam. ext. Couarru. in pract.
cap. 33. num. 7. & quid de familiaribus inquiſitionis contra pra
uitatem hęreticam. glo. retardentur. in cap. ſtatutum. 1. de hę-
retic. in ſex. ſed hac prærogatiua qualiter ſeculares iudices, in
hac prouincia vtantur contra clericos, & vſq. ad quas metas,
ſuperius diximus. quid in Gallia ſeruetur, non eſt curandum.
quãdo vero dicatur clericus deprehenſus cum armis, & de quib.
armis prohibitio intelligatur, Carcaſſon. in d. cap. 17. in 1. caſu
140 priuilegiato. Alter † caſus, et quidem etiam priuilegiatus, apud
nos etiam frequens, de quo diximus, ſi iniurientur clerici ſe-
-cularibus iudicibus, ſi turbent vel vſurpent eorum iuriſdictio
nem, ſi reperiantur in crimine & delicto. Aufre. reg. 1. fall. 14.
15. Laurent. vbi. ſup. num. 14. verſ. ſextus caſus. ſed eſt obſer-
uandum detentionem perſonæ clericorum apud nos eſſe limi-
tatam ad xxiiij. horas, de iure, vero canonico ſtatuitur ſpatium
xx. tantum horarum. Laurentius vbi ſup. num. 20. ex traditis
per doct. in cap. vt famæ. de ſenten. excom. ext. Lucas de Pen.
in l. generali. verſ. quid in clericis. de decurionibus. li. 10. C. tra-
ctat materiam. Panor. in cap. cum non ab homine. verſ. pro ex-
peditione. & ſequentibus col. de iudic. plures caſus huc per-
tinentes ponit Carol. Carcaſſon. lib. 2. cap. 17. in 1. caſu priui-
141 legia. Tertius † caſus eſt in clerico violante ſaluamguardiam
regiam. l. 2. vt nemo priuatus, titulos prædijs ſuis, vel alienis im
142 ponat vel regia vel a ſuſpendat. appellat † ſaluamguardiã, ve-
lum regium. Aufre. regul. 1. fall. 12. dicitur emparamentum. &
eſt hęc magna regalia. Calic. in marg. dubio. 8. verſ. 88. & funda-
tur in vſ. ſimili modo. & vſ. quoniam per iniquum. & eam cle-
rici ſeruare tenentur, & omnem ſecuritatem a rege datam. Cali.
vbi ſup. verſ. 87. & quod ſolus princeps hanc ſaluamguardiã
concedit, & quibus ſit concedenda. Calic. d. verſ. 88. qui allegat



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

iura. Mier. collat. 4. in curia. 2. Barc. Iacobi. 2. cap. 18. de ſalua-
guardia principis. & in curia Iacob. 2. Montiſalbi. cap. 3. Carcaſ.
lib. 2. cap. 17. verſicul. ſecundus caſus eſt. & hic qui infringit
ſaluamguardiam incidit in crimen læſę maieſtatis. doct. vbi ſup.
& in d. vſat. ſimilimodo. Iacob. Valleſicca. plura de eadem Au-
frer. vbi ſup. & in verſ. de ſalua guardia, a quo & per quem de-
beat impetrari, & quib. debeat concedi: &c. vbi remiſsiue. Gui-
do Papę. q. 56. & de pœnis violantium & frangentium eam. q.
418. ſane contra clericos exactio pœnæ fiet per iudicem eccle-
ſiaſticum. Aufre. in d. l. imitat. 12. verſ. ſciendum eſt autem. & ex
Calicio ſuperius, tradidimus. extat titul. de guiatges y ſalua guar
143 dias. volum. 1. conſtit. Quartus caſus † eſt frequens in hac pro-
uincia contra clericos non ſeruantes manutentias datas exiſten-
tibus in poſſeſſ. beneficiorum. quia hęc regalia ex regio velo de-
ſcendit, quod per principem, qui conceſsit reuocari debet cau-
ſa cognita. cap. 1. 2. de manutenentias. 1. volu. conſtitu. Guido
Pap. quæſt. 552. num. 7. 8. qui dicit Papam Martinum hanc pra
cticam in poſſeſſ. beneficiorum laudaſſe, vt manuteneatur poſ-
ſeſſor, in ea poſſeſsione, in qua exiſtit. & iudex ſecularis proce-
dit contra clericos ſpoliantes poſſeſſorem, & violantes manute-
144 nentiæ prouiſionem. † Quintus caſus ſequitur omnino laudan-
dus, quē ponit Boſſ. tit. de principe & priuileg. eius. n. 211. quá
do parantur arma, vel ſeditiones, rixæ, tumultus. quia in his etiá
contra clericos & religioſos procedit iudex ſecularis, vt tollatur
via facti, vt non ſequātur publicæ perturbationes. Boſſ. vbi ſup.
ex alijs, quos citat. ſed & hic moderatio caliciana tenenda eſt &
ſeruanda pacata & ſedata rixa, turbatione & tumultu. alios ca-
ſus priuilegiatos proſequitur Laurentius vbi ſupra & Carolus
de Graſſalij. in dict. cap. 17. quos iam ſuperius tetigimus, &
plenius tractantur per Docto. ſuperius citatos. adde caſum fre-
quentem de quo Carcaſſon. cap. 16. ſcilicet ratione fęudi quod
clericus tenet pro domino laico. nam & coram eodem de con-
trouerſis feudalib. reſpondere debet. vt ſup. iam eſt ſufficienter
145 explicatum. † Quod autem ait clericos puniri per iudicē ſecula-



rem coercitione politica, non iuriſdict. contentioſa. id minus
Probo. quia punitio omnis, perſonę aut bonorum, quo ad pœ-
nam vel corporalem vel pecuniariā fiſco applicandam, ad epiſ-
copos pertinet, in hac prouincia, vt ex Calicio tradidi. politi-
ca enim ratio noſtris regibus contra eccleſiaſticas perſonas non
eſt expediens, nec ab eis recepta, niſi ſub moderatione & forma
iam antea explicatis. Aliam formam procedendi contra cleri-
cos in caſib. in quibus iudex ſecularis poteſt contra eos proce-
dere, ſcribit Belluga in d. P. dubitatur. nu. 18. quam laudo. nam
& is in fine, ſe ſubijcit iudicio eccleſię, quo ad punitionem cle-
146 ricorum & magnam detentionem eorum. † Acrior eſt & ma-
gis periculoſa ratio procedendi contra clericos & eccleſiaſticas
perſonas, quæ in Gallia obſeruatur. Carolus vbi ſuperius. Ig-
neus in. d. l. neceſſarios. P. non alias. parte. 2. num. 116. cum plu-
147 ribus ſequentibus. † Sane ſicut procedere poteſt quandoq. rex
contra clericos in caſib. priuilegiatis & alijs prędictis, ſub for-
ma, & moderatione expreſsis; ſic & guidatica regia clericis
data, eis proficiunt, & niſi ſeruentur per iudices eccleſiaſti-
cos, manu regia a carceribus eccleſiaſticis, clerici guidati ex-
trahuntur. Marq. qui ponit exempla, in vſ. quoniam per iniquū.
verſ. dicit etiam hic Pet. Terreni, & in vſ. ſimili modo. verſ. vnū
148 tamen quęro, iuxta prēmiſſa. † ſic et abolitiones & remiſsiones,
quas facit rex poſſunt reſpectiue proficere clericis, & eccleſia-
ſticis perſonis. Mier. collat. 10. in curia Barcin. Reginę Marię.
cap. penul. numer. 4. 5. propter generalem & vniuerſalem iu-
riſdict. quam in omnibus populatis ſuæ prouinciæ habet do-
minus Rex. Mier. ibid. Calic. in Margar. dubio. 8. verſ. 34. Au-
149 frer. regula. 4. fallen. 2. Carol. Carcaſſon. vbi ſup. cap. 18. † Quod
ego intelligo in his, quorum inſtantia vel proceſſus pertinet ad
iudicē ſecularē: licet diſtrictio perſonæ aut pœnę executio per-
tineret ad iudicem eccleſiaſticum, iuxta diſtinctionem ſuperius
traditam. pro qua reſolutione facit glo. etiam ſi reus ſit. in
auct. clericus quoque in lite pulſatus. C. de Epiſcop. & cleric.
ibi. innuit, quod abſoluere poteſt abſoluendū, ſed non damnare


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

damnandum. huc pertinet l. fin. C. de generali abolit. l. gene-
ralis indulgentia noſtra. l. cum indulgentia noſtra. C. de ſen-
tent. paſſ. & reſtitut. Aufrer. vbi ſup. qui indulgentiam princi-
pis reſtringit ad ea, in quibus princeps habet iuriſdi. in clericos.
ibi. quo vero ad regem non videtur dubium. plura ſcribit Bene
dictus in d. cap. Rainuntius. verbo & vxorem nomine Adela-
ſiam. n. 444. & ſeq. non puto tamen hanc indulgentiam impe
pedire iudicem eccleſiaſticum in cognitione delicti per clericum
commiſsi, quatenus ad eius forum & non ad ſecularem iudicem
potuit & debuit pertinere. licet in gallia tentetur aliter. Aufrer.
150 vbi ſup. & Carcaſſon. d. cap. 18. verſ. & quia propter hoc. † vnũ
etenim iudicium non impedit aliud. not. in capit. cum ſit gene
nerale. de foro compet. ex. in capit. 1. de offic. ordin. in cap. tuæ.
de procurator. ex. Bald. in l. placet. in fine C. de ſacro Sanctis.
eccleſ. Boſſ. tit. de falſ. nu. 105. & pluribus ſequentibus Panor.
poſt Innoc. in dict. cap. 1. circa finem de offic. ordin. ex. Sane
151 † in hac prouincia, vt omnis ſcrupulus ex conſcientijs timora-
tis tolleretur & in tuto foret conſcientia principis & conſiliario
rum eius, quoad exceſſus & enormitates clericorum, Carolus
quintus memorię indelebilis imperator & rex Hiſpanię do-
minus noſter impetrauit a ſummo Pontifice in anno. 1525. com
miſsionẽ ſpecialem Epiſcopo Gerunden. directam ſub nomine
dignitatis, ad inquirendum & procedendum contra clericos
& eccleſiaſticas perſonas ſeculares aut regulares cuiuſcumque
ordinis atrocia crimina committentes. qui poſtea de iſtis cle-
ricis criminoſis cognouit, ſecundum tenorem d. commiſsionis
& breuis apoſtolici, & aliorum reſcriptorum, quæ poſtea fue-
runt per eundem Carolum, & eius filium & ſuceſſorem Phi-
lippum regem bonę memoriæ, impetrata pro declaratione & ex
peditione cõmiſsionis prędictę. de quo reſcripto videtur loqui
decretumm concilij Triden. ſeſſ. 14. c. 8. quamobrẽ hodie Calic.
ſcrupuloſitas in ꝓcedẽdo cõtra clericos enormia delicta cõmittẽ
tes, pacẽ publicã turbantes, ceſſat omnino, & modus procedendi
iudicis ſecularis non eſt tantopere neceſſarius ſuis tamen caſibus
quos



quos ſup. notauimus, obſeruandus, præſertim cũ de iuriũ regaliũ
defenſione, vindicatione, conſeruatione tractatur. Illud poſtremo
admonuiſſe oportet aliquos ex præmiſsis caſibus, in quibus pro
ceditur per iudices ſeculares contra clericos ſub forma prædicta,
communicatos eſſe iudicibus inferioribus ſecularib. & ab eis
etiam huiuſmodi proceſſus & procedimenta fieri poſſe, nec dici
debere in omnibus caſibus proceſſum cameralem.

## SVMMARIA.

1 *Subtile eſſe de actionibus, exceptionibus, et alijs querere, & de forma, qua res in iudicium deducitur.*

2 *Inter fiſcum & priuatum idem iuris ordo ſeruatur, niſi aliter ſpecialiter ſit diſpoſitum.*

3 *In debitis liquidis contra debitores fiſcales proceditur via executiua.*

4 *Etiam in ſummarijs debet fiſcus offerre libellũ.*

5 *Fidelitatis iura ſunt inter populum & principem communia, ſignanter in cathalonia.*

6 *In cauſis eccleſiaſticis, quæ ex regia prærogatiua tractantur in regia audientia, non poteſt iuris ordo abſolute ſeruari: niſi in feudalibus, emphytheoticarijs, et beneficialibus, et cõmunibus: ſecus in his quæ in modum extra iudicia-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

*iuditialis defenſionis et non contentioſæ iuriſdictionis aut ordinariæ cognitionis vel extraordinaria via tractatur. de quibus in numeris ſeq. per exempla.*

7 *Eccleſiaſticæ perſonæ compelluntur capibreuiare per baiulum generalem, res quas eccleſia tenet pro rege. licet in inſtrumento infeudationis vel dationis in emphyteoſim nihil de renouatione dictum ſit.*

8 *Renouationes, capibreuationes, inueſtituræ nõ ſunt tituli reales, nec inducunt nouã qualitatẽ.*

9 *Feudi renouatio ſeu inueſtitura inducit inter eoſdem renouantes probationẽ, niſi contrarium probetur.*

10 *Titulus feudalis ſeu emphiteoticarius et in ſimilib contractib. quis dicatur realis.*

11 *Cenſus preſtatio, preſupponit infeudationem.*

12 *Capibreuiare ſeu feudi recognitionem facere, cogitur vaſallus vel alius coram ordinario vel iudice per dominũ aſsignato.*

13 *Feudales et emphiteoticariæ cauſæ cõtra eccleſiaſticos ſecundũ ſuã naturã, in curia regia tractãtur, cũ dependẽtibus & emergentibus*

*et quo*



*et quo iure agatur.*

14 *Eccleſiaſtici pro bonis patrimonij cæſaris etiam coram iudice ſeculari conueniuntur, et ordo communis in iudicio ſeruatur. quia tunc fiſcus agit iure priuati.*

15 *Patrimoniales cauſæ tractantur in baiulia generali etiam contra eccleſiaſticos.*

16 *Beneficiorum regiorum cauſæ et ſi de dotib. eorum agatur, tam in petitorio quã poſſeſſorio tractãtur in tribunali regio. et concedit rex expectatiuas ſuper dictis beneficijs.*

17 *Eccleſiaſticorum cauſæ pacis et treugæ et ſoni emiſſi, q̃ in regio tribunali tractãtur, cõmuni ordine examinãtur et ſeruatis terminis cõſtitutionũ. ſeruata moderatione ad eas metas, quas iudex ſecularis clericos et bona eorum diſtringere poteſt.*

18 *Eccleſiaſticorum cauſæ ſeu proceſſus contra clericos conuentos pro debitis ciuilib. vel cauſis, qui, per romanum Pontificem ſunt nudati priuilegio clericali, communi iudiciorum ordine pertractantur. et quæ ſint huiuſmodi cauſæ. remiſſiue. n ſeq.*

*Clericus*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

19 Clericus trahitur ad iudicem ſecularem, per firmam iuris factam eidem clerico per laicũ coram ſuo iudice.

20 Exempti, ex contractu vel quaſi obligati, conueniuntur coram iudice ſeculari.

21 Clerico conuento in iudicio tabulæ, ſeruatur communis ipſarum cauſarum ordo.

22 Eccleſiaſtica negotia, veniunt ad tribunal regium, ſi laicus intentat remedium. l. ſi contendat D. de fideiu. & virum ſit actor vel reus. nu ſeq.

23 Firma iuris facta per laicum coram ſuo iudice impetrat citationem contra clericum, & tenetur clericus, ſecularem iudicem adire.

24 A firma iuris, incipit iudicium, et olim omne iudicium per firmam iuris incipiebat.

25 Eccleſiaſtici iudices delegati, moleſtantes laicos per firmã iuris citantur in bancho regio.

26 Manutenentia, qualiter concedatur, per quã eccleſiaſtica cauſa tractatur in regia aud.

27 Manutenentia eſt vtile interdictum vti poſſidetis, quod pro rebus incorporalibus datur, quæ etiam in rebus eccleſiaſticis coram ſecu-

lari



lari iudice tractatur, non coram inferioribus, ſed in ſupremo parlamento.

28 Manutenentia conceditur, nedum habenti titulum, verum & commendam.

29 Manutenentiæ reuocatio tractatur ſummarie in regia audientia.

30 Saluaguardia, emparamentum, guidaticum etiam in rebus eccleſiaſticis conceditur per regiam audientiam ex cauſa.

31 Saluãguardiam violans in crimine læſæ maieſtatis incidit.

32 Sequeſtratio fructuum ipſorum beneficiorum aliquando petitur ad fiſci inſtantiam iudicis officio nobili: aliquando partis, condictione ex lege.

33 Eccleſiaſtica negotia in recurrentibus ab oppreſſione, & afflictione trahuntur ad regiam audientiam, et de conceſſione literarum.

34 Rex poſſidens rem, in qua per ſequeſtrationẽ, recurſum, vel alias, ponit manum ſuam ſuperiorem, non poſſidet pro ſe, ſed ius conſeruat partibus.

35 Appellari non poteſt a manus regiae appoſitione.

36 *Manus regia in rebus corporalibus eſt realis appoſitio. in incorporalibus verbalis.*

37 *Eccleſiaſtici et prælati, pro ſuis temporalitatibus obtinent literas executoriales a regio ſenatu.*

38 *Eccleſiaſticorum cauſæ per abuſum temporalitatum, trahuntur ad regium tribunal.*

39 *Nullitas nulla maior, quam cum quid ſit extra poteſtatem.*

40 *Eccleſiaſtici pro refectione murorum et adiutorio belli, monentur per regem.*

41 *Contra eccleſiaſticos delinquentes procedit rex cum ſua limitatione & moderatione, remiſsiue.*

42 *Sequeſtrat. pro conſeruatione iurium beneficiorũ expeditur iudicis officio et ab eo depẽdentia cõmuni ordine tractantur.*

43 *Inuocationis brachij ſecularis cauſa tractatur in and. et an a prouiſione inuocationis appelletur vel ſupplicetur.*

44 *Aſsiſtentia officialis regij, petitur per eccleſiaſticum ſeu executorem literarum apoſtolicarum et n. ſeq.*

*inuocatio*



45 *Inuocatio brachij ſecularis, in quo ab aſsiſtentia differat?*

46 *Inuocato brachio ſeculari ſit executio nomine iudicis brachium impartientis, et quando ab ea ceſſandum.*

47 *Occidere non dicitur qui aſsiſtit delicto.*

48 *Brachia duo eſſe, vnum ſeculare, alterum eccleſiaſticum.*

49 *Inuocato brachio ſeculari intereſt an executio ſit facienda in bonis laicorũ an in rebus eccleſiaſticis. et de modo procedendi.*

50 *Eccleſiaſticis iudicibus familia armata et alia vrgentiora executionis remedia, non ſunt licita: et hinc petunt aſsiſtentiam ſeu brachij ſecularis auxilium.*

51 *In inuocatione brachij ſecularis oportet partẽ citari: non tamen cognoſcit iudex de meritis cauſæ principalis.*

52 *Inuocatio brachij ſecularis eſt remedium extra ordinarium.*

53 *Inuocandum brachium ſeculare per eccleſiaſticos, non acceleranter ſed pro remedio iuris vltimo,*

*inuocato*

54 *Inuocato brachio ſeculari, ſeu petita aſsiſtentia in cauſa ciuili, proceditur diuerſo modo atq criminali et qualiter in vtraq proceda tur, et in cauſa mixta.*

55 *Iudex ſecularis quando in inuocatione brachij ſecularis ſit merus executor: et quando adquieſcat proceſſui curiæ eccleſiaſticae; et quid in caſu hæreſis.*

56 *Iudex ſecularis non ſemper adquieſcit proceſſui iudicis eccleſiaſtici, etiam in caſibus, in quibus eſt ſolus executor in inuocatione brachij ſecularis.*

57 *Aſsiſtentia iudicis ſecularis per eccleſiaſticũ petita, an ſit neceſſaria in ea citatio? & an idem, quod in inuocatione brachij ſecularis ſit circa executionem ſeruandum?*

58 *Eccleſiaſtica negotia tractantur in regia audientia occaſione emparæ factae ſigillo regiæ cancellariae; dum petuntur executoria litterarum apoſtolicarum: aut manutenentiae vel ſaluae guardiae.*

59 *Emparam apponi in ſigillo regiae cancellariae quibus liceat petere, & de practica appoſitionis*



*tionis & iuſtificationis, ſeu cancellationis, & determino.*

60 *Firma iuris quid ſit.*

61 *Manutenentiæ reuocationis cauſa quem terminum habeat.*

62 *Empara in cathalonia duplex. realis & verbalis. et de vtraq. et de pœna frangentis amparam remiſsiue.*

63 *Empara verbalis quid contineat.*

64 *Empara nulla ſine iudicis auctoritate et præcepto fieri poteſt.*

65 *Empara eſt, veluti manus regiæ impoſitio, et ſimilis ſequeſtro.*

66 *De empara verbali; quæ ſit per ſigna vel cruces, remiſsiue.*

67 *Empara non tollitur, ſine iudicis licentia.*

68 *Empara, quandoq. dicitur bannum.*

69 *Empara, ſit in ſcriptis.*

70 *Poteſtas temporalis et ſpiritualis, ſecularis et eccleſiaſtica, ad inuicem vices ſuas ſibi præſtant.*

81 *Romanus pontifex ſuperior eſt imperatore. et ratio quia ipſius eſt orbis et plenitudo eius.*

*omnia iudicaturus & a nemine iudicandus.*

72 *Manus regia murus eſt eccleſiæ. & aliqua notanda de vtraq. poteſtate.*

73 *Poteſtas ſecularis et eccleſiaſtica ſunt duo brachia veluti dextrum et ſiniſtrum, quæ ſeſe ad iuuare ad inuicem oportet.*

74 *Auxilium temporalis iurisdictionis eſt implorandum per eccleſiam a principibus ſecularibus.*

75 *Iudex ſecularis, ſi opportuerit, poterit implorare iudicis eccleſiaſtici auxilium, pro ſua exequenda ſententia aduerſus eos in quos non habet ius correctionis.*

76 *Innocationis brachij ſecularis iudex, partem audit, et terminum præfigit ad opponendum exceptiones. et quare non poſſit cognoſcere de exceptionibus oppoſitis.*

77 *Iudici non licet de legibus iudicare, ſed ſecundum ipſas leges.*

78 *Exequi ſententias licet per legitima iuris remedia: et vbi executor apoſtolicus illa adhibuit, publicum conuocat auxilium: pro vltimo remedio.*





## DE CAVSIS ET NEGOTIIS ECCLESIASTICIS, quæ frequenter occurrunt, tractantur et examinantur in hac regia Audientia et ſub qua forma.

## CAP. XV.

VEntum eſt, quo volebamus. nam hactenus regalia iura eccleſiaſtica regis Aragonum & comitis Barcinone, vt
1 cumq. propoſuimus, † nunc qua ratione & forma in iudicium deducantur, & de his tractetur in regio ſenatu paucis dicamus. neq. hoc loco explicare oportet actiones, exceptiones, officium iudicis, aut alia iuris remedia quibuſcumq. nominib. appellentur, ad intelligendum, qua actione ſeu quo remedio hęc negotia eccleſiaſtica in regia aud. introducantur & proponãtur: ſubtiliora enim hæc ſunt. Bart. in l. omnes populi. nnmer. 66. verſ. ſeptimo principaliter quæro de iuſt. & iure. D. & in l. de quib. de legibus. D. nu. 19. verſ. tertio principaliter quæritur. & a noſtro inſtituto, quod proſequimur, aliena: ſed id tantum agimus, id docemus, & monſtramus, quod cupimus omnibus fieri notiſſimum, qualiter de negotijs & factis eccleſiaſticis in regia aud. plerumq. contingat diſceptari, ſine violatione iuriſd. eccleſiaſticę, aut cenſurarum metu, ſecundum iura & mores noſtrę prouincię & regij ſenatus receptum ſtilum & obſeruan-
2 tiam. † Et licet in cauſis iurium regalium & in quibus de iuribus præcipuis ipſius regis tractatur, iuris ordo cõmunis ſeruãdus ſit, aduerſus fiſcũ & inter fiſcũ & priuatum, niſi aliter cautũ & ſpecialiter diſpoſitũ in iure reperiatur. l. 1. de conduct. et procu-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ratoribus ſiue exactorib. predior. fiſcalium & domus Auguſtæ.
lib. xi. Cod. ait lex. conductores homineſue auguſtiſsimæ do-
mus noſtrę, quoties de cauſa ad domum noſtram pertinente, ali-
quid quæſtionis emerſerit: non aliter, quam ex legum ordine
(quibus ſimiliter omne hominum genus tenetur) vel excipiant,
vel inferant actiones. etc. & ibi. grauior enim pœna conſtituen-
da eſt in eos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mã
data. & not. ibi. platea. in verſ. nota ergo. facit l. hac lege. de pro
ximis ſacror. ſcrinior. lib. xij. Cod. ibi. ſtrictum iuris & integri
tatis congruum ordinem conſeruari. facit etiam l. nimis propere
C. de except. rei. iud. glo. pertinet. in l. 1. C. de petit. hæred. di-
xi antea ex Calic. in Marg. dubio. 5. verſ. 53. ibi. premiſsis igitur
3 etc. ſubijciamus regulam generalem. † Exceptis debitis liquidis
& contra debitores fiſcales pro quantitatibus liquidis, in quibus
fiſcus procedit via executiua. l. penul. vbi Bart. & platea. verſ. no
ta quod debitores. C. de conuenien. fiſci debitorib. lib. 10. C. ſed
vbi de non liquidis agitur, vel de iure pretenſo per fiſcum contra
priuatum et in quibuscumq. cauſis patrimonij Cæſaris & fiſca-
lib. in quibus ius ſpeciale non eſt conſtitutum, iuris ordo ſeruari
debet. l. penul. de delatorib. lib. x. Cod. ibi. & recto iuris ordine.
4 † debet ergo dari libellus, etiam in ſummarijs. platea in d. verſ.
nota ergo. ibi. debet enim dari libellus. & in d. l. penul. verſ. no
ta quod debitores fiſcales ſummatim exiguntur. & ibi. ſed ſi
nondum ſunt redacti in numero debitorum, ſed dubitatur, an
ſint ſeu contradicunt ſe eſſe debitores etc. licet hæc ita ſeſe ha-
beant, et iuri ac rationi conſentanea ſint, vt eadem lege, qua po
pulus, & princeps iudicetur. leg. digna vox. Cod. de legibus
5 leg. princeps. D. eod. † et fidelitatis iura ſint inter princi-
pem & populum communia. capit. pri. P. dominus quoque.
de forma fidelitatis. dominus quoque in his omnibus vicem
fideli ſuo reddere debet; quod ſi non fecerit, merito cenſe-
bitur malefidus. quod in hac prouincia, magis & fœde-
re arctiore confirmatum, eſſe teſtantur iuramenta ſanctiſsi-
ma quę initio regiminis & in nouo ingreſſu pręſtant noſtri
reges.



Reges & Principes Chriſtianiſsimi, & quę inuicem illis præſtan
tur. in vſat. cunctum malum. ibi. debet eſſe ex vtraq. parte re-
directum. Socarr. in capit. licet de iure romano. numer. 18. &
in capit. duplex eſt homagium numer. 12. facit tex. in capit.
27. nos e noſtres ſucceidors. in 2. curia Barcinon. Iacobi ſecun-
di. eſt in titul. de iure iur. volunt. & neceſſ. capit. 2. Mieres.
collat. 4. in dicta curia capit. 29. item, quod noſtri ſucceſſo-
res. & hanc viciſsitudinem & reciprocationem in proceden-
do & iudicando, in iudicijs ſeruari oportere in cauſis principis,
& priuatorum, docet & pluribus rationibus confirmat Igneus,
in dict. l. neceſſarios. P. non alias. parte. 2. numer. 179. cum nu
meris ſequentibus. innoc. in cap. nouit. numer. 2. de iudic. ex.
6 † tamen in cauſis eccleſiaſticis, quæ ex prærogatiua regis, ad
regiam veniunt aud. & in ea examinantur, non poteſt hic or-
do iuris communis recepti & declarati per iura patrię, praxim
& ſtilum, inconcuſſe & abſolute obſeruari. Nam vt omittam
cauſas feudales & emphytheoticarias & quaſdam beneficiarias
regiorum ſcilicet beneficiorum, quæ ſua natura in regijs tra-
ctantur tribunalibus & ſuis caſibus in regia audientia, in quib.
ordo communis ſeruare debet, & ſeruatur idem ordo, qui in
alijs cauſis feudalibus emphytheoticarijs, & in cauſis com-
munibus: nam communes cauſæ in vſatic. de omnibus cauſis
namq. communibus. appellantur, vel communia placita in vſa.
conſtituerunt etiam ſępe dicti principes. in fine. inter ſeculares,
& laicos litigantes communiter obſeruatur, tamen in alijs ne-
gotijs, quæ propter aliquam extrinſecam cauſam & qualita-
tem, ad regium deducuntur tribunal, non poteſt hic ordo
ſeruari; ſed plerunque in modum extraiudicialis defenſionis &
non contentioſæ iuriſdictionis aut ordinarię cognitionis, aut
alia extraordinaria via, de illis in regia audientia diſceptatur;
dum rex pro ſuo iure regali & pręrogatiua, ſeſe opponit a-
buſibus pręlatorum & iudicum eccleſiaſticorum; dum eorum
ſcandaloſis procedimentis obuiat & contradicit; dum pacem
& treugam, amparamentum, guidaticum a ſe datum tuetur;
Y 3 dum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

dum ſaluamguardiam, manutenentiam 'defendit: dum auxi-
lium ſuum pręſtat, et in reliquis huiuſmodi ſimiliter. itaque in
his vel extra ordinem vel vt res, vt occaſio poſtulat, officium
ſuum rex interponit etiam non poſtulatum, ſeruata tamen in
omnibus aliqua cauſæ cognitione, vt informato et inſtructo ani
7 mo in omnibus procedatur. † Hæc exemplis illuſtriora redda-
mus. Dominus rex et comes Barc. ſeu pro eo baiulus generalis
Cathalonię, vel procurator regij patrimonij in comitatibus Roſ-
ſilionis et Ceritanię, feuda regia et alia bona patrimonij regij,
quæ per prælatos eccleſiarum aut alias perſonas eccleſiaſticas,
in hac prouiucia tenentur et poſsidentur pro domino rege, vult
recognoſcere, renouare, confeſsiones, inueſtituras et alias con-
ceſsiones, et vt vno verbo patrio dicam, capibreuiare prędicta,
iuxta tex. in capit. item ne ſuper laudemio verſ. aiuſtants que
al vaſſàll. in curia Perpiniani. Pet. 3. Mier. coll. 6. in eadem cu
ria capit. item ne ſuper laudemio. rub. de feud. et foriſca-
pijs. nam licet in inſtrumento inueſtiturę et infeudationis vel ſta
bilimenti et in emphytheoſim dationis, de renouatione expreſ-
ſe nihil actum ſit, inter ſeniorem et vaſallum: dominum et
emphytheotam; tamen ſi dominus renouationem et recog-
nitionem petierit, ad eam vaſallus et emphytheota tenentur.
not. in auct. ſi quas ruinas. de ſacro ſanctis eccleſis. C. in P.
emptoribus de non alien. rebus eccleſ. Marq. in vſat. de baiu-
lijs. in 3. q. verſic. ex his igitur duabus quęſtionibus. Socarrat. in
in capit. ſi allodiarius fuerit. & in capit. ſi caſtellanus ſiue va-
ſallus. vbi eſt tex expræſſus. latius in capit. domino defuncto.
numer. 19. Molin. in pariſien. P. 7. numer. 24. paris de puteo
8 de redintegratione feud. capit. 27. † iſtæ tamen renouationes,
& capibreuationes, inueſtituræ, non ſunt tituli reales, ſed ſunt ac-
tus, executionis, exercitij & poſſeſsionis feudi, emphytheoſis. &
ideo non dicuntur actus diſpoſitiui, nec inducunt nouum feudū
nec nouam qualitatem in feudo aut in emphytheoſi: ſed vetus
9 feudum pre ſupponunt. † Quia tamē reciprocā confeſsionem
& recognitionem implicant, inducunt probationem inter eoſ-





dem, donec contrarium probetur. Guido Pap. deciſ. 272.
Molineus. vbi. ſupra. numer. 24. & P. 1. glo. 5. numer. 33. Ran
chin. ad Guidonem. Socarrat. in cap. item ſi certę ſint conuen-
tiones. per illum tex. ibi. in inſtrumento conuentionali. & cap.
10 ſi vero nullum inſtrumentum. † titulus autem, eſt ipſe contrac
tus feudi ſiue originalis conceſsio atque infeudatio. Calic. in
vſat. magnates. numer. 30. verſ. quintus caſus. Solſona in ſtilo
capibreuiandi. rub. forma recognitionis factę per emphytheo-
tam. verſ. eſt præterea ſciendum. ibi. & intelligo eſſe titulū rea-
lem. idem omnino in emphytheoſi & in contractib. ſimilibus a-
grario, quęſtiario, & id genus reliquis, dicendum. Socar. in c. eod.
modo. Solſo. in d. verſ. & intelligo eſſe titulum realem. ex Cali.
11 ſane † exprę́ſtatione cenſus pręſumitur infeud. Socar. in d. c. ſi ca
ſtellanus. n. fi. ex Bal. de puteo. vbi ſu. tit. de verbo. ſignifi. verbo.
inueſtitura. Molineus vbi ſup. nu. 28. poterit autem duplici via
12 † vaſallus cōpelli ad recognitionē, idē in alijs ſimilis conditio-
nis hominib. obſeruandū, per iudicē ſcilicet ordinariū vel per ad
ſignatū. Mier. coll. 4. in. 1. curia. Bar. Iaco. 2. c. itē quod aliquis ho-
mo. ibi. et nota, quod tex. hic dicit. ſub rub. de iudicijs feud. Solſo.
vbi ſup. in prefatione. verſ. et quia iā cōſtat. tradūt canoniſtę in c.
cæterū. de iudic. ex. legiſtę in locis cōmunib. per alios citatis &
13 ſatis vulgatis † hîc ergo cōmunis ordo ſeruabitur, quia hæ cau
ſæ ſecundum ſuam naturam in curia regia tractantur. cap. cę-
terum de iudic. capit. ex tranſmiſſa. capit. verum. de foro com
pet. in vſat. omnes homines firmare debent. ibi. in ſuo. et ibi.
ruſticus quoq. & glo. in ſuo. iud. in verbo ſeniorib. & in verſ.
quid de emphytheota. Calic. in verſ. quæro, qualiter domi-
nus. igitur legitimata iudicis perſona et loci iudicij in quo
vaſallus reſpondere debet, opportunitate, vaſallus firmat ius
ſeniori, emphytheota, domino. dict. vſat. omnes homines fir-
mare debent. quod etiam hodie obſeruari ſcribit. Calic. in
verſic. hæc forma requiſitionis firmamenti. ibi. hæc firma
directi ſeu iuris probatur à principio. & ibi. nec in firma-
mento conſueuerunt apponi quantitates hic adiectę. ſequitur.

Marq.ibid. verſ. quæro an de omnibus cauſis. & verſ. ſed quid
de emphyteota. Rurſus in verſ. quæro quid ſi dominus mandat.
latius hęc in vſat. placitare. ibi. infra ſuum comitatum. & ibi.
infra curtis ſuæ ianuam. & ibi. in ſuo. offertur libellus, & cæte-
ra iudicij tela texitur, ſicut inter ſeniores cum vaſallis laicis ordi
natur. ea, qua ratione componatur, curſus cauſarum & ſtrepitus
iudiciorum docebunt. iam vero, ſi de ſeruitijs, ſi de oneribus, cen
ſibus, agrarijs, partibus expletorum & alijs iuribus dominicalib.
ratione feudi aut emphytheoſis, controuerſia ſit inter dominum
regem & pręlatum, inter inquam ſeniorem & vaſallum, domi-
num & emphytheotam; idem ordo obſeruabitur, eadem ratio-
ne iudicium inſtituetur. Socar. in cap. vaſallus ſiue caſtella-
nus. & in cap. ſi aliquis dominus vult ire ad partes ſarracenorũ.
in cap. ſi aliquis habet hominem. Solſo. vbi ſup. rub. forma an-
tipochę factę per emphytheotam. verſ. & ſic ex prædictis habes.
idem in rub. forma recognitionis factæ per hominem propriũ.
verſ. tertio quæro, quia ſupra facta eſt mentio. Iudaic. in vſ. om-
nes homines firmare debent. verbo. ſenioribus. quia de his reb.
idem iudicium eſt, quod de feudis & emphytheoſi, & aliis ſimi-
libus, idem iudex. rub. de qnibus rebus ad eund. iudicẽ etc. D.
glo. eundem iudicem. in l. 1. eo. in his omnibus iure actionis agi
tur, & dominus rex, vt priuatus quilibet ſenior, litigat cum ſuo
vaſallo, cum emphytheota, & alio quocumq. penſionario, cenſua
rio; & ex contractu agitur: ſaluis illis prerogatiuis, quæ ſpeciali
14 iure regi tribuuntur, vt antea indicaui. † Age vero, ſi de bonis
patrimonij Cęſaris contra eccleſiaſticas perſonas lis oriatur, quia
hæ lites in regio tribunali tractantur, niſi perſona eccleſiaſtica
pulſata, coram iudice eccleſiaſtica ius firmet, & firmata conten
tione, pro iudice eccleſiaſtico ſententia feratur, ſed cum lis co-
ram iudice ſeculari tractanda eſt; idem ordo, qui in cæteris con-
trouerſijs cum laicis inſtitutis obſeruatur, erit tenendus. quia
in his dominus rex & procurator patrimonij illius iure priuati
agit & iure act. agit. glo. pertinet. in l. 1. C. de petit. hęred. Calic.
in Marg. dubio. 5. verſ. 52. ibi. premiſsis igitur iam dictis caſib.
peregrin.



Pregrin. de iure fiſci. lib. 4. tit. 3. nu. 24. & lib. 6. tit. 1. num. 1.
15 & ſeq. † exempla plura poſſunt dari in cauſis baiulię generalis
& procurationis regię inter fiſcum patrimonij Cęſaris motis, &
eccleſiaſticas perſonas ſuper reditibus regij patrimonij, & ſunt
omnes cauſę de regalib. regijs & ex regia prerogatiua in ipſius
tribunali ad id deputato, vel in regia aud. tractandæ. Calic. in
Marg. dubio. 8. verſ. 172. Mier. coll. 11. in caria Barc. Alfonſi.
4. cap. 2. les cauſes. verſ. ſequitur in tex. P. e per ſemblantment
volem. & verſic. quęro hic, quæ dicatur cauſa patrimonialis
domini regis. & verſ. ſecund quęro, quis poſsit cognôſcere de
cauſis patrimonialib. huiuſmodi. de quib. loquitur præſens con
ſtitutio, prout ſunt lezdę. idem . coll. nona. in curia Bar. Ferdin.
1. cap. 29. quia quandoq. contingit. verſ. ſequitur. in tex. P.
caueant autem ipſi officiales. ibi. ſecunda regula eſt. & ibi. pro re
galijs autem & alijs iurib. nobis pertinentib. & ibi. nota ergo hic.
& verſ. & ita dominus rex, ſeu eius fiſcales. ibi. in quib. rex eſt,
16 tanquam priuata perſona. idem † eſt ſi pro regijs beneficijs ſpiri-
tualib. & dotib. eorum agatur. nam de his agitur in tribunali re-
gio, in petitorio & poſſeſſorio. in cartha ſenatus regij Barchinõ.
miſſa ad Carolũ quintum bonæ memorię ſuper facto commen-
darum S. Ioannis data Bar. 13. Feb. 1551. in verſ. confert veſtra
Maieſtas beneficia eccleſiaſtica per predeceſſores ſuos fundata,
& cognoſcit de illis in petitorio & poſſeſſ. & ad dicta beneficia
concedit expectatiuas. & vero illis venerandis doctorib. ad regẽ
in re omnino ſeria reſcribentib. eſt credendum. Bart. in l. de qui
17 bus, nu. 19. de legib. D. Rurſus † idem ordo ſeruatur in proceſ-
ſu querelę pacis & treugę, ſoni emiſsi, & in reliquis proceſsib. in
quib. ex regia prerogatiua ad certum modum et certam limita
tionem proceditur cõtra clericos. nam in his proceſsib. cõmunis
ordo obſeruabitur, qui inter laicos ſeruatur, terminis conſtitutio
nis ad clericos inflexis. Calic. de pace et treuga. dubio. 7. verſic.
ſed pone pręsbiter vel clericus. et dubio 17. verſ. ſed pone, quęre-
la offertur contra presbiterum. et dubio. 24. verſ. ſed quęro, an
ſint tria tempora in hac materia pacis et treugæ quoad pręsbite-
ros.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ros. & verſ. ſed quęro, an ſint tria tempora, etc. quoad religio
ſos & exemptos. Mier. coll. 4. in curia Gerundæ Iacobi. 2. cap.
27. de bannitis, pro pace & treuga citatis. verſ. ex tertia parte
nota quod cauſa pacis & treugæ eſt ciuilis. et ibi. & ideo clerici
coniugati, non poſſunt declinare forum vicarij. qui hanc rem
late explicat. in proceſsib. alijs vſat, ſimili modo. auctoritate &
rogatu. ij. idem erit obſeruandum. ſiue ciuiliter agatur ſiue crimi
naliter contra clericos: ſed adhibita moderatione in procedendo
ad eas metas, ad quas iudex ſecularis clericos vel bona eorum,
diſtringere poteſt, ſecundum iura noſtrę prouincię, quod plene
18 fuit antea explicatum ex Calicio & alijs auctoribus. † Adde his
eos proceſſus, qui in curijs ſecularib. ordinantur contra clericos
conuentos pro debitis ciuilibus cum ſe foro ſeculari ſubiecerunt,
vel ex cauſis mercantilibus & alijs negociationibus in quibus ro
manus Pontifex eos priuilegio clericali nudauit. nam in his om
nib. cõmunis ordo iudiciorũ & iudicij tela cõmunis erit. exẽpla
ſunt, in caſibus pragmaticæ reginæ Mariæ & in bullis Papę Cle
mentis & papæ Benedicti, quæ omnia iura ſunt in tit. de iuriſd.
omnium. iud. cap. 11. 12. 14. 15. 16. & prag. Petri 3. de qua in
tit. de rebus prohibitis cleric. cap. 3. vol. 2. & in antiqua compila
tione. in 2. parte. rub. ſegueixenſe diuerſes pragmaticas. etc. verſ.
Lo Rey Alfonſo ters. & verſic. Lo Rey en Iaume ſegon, ab ſa
real pragmatica. & ibi. apres papa Gregori. detentio enim ho-
rum fit per iudicem eccleſiaſticum, ſed cauſa tractatur coram iu
dice ſeculari, ad cuius cognitionem fit ſatisfactio. notat Aufre-
19 rius ubi ſupra, regula ſecunda, Fallen. 20. † Idem ſi laicus allegat
ſe obligatum in curia ſeculari cum guarentigia & ſcriptura ter-
tij, in fauorem clerici doloſe cautionem extorquentis, preuenien
do iudicium coram eodem iudice ſeculari, qui eſt iudex execu-
tionis huiuſmodi ſcripturę, & firmando ius clerico. de hac cauſa
cognoſcet iudex ſecularis iuris ordine cõmuni ſeruato, et ſicut
in cauſis ſuorum ſubditorum. l. diſſolutę et l. fin. de condict. ex
leg. C. facit. c. 1. de cleric. coniug. in ſex. Aufre. vbi ſu. Fall. 19. da
tur autem hoc caſu laico. condictio ſine cauſa. d. l. diſſolutę. glo.
fin.



fin. in d. l. fin. idẽ omnino in cauſis, in quib. auctoritate papę ſe
ſubijciunt clerici pro debitis, aut cenſualib. et violarijs iudici ſe
20 culari. de quib. iam antea diximus. † idem obſeruandum, et cũ
agitur contra exemptos ex contractu vel quaſi obligatos, nam et
hi coram iudice ſeculari vicario ſcilicet regio, aut domino rege
conueniuntur. Mier. coll. 2. in curia Bar. Petri. 2. cap. 11. permi-
timus etiam. verſ. nota tamen. Calic. in Marg. dubio. 6. verſ. 151.
ibi. et poſſet hodie. et de pace et treuga. dubio. 24. verſ. ſed que
ro an, hęc tria tempora. etc. quo ad religioſos et exemptos. et in
locis ſup. citatis. quamquã hodie ab ijs cauſis ſeſe abſtinet ple-
rumque regia aud. poſtremo, vt alia ſi quæ occurunt, omitam,
21 idem ordo † comunis cauſarum ſeruabitur in cauſis, quę in iudi
cio tabulę tractantur contra clericos, qui officia publica admini-
ſtrarunt, qui cõtra alios de iure ſeruatur. nam et hi tenentur tabu
lam aſſecurare. et tam ipſi, quam fideiuſſores ipſorũ de quib. an-
tea dixi quęrelis reſpondebunt, ſicut in alijs eſt obſeruatum. in
prag. ſuperius citatis quæ ſunt in rub. ſegueixẽſe diuerſes prag-
maticas. verſ. lo Rey Alfonſo. 3. in 2. parte antiquæ cõpilationis.
22 † Alia ratione cauſę et negotia eccleſiaſtica veniunt ad regium
tribunal et in eo examinantur, cum ſcilicet laicus intentat con-
tra clericum et quamuis perſonam eccleſiaſticam remedium.
l. ſi contendat. D. de fideiuſſoribus. vel l. diffamari. C. de
23 Ingen. manumiſſ. † nam firma facta per laicum coram iu-
dice ſuo, impetrat citationem contra clericum in terminis dicta
rum legum. et poteſt his remedijs vti contra qualcumq. ecle-
ſiaſticas perſonas. Couar. lib. 1. reſolut. capit. 18. numer. 5. per
totum. nam is iudex laici qui proponit hæc remedia aut alte-
rum ex his eſt adeundus, quem clericus aditurus eſſet, ſi laicum
conueniſſet. Couar. in d. nn. 5. verſ. ex quib. apparet agentem ex.
l. diffamari. aut ex l. ſi contendat. praxis huius iudicij proponi-
tur ab eodem Couaru. num. 1. 2. 3. vtrum autem in hoc iudicio
laicus qui prouocat actor ſit, an reus ſaltem, quoad primam
petitionem et iudicis admonitionem ſequentẽ. nã quoad princi
pale iudicium conſtat laicũ reum eſſe, declarat Coua. n. 4. in fine
et

& an remedium illud. d. ll. ſit actio vel exceptio, vel officium
iudicis? alibi tradidi. & aliqua tangit Couar. in d. num. 4. & 5.
idem iuris erit in omnibus exceptionibus declinatorijs aduer-
24 ſus iactationes, moleſtationes, turbationes, in quibus † iudicium
incipit à firma iuris, facta per laicum, coram iudice ſeculari fir-
mantē, de ſtando iuri & rei iudicatę. vnde plerumq. oritur con
tentio, inter iudicem ſecularem, & iudicem eccleſiaſticum, ſi
clericus recuſet comparere coram iudice ſeculari proſequutu-
rus iudicium firmę iuris & firmata contentione, ſeruatur con-
cordia Reginę Eleeonorę & Cardinalis Conuenarū, cum alijs
iuribus patrię, & ſequuta declaratione, cauſa continuabitur co-
ram eo iudice, pro quo facta erit declaratio. de qua re ſuperius
abunde diximus. extat tit. in. 1. vol. & in 2. de content. iuriſdict.
& occupatio. temporalitatum. facit. l. circa: de probat. D. & in
hac patria omne iudicium a firma iuris olim incipiebat, ne ſen-
tentię eluſorię eſſent. & hinc inde firmabatur. Mieres in tractat.
caſus, in quibus quis tenetur firmare de iure. in vſ. omnes ho-
mines firmare debent. & vſ. de omnibus alijs namq. communib.
25 cauſis. & antea dixi. † Idem eſt, & cum laicus â iudicibus dele-
gatis, moleſtatur. nam & hîc præmiſſa iuris firma, iudicem de-
legatum monet iudex ſecularis, vt deſiſtat in procedendo, & cau
ſam & partes remittat ad curiam ſuam: alioquin compareat re-
gium banchum informaturus, vt ſup. abunde fuit explicatum,
& forma procedendi tradita, de qua Ferrerius in obſeruantijs.
cap. 273. hic enim ceſſat concordia, in qua iudices delegati nō
comprehenduntur. plura vero negotia eccleſiaſtica tractantur
in iudicio ſeculari, & potiſsimum in regia audien. quę ad eam
trahuntur per implorationem officij iudicis, vel per eccleſiaſti-
cum ſupplicantem, vel per laicum, in exemplis ſequentib. hęc
26 autem varie & non eodē ordine in regia aud. tractantur. † Ecce,
beneficiatus timet ſe in poſſeſſ. beneficij moleſtari ab aliquo, a-
dit regem & eius audientiā, offerendo ſupplicationem domino
regi, ſeu eius locumtenenti, in qua petit ſe manuteneri, conſer-
uari, & defendi in poſſeſſ. talis dignitatis, quam deſignat; exhi-
bet



bet titulos. & illis inſpectis, expediuntur literę manutenentiæ
in forma ſolita, & ſeruatis conſtitutionibus. poteſt et ſine ſuppli
catione cancellarius vel regens cancellariam aditus verbo, & fac-
ta fide de poſſeſſ. ſeu quaſi & titulis prima facie legitimis, dare
27 manutenentiam & mandare vt literæ ſtillatæ expediantur. † de
quo iuris remedio Bart. in l. 1. in principio num. 1. vti poſsid.
D. eſt enim vtile inter dictum vti poſsid. quód pro reb. incorpo
ralib. datur. Panor. in cap. veniens. de præſcript. in capit. cum
eccleſia ſutrina. vbi Ripa. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. in cap.
conqueſtus. de foro compet. in cap. licet. de probat. in cap. cum
teneamur de appellat. Fernandus in repitione tex. in l. natura-
liter. P. nihil commune. de adquirenda poſſeſſ. D. in 4. prefatio-
ne. verſ. ſecundum interdictum ſcilicet retinendę. & prefat. 5.
verſ. primum ergo hac concluſione ſoluitur. et quod tituli ſint
exhibendi petenti manutenentiam & interdictum vtile vti poſsi
detis coram iudice ſeculari ſcilicet regio parlamento, docet
idem Fernand. in dict. 5. prefat. verſ. occurente vacatione. ibi.
veruntamen in beneficialib. & verſ. ſexto conſiderandum eſt.
ibi. ſed nec cōcedam. ait enim, ſed nec concedam vnquam, co-
ram alio temporali iudice poſſe iure quidem inſtitui, quam in cu
rijs ſupremis parlamentorum, vbi legib. regijs in ſpiritualibus
etiam, litigantes vti poſſunt, & quidem maxima cum eccleſiæ
vtilitate, quoniam mixtum forum ibi eſſe non dubito. ab inferio
ribus autem temporalib. vt pote ſeneſchaliis, balliuis, arbitror
vſurpatam illorum remediorum cognitionem etc. hęc ille. quæ
confirmat Ranchinus ad Guid. Pap. q. 1. huc pertinet quę ſcri-
bit Rebuf. in ordinat. tit. de cauſis beneficiorum poſſeſſ. art. 1. glo.
1. in principio. & facit glo. non violentus. glo. coloratum. de pa-
cific. poſſeſſ. in prag. quem librum canoniſtis verſandum in ma-
teria beneficiaria, vt pote continentem praxim eccleſię gallica-
næ ſcribit idem Fernand. in d. prefat. 5. verſ. occurente vacatio-
ne. ibi. conſulo tamen, tibi, vt pro practica noſtri regni Fran-
28 ciæ. † non ſolum autem hęc manutenentia conceditur haben-
ti titulum, ſed etiam habenti commendam. glo. titulum. ibi puto
contra

rium verius. in d. tit. de pacific. poſſeſſ. in cap.25. in actis curię
anni. 1547. eſt in tit. de manutenentias.cap.13. & cap. 2. eo. ibi.
titol almenys colorat. quę duo iura ſpectanda ſunt & omnino
ſeruanda in concedendis iſtis literis manutenentię.& adde ijs,
que notãtur in deciſ. 15.capell.tolo.ſed & inter duas manutenen
tias diuerſis conceſſas ſuper eodem beneficio, cauſa expeditur
ſummarie.cap. 1. eod.tit. & cap.1. eod.vol.2. igitur ſi poſtea hic
beneficiatus & manutentus moleſtetur, turbetur, aut ſpolietur
poſſeſſ. ea res vſq.ad reſtitutionem poſſeſſ. beneficij & fructuum
in regia aud. tractabitnr & iuris ordine, in alijs communibus
29 cauſis obſeruato expedietur, aſsignato relatore. † Ceterum, ſi
quis compareat in regia aud.petens reuocari manutenentiam &
exhibendo titulos beneficij, vel declarationem ſuper proprietate
aut poſſeſsione beneficij, iudicis eccleſiaſtici competentis, ſum-
marie cauſa expedietur & reuocatur manutenentia. iuxta tex.
in capit. 1. eod. tit. & capit. 1. eod. volu. 2. plenum autem
poſſeſſorium in beneficialibus aut petitorium, pro quo in rem
actio competit. Ferdin. vbi ſup. prefat. 5. verſ. verius tamen eſſe
puto. ad iudicem eccleſiaſticum pertinet in hoc regno, & ideo
ad eum iudicem ſenatus regius ſiue parlamentum cauſam & par
tes remittit. Ferdin. ibid. verſ. ſupereſt ſoluenda.& hoc iure vti-
mur. d. cap. 1. de manuten. ibi. aian a declarar dins vn mes. de
manutenentijs in reb. prophanis non concedendis, nihil hoc lo-
co. extat cap. 2. eod. tit. ad quod remittitur ſtudioſus. Bened. in
d. cap. Rainũtius. verbo vxorem. numer. 330. cum plurib. ſeq.
vbi de confirmatione Pape Martini.& in addit. Papę Leonis. x.
in fauorẽ regis galliæ in cognit. cauſarum beneficialium, quoad
poſſeſſorium. Guid. pap. q. 1. & 552.& ibi Ranchinus.& de hac
manutenentia plura in d. q. 552. num. 7. Rebuf. plene & ad no-
ſtra iura pertinentia multa ſcribit, in ordinat. gallię tit. de mate-
rijs poſſeſſ. art. 1. glo. 1. num. 10. 11. 12. & art. 13. glo. 1. per totam.
& tit. de cauſis benefic. poſſeſſ. art. 10. nu. 5. quin & cum came-
ra apoſtolica interim intrat. poſſeſſ. beneficij ecclſiaſtici, petitur
manutenentia pro parte ſedis apoſtolicę, ad manutenendũ came
ram



ram, & conceditur, & ſeruat regia aud. vt in carta ſenatus ad
Carolum imperatorem. data Barc. 13. Febru. 1551. ibi. petuntur co
ram V. Maieſt. literę manut. Couar. in pract. cap. 35. numer. 1.
verſ. ſecunda concluſio. & in his, an teſtes admittantur ad pro-
bandum poſſeſsionem petentis manutenentiam. Ranchin. ad
Guid. q. 71. & idem Guid. q. 85. extat tex. in d. cap. 3. de manu
tenentias. vol. 1. y ſi los tals beneficis vacaran. ibi. y dela poſſeſsio
diuen tenir del dit benefici per inſtrument autentic. & de hac
cognitione iudicis ſecularis, quouſq. extendatur, ex allegatis cõ
ſtitut. ſatis apparet, in quarum confirmationem, ne forte in cau
te excedamus metas conceſſę cognitionis, eſt videndus vant. in
cap. de nullitate ex defectu iuriſd. & vnde ac quib. mod. pro-
uenit. numer. 54. & verſ. quamuis ſi eſſet queſtio.& numer. 55.
30 † Alterum exemplum in ſaluaguardia, guidatico, emparamen-
to. nam quamuis eccleſiæ ſint in pacibus et treugis domini re-
gis. Calic. de pace & treuga. dubio 5. extat conſt. in nomine Ie-
ſuchrſti de anno 1228. Iacobi. 1. & in præcedentib. conſtitut. eiuſ-
dem Iacobi. in anno. 1225. anno. 1218. tamen quandoq. eccleſię
impetrant ſaluamguardiam. ideſt protectionem, & guidaticum
ſpeciale, et ex cauſa conceditur eccleſijs, conuentib. vniuerſi ta-
ti, collegio, et alicui particulari: ſed hoc ex cauſa. Iacob. 2. in 2. cu
ria Barc. c. 17. comſia e dega. Mie. coll. 4. in curia 2. Barc. Ia. 2.
c. item cum quilibet. verſ. videmus tamen. et verſ. hoc tamen
ſcias. & licet conſtitutio ſit negatiua, tamen regalię non continẽ
tur in ea. et ſic conceditur facile huiuſmodi ſaluaguar. maxime
perſonis priuilegiatis. Mie. in. d. verſ. hoc tamẽ ſcias. vſq. ad finẽ
lecturę. et in curia Montiſal. Iaco. 2. c. 3. vbi hęc plenius. de hac re
galia Cali. dub. 8. verſ. 88. Boer. deciſ. 297. auendanus de exequẽ
dis mand. regijs. lib. 1. c. 11. et ad praxim huius prouincię obſeruã
dus Boe. vbi ſup. n. 4. et ſequentib. Rebuf. de mater poſſeſſor.
art. 2, glo. 2. n. 29. et ſequen. cõceditur igitur hæc ſaluaguardia a
principe ad ſupplicationẽ et petitionẽ, et cõſequẽter iudicis offi-
cio nobili, et eius occaſione trahitur ad regiũ conci. quicũq. cõtra
guidaticũ aliquid attẽtarint. eaq. res vel ciuiliter vel criminaliter
tractatur

traƈtatur, ſeruato iuris ordine, qui in cæteris cauſis obſeruatur
in vſat. ſimili modo & vſat. quoniam per iniquum principem. in
quib. hæc omnia plenius explicantur. Calic. in Marg. vbi ſupra.
31 verſ. 88. ibi. tamen iſtud fuit peſsime conſultum. † qui hanc vio-
lant crimen læſæ maieſtatis commitunt. Gregor. lib. 39. cap. 9.
num. 2. ſed non ſemper eadem pœna. quod obſerua in hac pa-
tria. Bart. in l. 1. ad leg. iul. maieſt. extat tit. de güiatges, ſalua-
guardias, y penons. vol. 1. & alius tit. de guiatges. vol. 2. vbi ſal-
uaguardiæ & guidatica in fauorem ciuitatis Barc. & portantium
merces & victualia ad eandem. quæ ſunt Petri. 3. in anno. 1337.
32 1375. adde † quod ſequeſtratio fructuum beneficiorum, aliquan
do petitur iudicis officio nobili ad fiſci regij inſtantiam vel al-
terius. cap. 3. 4. 5. 6. de ſequęſtres y amparas. aliquando condict.
ex lege. cap. primerament. & cap. fin. ibi. y que qual ſeuol perſo-
33 na particular. tit. que los ſtrangers. etc. tertium † exemplum in
quo negotia eccleſiaſtica trahuntur ad regiã aud. ex regalia re-
gia & ex officio nobili, ponitur in recurrentibus ab oppreſsione,
afflictione. vſat alium namq. quoniam illud quoq. remedium ec
cleſiaſticis perſonis dari, iam antea docuimus; & laicis contra cle
ricos & iudices eccleſiaſticos: & omnib. in prouincia commoran
tib. aduerſus oppręſsiones, violentias, afflictiones, vt iam docui
mus. literę autem impetrantur ad ſolam quęrelam recurrentis,
qualiquali informatione præcedente, ne illudatur principi. poſt
preſentationem literarum, ſi quid attentetur, id totum reuocan
dum eſt, & quidem illis remedijs quę ſup. propoſuimus, ſeruatis
terminis conſtitutionum. nam hoc habet pręcipuum & vere re
gium manus principis, vt ea appoſita etiam in incorporalib. om-
nes partes conquieſcant. Rebuf. de cauſi benefic. poſſeſſor. in pre
fatione nu. 11. & idem de materijs poſſeſſ. art. 5. glo. 1. num. 10. &
34 art. 1. glo. 1. num. 24. † nec rex poſsidens rem in qua apponit
manum ſuam ſupperiorem, pro ſe poſsidet aut poſsidendo ius
adquirit, ſed conſeruat ius partibus etiam inter magnates. ibid. nu
12. ponitur enim res in manu regia, iure maioris imperij, ne
partes rixentur. idem Rebuf. vbi ſup. art. 1. gloſa prima nume.



35 † & ab appoſitione manus regię non appellatur. idem vbi ſup.
art. 1. glo. 1. nu. 23. quia nemini facit iniuriam appoſitio manus
regia, nec aufert poſſeſſ. ab eo, qui eam habet; ſed præcipue ad ius
cuiq. conſeruandũ, eſt introducta. Boer. in Bituriges. tit. de iu-
riſd. om. iud. P. 4. & manus regia neminem ſpoliat. l. intereſſe
puto. vbi Bar. Alex. Alber. de adquir. poſſ. late Boer. deciſ. 211.
36 num. 9. † eſt autem alia realis appoſitio in reb. corporalib. alia
verbalis in incorporalib. Rebuf. d. nu. 23. & ſeq. quæ omnia in
iſtis exemplis, quæ propoſuimus, ſunt obſeruanda, vt omnes ſub
diti diſcant reuereri mandata regia, literas ſcilicet manutenentię,
ſaluaguardiæ, recurſus, & deniq. appoſitionis manus regiæ, re
aut verbo factæ. hoc tertium exemplum poteſt verificari in plu-
rib. caſib. quos antea propoſuimus, cum de hoc vſat. aliũ namq.
loquuti ſumus. eſt enim maxima & præcipua regis pręrogati-
ua, quæ in hoc vſat. fundatur. coniunctis vſ. quoniam per ini-
quum, & vſ. ſimili modo. † Quartum exemplum in petitione li
37 terarum executoriarum, pro pręlaturis, & beneficijs, quę habẽt
temporalitates in regno. vt iam traditam fuit. hę enim officio iu-
dicis nobili implorato, conceduntur. de quib. iam diximus ex le
gib. noſtris, & ex Carolo de Graſſalijs. lib. 2. cap. 12. Couar. in
38 pract. cap. 35. num. 3. 4. † Quintum exemplum, cum de abuſu
eccleſiaſticarum perſonarum beneficia obtinentium cũ tempo-
ralitatibus, expoſtulatio eſt coram regia maieſtate, quod male
tractantur palacia, domus prælaturarum ruinam faciunt, vaſalli
opprimuntur, dilapidantur bona, & iura beneficiorum. Aufrer.
vbi ſup. regula. 2. Fallentia 26. eſt enim abuſus, vſus nullus, cum
aliquid fit contra auctoritatem & regias ordinationes, cridas &
præconia, contra patrum decreta, contra priuilegia, libertates reg
ni. † & nulla maior nullitas, aut maior abuſus, quam cum quid
39 fit extra poteſtatem. Boer. qui plura & vtilia ad propoſitum cu
mulat in deciſ. 397. nume. 3. qui etiã plura regalia iura tractat.
nu. 1. quorum cognitio etiam contra eccleſiaſticas perſonas ad re
gem pertinet, vt in exemplis per eũ traditis. quę autem ſint par-
tes regis, in his caſib. ſuperius tradidimus. † idem obſeruandũ,


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cum monentur pro parte regis clerici & eccleſiaſticæ perſo-
nę pro refectione murorum & adiutorio belli. Socarrat. in
capit. ſi aliquis dominus vult ire. numer. 94. 95. Guid. Pap.
41 quæſt. 78. 79. et ibi Ranchinus. † ſextum exemplum eſt cum
procedendum eſt, contra perſonas eccleſiaſticas delinquen-
tes. nam & hic iudicis officium nobile exercetur, cum limita-
tione & moderatione quam antea tractauimus quia diſtrictio
perſonarum & pœnarum fiſcalium Epiſcopis eſt relinquenda, vt
dixi ex Calicio, & docet Boer. in d. deciſ. 297. hoc exemplum
poteſt verificari in pluribus caſibus priuilegiatis quos ſuperius te
42 tigimus. † ſeptimum exemplum eſt in appoſitione ſequeſtri, pro
conſeruatione iurium ipſorum beneficiorum & fructuum, qui
ex illis colligi ſolent. Nam & hoc expeditur iudicis officio; cęte-
ra vero, quę durante ſequeſtro accidũt vel eo finito, contra ſe-
queſtrum, ſuo tractantur ordine ſolito & communi. Rebuf. tit.
de ſequeſtris, ſeu comiſſarijs, etc. art. 1. gloſa 1. nu. 6. & ſequen-
tibus. & gloſa 2. nu. 4. & hæc ſequeſtratio ſub manu regia ne-
minem ſpoliat. Boer. deciſ. 172. vbi de his plura. Rrbuf. vbi ſup.
glo. 2. & art. 7. glo. 1. extat tit. in noſtris legibus in 1. vol. con-
43 ſtitut. de ſequeſtres è amparas. cap. 3. 5. 6. † octauum eſt exem-
plum, in inuocatione brachij ſecularis, cum eccleſia pro execu-
tione ſuarum ſententiarum & prouiſionũ, non habet vltra quod
faciat. cap. 1. de offic. ordin. ex. cap. ſignificaſti. de offic. de legat.
44 ex. † idem eſt in aſsiſtentia petita per officialem eccleſiaſticum
executorem literarum apoſtolicarum, vt ſibi aſsiſtat regius offi-
cialis, ne in executione vis ei fiat, aut reſiſtatur. in vtroq. autem
caſu extat obſeruanda conſtitutio in tit. de inuocatiode bras ſe-
cular. cap. 1. in qua proponitur ordo ſeruandus, per regiam aud.
quando brachium ſeculare inuocatur. facta vero prouiſione ſu-
per conceſsione vel denegatione brachij ſecularis, ſi ab ea appelle
tur aut ſuplicetur, pręſtita cautione exequenda eſt prouiſio, qua
concedit brachium ſeculare, & cauſa ſupplicationis vel appella-
tionis iuris ordine tractabitur cum renuntiatione & concluſione
45 ſeu denuntiatioue proceſſus. † differt autem brachium ſeculare
ab



ab aſsiſtentia. quia officialis ſecularis aſsiſtens Iudici eccleſiaſtico
exequenti, non facit executionem & ipſius nomine non fit exe-
cutio, nec in actib. executionis nominat. ſed partes tantũ cõpeſcit
ne ſequãtur ſcandala & aſsiſtit iudici ciſeu executori eccleſiaſtico
quo libere & ſine contradictione facti, aut reſiſtentia aliqua ſuam
faciat executionem. arg. l. 1. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ. eſt
D. at iudex ſecularis, qui ſuum brachium impertitur iudici ec-
cleſiaſtico, ipſe eſt, qui exequitur ſententiam iudicis eccleſiaſtici
vel prouiſionem, per remedia iuris, iudici ſeculari licita & per-
miſſa, pro qua exequenda iudex eccleſiaſticus non habebat vl-
tra quod faceret. nam proceſſerat iam gradatim ſi eſt ordinarius
vel iuxta formam & tenorem literarum apoſtolicarum, ſi eſt de
legatus aut iudex aut executor cap. 1. de offic. ordin. ex. cap. ſig-
nificaſti. de offic. deleg. ex. & cum ad vltimum remedium iudi-
cij eccleſiaſtici perueniſſet, tandem coactus inuocauit auxilium
46 iudicis ſecularis. † & conſequenter nomine iudicis brachium ſe-
culare impertientis, fit executio, inſtãte parte, cuius intereſt, ſine
pręſentia aut aſsiſtentia iudicis eccleſiaſtici, eo tamen inſuflante.
quia ſi iudex eccleſiaſticus ceſſandũ eſſe ſignificauerit iudici ſecu
lari, ipſe ceſſabit. nã cauſæ cognitio, ad eũ pertinet & inuocatio
47 brachij ſeculari fit ab eodẽ. † ſic in delictis, qui aſiſtit, no ipſe oc-
cidit, ſed aſsiſtit occidenti, vt libere occidere poſsit, & ne illi
ex aduerſo vis fiat. Iul. Clar. in praxi. q. 90. num. 8. Damhou
derius in praxi capit. 62. numer. 8. Auguſt. ad Ang. de ma-
lefic. in verbo dictus Andreas armatus. numer. quarto. huc per
tinet quod ſcribit Rebufus de literis requiſitorijs. in pręfatione
numer. 33. & ideo ſi iudex ſecularis exequutor excedit in exe
quendo, non ad ſuperiorem eccleſiaſticum recurritur, ſed ad ſu
periorem iudicis ſecularis exequentis. Azeuedus ad 4. nouę
compilationis. Tomo ſecundo tit. 1. l. 15. numer. 11. & nota
48 † duo eſſe brachia, vnum ſeculare, alterum eccleſiaſticum. glo.
brachij ſecularis. in P. item fuit viſum. de collat. in prag. ſanct.
vnum brachium dicitur dextrum in eccleſia militante, alterum
ſiniſtrum. per glo. ibidẽ. poteſt autẽ delegatus inuocare brachiũ

 ſeculare

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſeculare;ſi in delegatione exprimatur. quod declarat latius Pa-
nor.in d. cap. ſignificaſti. verſ. extra glo. quęro. Felin.in d.cap.
49 ſignificaſti.verſ. vtrũ delegatus. †ſed intereſt, an executio ſit fa-
cienda in bonis laicorum;an in reb.eccleſiaſticis & poſſeſſ. eorũ:
priore caſu requiſitio iudicis eccleſiaſtici eſt neceſſaria per viam
ſimplicis requiſitionis,ſic quod executio committatur iudici re-
quiſito. Rebuf. vbi ſup. de liter. requiſitor. inpræfat:nu.19. 20.
cap.Romana.P.contrahentes.de foro compt.in ſex. l.adiuo Pio
P. 1. de re iud. D.in poſteriore ſi iudex eccleſiaſticus non poteſt
exequi ſuam ſententiam,aut non habeat vltra quod faciat,auxi-
lium ſeculare inuocet. Felin. vbi ſup. ex Cardin.in cle. 1. quęſt.
10.de offic. deleg.Dec. ibid.num.4.per ſe autem in bonis laico-
rum executionem non faciet.Felin. ibid. verſ. vtrum delegatus
Papæ. ibi. pro cõmuni opinione,quod non poſsit.hodie in con-
cilio Tridentino ſeſſ. 25. Dec. de reform. capit. quamuis ex-
communicationis gladius. verſ. in cauſis vero. cui conſonat tex.
in cap.vlt. de inuoc.de bras ſecular.vol.1. conſtitut. videtur hęc
quę hic tractamus,cõfirmata.poteſt& delegatus mandare iudici
eccleſiaſtico ordinatio,vt ſententiã a ſe latam exequatur.Dec. in
50 d. cap. ſignificaſti. num.1. † Sed quia familia armata & alia vr-
gentiora executionis remedia eccleſiaſticis iudicib.qui alias non
ſunt domini temporalitatum, non ſunt permiſſa. Dec. ibid. nu.
5. poſt Panor.in verſ.& ex his infero.Boer.deciſ.264.Panor.opi
nio eſt magis recepta.Dec. ibi.& ideo moderni hic ,vt Felin.nu.
4.verſ.vtrum Epiſcopus.ibi.& ita teneo cum Abbate.)tenent cũ
oppinione Abb.quãquã idem Dec. diſputando contrariam ſen-
tentiam tueatur. ideoq. ad auxilium brachij ſecularis, vbi eccle-
51 ſiaſtica executionis remedia non ſufficiunt,eſtdeueniendũ.†Sed
iudex ſecularis partem,contra quam imploratur auxilium ſecu-
lare , citabit & audiet , dato competenti termino ad contradi-
cendum .Rebuffus. vbi ſupra numer. 20. 21. & in hac re-
gia audien.adſignabit terminum conſtitutionis, cuius tenorem,
& ſeriem in omnibus obſeruabit. quod in alijs quoq. prouincijs
obſeruari teſtantur Rebuf.vbi ſup. num.21. & 22. Boſſ. de foro
competen.



compet.nu.87.& ſeq.Bart. et alij. in l.a diuo pio.P. ſententiam,
de re Iud.D. non cognoſcit tamen de meritis cauſæ , cum ad eũ
non pertineat cognitio, ſed cognoſcit de iuſtificatione implora-
tionis auxilij factæ per iudicem eccleſiaſticum.Couar.in pract.
cap. 10. num. 1. 2.ſequitur Gonſalus Suarez in praxi eccleſiaſti-
52 ca & ſeculari. Tomo 2. in prooemio. num. 10.Quam obrem †
inuocatio brachij ſecularis eſt remedium extraordinarium tunc
exercendum,cum deficit cenſura eccleſiaſtica,ideſt,cum contem
nitur: quia tunc ad remedia facti ſecularia recurritur. glo.reme-
dijs. in clem. 2. de relig. domibus. & ſi quidem hæc remedia
ſecularia iudex eccleſiaſticus ordinarius aut delegatus ſuo iure
habet. Boer. deciſ.264. illis vtetur;alioquin iudicis ſecularis au-
xilio vtetur.Pan. in d.c.ſignificaſti. verſ.& ex hoc infertur.Dec.
ibid.. nu.5. Poſt Felin. nu.4. Couar. vbi ſup.num.2 per totum.
Bernardus Calagurritanus. in praxi cap. 116. 133. Lupus in cap.
per ueſtras. in 2. notab. P. ſed eſt pulchra quęſtio. numer. 1.&
ſequentib.de donat.inter virum& vxorem.qui in hoc art.ſcribit
plura & vtilia ac quotidiana. Prob. in c.1. numer. 14. cum plu-
rib.ſequentib.de ſtat.regul.in ſex. quia poteſtas eccleſiaſtica ali-
quando eſt paralitica.Prob. ibid. nu.fin. hoc eſt indiget poteſta-
53 te ſeculari,vt adiuuetur. † ſed caueant iudices eccleſiaſtici ne ac,
celeranter veniant ad hoc remedium , neue incipiatur a cauda,
cum a capite ſit inchoandum, & pedib. plumbeis adextraordi-
naria & duriora iuris remedia deueniẽdum.Prob. ibid. ex alijs.
nu. 23.25. Bonifac. in Cle. 2. de religioſ. domib. Gonſalus vbi
ſup. tomo 2. cap. 4. nu. fin. Prob. vbi ſup. nu. 21. ſed an iudex
delegatus implorabit auxilium capitanei belli.Bart.in l.quia re-
ſtituere.nu 1. de rei vind.D.Sane conſtitutio Cathalonię , quam
54 ſup.citauimus ex tit. de inuocatio de bras ſecular.cap.primo.†et
ordo præſcriptus iudici requiſito , in ciuilibus tantum cauſis
obſeruatur,ſiuepetatur aſsiſtentia officialis ſecularis in regia aud.
pro executione ſententiarum,aut prouiſionum iudicum eccleſia
ſticorum facienda per eoſdem iudices ſeu eorum executores :
quia tam iudices delegati, quam executores vel ſub executores,



&

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

& conſeruatores etiam ad hoc remediũ tandẽ deueniunt. Prob. vbi ſup. nu.19.20.ad effectum, vt libere executio fiat & ſine ſcā dalis aut reſiſtentia, vt dixi ſuperius, ſiue auxilium brachij ſecularis imploretur. Cæterum in criminalib. & vbi de ſententia iudicis eccl. lata in cauſa criminali agitur, extra cauſam hęreſis, de qua in cap. vt inquiſitionis negotium. P. prohibemus. de hæret. in ſex. ſi relaxationi locus ſit, aut aliter auxilium brachij ſecularis imploretur, iudex ſecularis non ſemper proceſſui iudicis eccleſiaſtici adquieſcet, ſed de cauſa cognoſcet. Panor. in cap. 1. verſ. ſecundo nota, quod iudex ſecularis. ibi. ſed aduerte, quia in exẽplo ſuo. & ibi. ſed vbi crimina nõ eſſent mere eccleſiaſtica. Boſſ. tit. de foro compet. num. 87. ibi. Imola vero concludit. & ibi. & ideo in cauſa brachij ſecularis. rurſus ibi. eſt tamen verum. & ibi. & quidquid ſit. & verſ. vnde cum citatio. Qui concordat cum conſtitutione & praxi huius prouinciæ in conceſsione brachij ſecularis in cauſa ciuili. cuius doctrina eſt valde obſeruanda in hoc regio ſenatu videatur. Felinus in cap. de cætero. colum. 1. numer. 2. 3. de re iud. idem Boſſ. de inuocatione brachij ſecularis in cauſa criminali. numer. 90. & ſequen. Dec. in l. magiſtratib. numer. 13. poſt Bar. numer. 5. Iaſ. numer. 7. de iuriſdict. omnium iud. D. Septimacenſ. de catholicis inſtitut. capit. 36. numer. 2. 4. Panor. in capit. cum ſit generale colum. 8. de foro
55 competen. Butrius ibid. Couar. lib. 2. reſolut. cap. 10. numer. 6. Gonzalus vbi ſup. tom. 2. in procemio. † ex quorũ dictis colligitur, quod in pœnis impoſitis ꝑ ſacros canones & declaratis per iudicẽ eccl. puta in criminib. mere eccleſiaſticis, iudex ſecularis requiſitus per inuocationẽ brachij ſecularis, eſt merus executor, vt in vſuris, & alijs ſimilib. Gemini. in cap. 2. num. 11. de except. lib. 6. Nauar. in cap. nouit. notab. 6. Corollario. 7. de iudic. ex. Couar. lib. 3. reſolut. cap. 3. nu. 1. in pœnis vero ſtrangulationis, combuſtionis, pali, mortis deniq. iudex ſecularis non eſt merus executor, ſed iudex quia condemnat etiam in crimine hæreſis, ſed in hoc crimine ex eodem omnino proceſſu iudicis eccleſiaſtici, & in vim declarationis factæ per eum, qua declarat illum





hęreticum. Panor. in d. cap. cum ſit generale. col. 8. verſi. alius eſt caſus in crimine hęreſis. Imol. in capit. 1. verſicul. & per prędicta & verſicul. & ex prædictis. de offic. ordinat. Couarr. lib. 1. variar. reſoluti. capit. 10. numer. 10. Iul. Clarus. in P. hæreſis. numer. 4. 5. & in praxi. quæſt. 96. verſicul. quæro etiam. ibi. nihilominus communis opinio. Boſſ. de heret. numer. 35. & ſequen. & hoc caſu poteſt dici quaſi executor iudicis eccleſiaſtici, in defectum iuriſd. illius. Bart. in l. adiuo Pio. in princip. numer. 4. 5. de re iud. D. Rebuf. vbi ſupra in pręfat. numer. 20. Sed in alijs criminib. excepta hęreſi, etiam ſi de illis iudex ſecularis non habeat cognitionem, quia ſunt eccleſiaſtica & talia de quibus iudex non cognoſcit, tamen ad pœnam in qua iudex ſecularis condemnat, facit proceſſum facta ſcilicet relaxatione & traditione iudici ſeculari per iudicem eccleſiaſticum. Couar. lib. 1. cap. 10. nu. 6. quod eſt recipiendũ, quando crimen de quo cognouit iudex eccleſiaſticus, contra ſubditos ſibi eccleſiaſticos, eſt crimen ſeculare vel mixtum. Clar. in d. q. 96. verſ. quæro etiã ſi iudex. ibi. ſi vero eſſet crimen ſeculare. in crimine hęreſis ſolum translatũ ſententiæ transmittitur. & iudex ſecularis abſq. aliqua cauſę cognitione tradit hęreticum flammis cõburendum. Clar. & Boſſ. vbi ſup. & quidquid inter doctores diſceptetur in hoc art. & pleriq. affirment opinionem Bar. in d. l. magiſtratib. num. 4. & in l. diuus. de cuſtodia reor. D. eſſe communem. canoniſtæ vero recedunt ab ea. hęc apud nos ſeruatur & in tota Hiſpania ſine exceptionib. Alciat. in cap. 1. nu. 100. 104. & alijs. de offic. ordin. quas refellit Septimacenſis vbi ſupra. & damnat Ignei licentiam in repręhendendo. eſt tamen videndus Camillus Borell. ad Bellugam. rub. 11. de propoſit. Grauaminum. P. tractandum. in. 2. addit. quamobrem in hac ciuitate aſſiſtente Senatu Regio, proceſſus hęretici in publico & coram populo recitatur, & ſententię tenor, & fit relaxatio & traditio curiæ ſeculari, pręcedente degradatione ſi talis ſit condemnatus vt, degradari debeat. capit. 2. de pœn. in ſex. & in continenti coacto Senatu in eodem loco publico, &

viſa ſententia iudicis eccleſi. ideſt, dominorum inquiſitorũ; fit cõ
cluſio, & mandat Senatus regius nomine Locumt. generalis pœ
nas legales exequtari in eodem hȩretico: quia & pœnas prædi-
ctas Sũmi Pontifices approbant. Boſſ. de hæret. num. 37. cap. vt
inquiſitionis negotium. de hæret. in ſex. de his plura Grego. lib.
33. cap. 7. nu. 4. & per totum. & cap. 8. Clarus in d. q. 96. nu. 7.
per totum. & in P. hȩreſis. Iodocus damhonder. cap. 61. Car-
rer. in tractatu de hæretic. cap. 3. Felin. in cap. ad abolendam. de
hæret. ex. nu. 4. 5. Albertin. de agnoſc. catholicis aſſert. q. 25.
num. 43. cum ſeq. & 45. pleniſsime & poſt omnes Franciſcus
Pegnia ad directorium Aymerici. 3. parte lib. 3. Scholior. cap.
36. per totum. & extat reſcriptum Bonifacij octaui directũ inqui
ſitori in partib. Lombardiæ ſub data Romæ 30. Sept. 1486. quo
poteſtatib. ſecularib. iniungitur ſub cenſuris in eo expreſsis qua
tenus ſine aliqua viſione aut recognitione proceſſuum factorum
per inquiſitores, ſententiam latã contra hæreticum exequantur.
Sed & in hac re cenſuit in verſ. verum in hac re. ſeruandam eſſe
conſuetudinẽ receptam in vnaquaq. prouincia circa executionẽ
faciendam contra huiuſmodi hæriticos condemnatos. de qua &
Septimacenſ. in d. cap. 36. nu. 2. recitat autem idem Pegnia pra-
xim, quæ in Hiſpania & in hac ipſa ciuitate in ea re obſeruat. in
verſ. ſolent in Hiſpania. ibi. iudices ſeculares eoſdẽ ſtatim in ſuũ
forum recipere, & adſupplicij locum, pronuntiata mortis vel cõ
buſtionis ſententia, recta deferre. Ex his apparet qualiter ſecula-
ris iudex ſe habere debet in executione brachij ſecularis, in
cauſis ciuilib. & in criminalib. & rurſus in crimine hæreſis, & in
aliis criminib. eccleſiaſticis mere, ac quomodo in ſecularib. vel
56 mixtis. † Sed quantumuis in plurib. caſib. iudex ſecularis ſit exe
cutor ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, non tamen proceſſui eccleſia
ſticis iudicis adquieſcet, excepta in omnibus cauſa hæreſis; maxi
me quoad pœnas imponendas per iudicem ſecularem. Carrer.
vbi ſup. nu. 6. cuius limitatio, licet quoad crimen hæreſis habeat
difficultatem, & videatur non eſſe admittenda: tamen in alijs cri
minib. etiam mere eccleſiaſticis non videtur reijcienda: quia in
hoc



hoc caſu ſecularis iudex iudicat vt de ſuo ſubdito. In cauſis ci-
uilibus iudex ſecularis, vt cumq. executor ſententiæ iudicis eccle
ſiaſtici habet eã cognitionem, quȩ mero executori datur: & ideo
merito praxis noſtræ conſtitutionis fuit introducta, vt citetur
reus, & detur illi certus terminus iuxta diſpoſitionem d. conſti-
tut. infra quẽ exceptiones ſuas, ſi quas habet, proponat; de quib.
non cognoſcet quo ad merita iudex ſecularis, ſed tantũ quoad
concedendum aut denegandũ auxiliũ ſuum, cætera ad iudicem
eccleſiaſticum remittendo, vt ijdem DD. in locis prȩdictis ſcri-
bunt. Gonſalus in d. procemio. nu. 10. verſ. quod tamen limitat.
& ibi. quamuis Bernardus Diaz. & ad plenam horum notitiam
cumulauit omnia Salzedus in practica criminali canonica. cap.
41. verbo. ſeculari curiȩ tradi. & generaliter in cap. 60. verb. &
ſi opus fuerit ad dictarum pœnarum executionem ſeculare bra
chium imploretis. & ibi. num. 5. declarantur decreta ſacri conci-
lij Tridentini. Azeuedus in cõmentarijs ad 4. lib. nouȩ compila
tionis. tom. 2. l. 14. 15. qui hæc etiam cumulauit. Belluga rub. 11.
57 P. tractandum. nu. 3. 4. & Camillus ad eum. † In aſsiſtentia no-
ſter ſenatus idem obſeruat in ciuilib. cauſis. quia etſi in ea iudex
ſecularis non executoris officium prȩſtet, cum iudex eccleſiaſti-
cus vult ipſemet exequi ſententiã ſuam, & procedere contra ſibi
ſubditum condemnatum, vt mittere in poſſeſſ. beneficij ali-
quem, vel expellere intruſum; vel in aliquo ſimili caſu ciuili ſuã
ſententiam exequi: tamen ſi quȩ exceptio intruſo vel poſſeſſori
competat, neceſſaria eſt illius citatio. Gonſalus vbi ſup. num. 7.
Boſſ. vbi ſup. nu. 87. 88. Quod ſi in cauſis criminalib. iudex ec-
cleſiaſticus velit ſententiam ſuam exequi & punire pœnis eccle-
ſiaſticis reũ ſibi ſubditum condemnatũ, & inuocet brachiũ ſecu
lare pro familia iudicis ſecularis, tunc cum iudex ſecularis non
aſsiſtat, & de exequenda pœna eccleſiaſtica tractetur, abſq. aliqua
cognitione poteſt iudex ſecularis familiam concedere etiam ar-
matam. Gonſalus vbi ſup. nu. 9. atq. hæc ſatis de hoc articulo.
58 † poſtremo negotia eccleſiaſtica quam plura poſſunt venire ad
regiã aud. occaſione amparæ factȩ in ſigillo regiȩ cancellariȩ pe
nes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nes prothonotarium, ſeu eius locumtenentem quando petuntur
executoriæ literarum apoſtolicarum, per prouiſos de prelaturis,
vel alijs beneficijs aut dignitatibus eccleſiaſticis habentib. tem-
poralitates, aut de commandis & preceptorijs: vel cum petuntur
in regia aud. ſeu â Cancellario, vicecancellario aut ſuo caſu re-
gente regiam cancellariam, litere manutenentie aut ſaluaguar-
die. nam cum hæc ſine ſigillo regio & ſolitis ſubſcriptionib. non
poſsint expediri. in nou. vt diuinæ iuſsiones ſubſcriptionem ha-
beant glorioſsiſsimi queſtoris. Bened. in cap. Rainuntius. verb.
vxorem. nu. 485. de teſtam. ex. & in tit. de offic. cancellarij etc.
cap. 1. vol. 1. & tit. de offici de conſeruad. general. vol. 2. et cap.
1. de offic. de theſor. eod. vol. tex, in cap. 1. de offic. prothono-
59 tarij etc. vol. 1. † & ideo cum hæc petuntur expediri per iudicis
officium vt diximus, poteſt quilibet, qui ſua dicit intereſſe hu-
iuſmodi manuten. non expediri, vel executorias, adire cancell.
vicecancell. aut regentem cancellariam & petere apponi ampa-
ram in ſigillo. impediri, retineri ſub manu regia, ſigillum, ne
prothonotarius expediat predictas literas, & cancellarius aut is à
quo petitur ampara, mandat expediri cartellũ, quo ſignificatur
prothonotario amparam eſſe apppoſitam ſuper expeditione ta-
lium literarum. & pars quæ literas inſtat tenetur releuare ampa-
ram. in cap. 1. 2. tit. de ſequeſtres y amparas. vol. 1. & cap. 2. de
emparas y ſequeſt. vol. 2. vbi prag. Reginæ Marie. & in hac re
cauſa iuſtificationis amparæ & cancellationis expedienda eſt in-
tra terminum in conſtitutione præfinitum & ſeruata forma d.
conſtitutionis. in d. cap. 1. 2. etiam ſi ampara tollatur per firmã
iuris, quia & cauſa firmæ iuris intra eundem terminum eſt fi-
nienda, ſeruato iuris ordine qui in alijs cauſis cõmunib. ſeruatur.
60 d. cap. 1. eſt † autem firma iuris, ſeu firmamentum iuris, ſatisda
tio iudicatum ſolui. Iud. in vſ. magnates. verſ. vnde aliud eſt fac-
tum. quo pertinet. prag. Petri 3. data Barc. 13. Martij 1359. eſt in
61 tit. de amparas y ſequæſtres. cap. 1. vol. 2. † ſimiliter ſi agatur de
reuocatione manutenentie, ſeruandus eſt terminus inſtantie pre
finite per conſtitut. in cap. 1. ſtatuim encara tit. de manutenen-
tias,



tias. & capti. 25. in curis anni. 1547. & in conſtitu. 32. in ea-
dem curia. que iura ſunt in eodem. tit. & priuilegium conceſ-
ſum ſtamento eccleſiaſtico. in anno. 1510. capit. e mes ſuplica
lo dit ſtament eccleſiaſtic. eſt in tit de manutenent. volu. ſecun.
et de iuris firma. Mieres. collat. quarta in ſecunda curia Barc.
Iacobi. 2. capit. 21. item quod omnis firma. de empara verbali etiã
62 sũt localia Barc. in priuilegio recognouerũt proceres. c. 29. 34. † eſt
autẽ obſeruandũ in noſtra cathalonica iuris prudentia, amparã,
aliã eſſe realẽ. de qua in. vſ. ſi qui ſuũ feudũ. vſat magnates. vſ.
ſiquis contradixerit. in rub. de feu. poteſtats y amparas reals. vol.
1. aliam verbalẽ de qua in vſat. ruſticus ſi deſemparauerit, hoc,
quod recte ei amparatum erat. Marq. ibid. verſ. & que ſit am-
para realis. Mier. coll 3. in curia Montiſõn. Alfon. 3. cap. 28. itẽ
ordinamus. & plenius in curia Barc. Alfon. 4. cap. 3. itẽ cõme-
morants. coll. 11. Calic. de vtraq. in d. vſ. magnates. in 4. oppoſ.
& n. 15. Socar. inc. eodẽ modo. nu. 28. & 33. 36. 39. & in c. ſi ca-
ſtellanus ſiue vaſallus. nu. 10. & de pœna violantis & frangentis
amparam in d. cap. eodem modo. nu. 24. preter has duas ſpecies
ampare, de quibus nihil in hoc loco, eſt alia empata, quæ
etiam verbalis dicitur. in dict. capit. primi. tit. de ſequeſtres y
amparas. que eſt conſtitutio Ferdinandi ſecundi in ſecunda
curia Barcinone capit. 34. quæ venit ad declarationem prag-
63 matice. Petri tertij in anno. 1359. & Regine Marie in anno.
1421. † hec autem ampara verbalis continet preceptum iudi-
cis, cancellarij. in regia aud. aut vicecancellarij ſeu regẽtis regiã
cancelleriam, aut alterius iudicis alibi, modo competentis, quo
iniungitur poſſeſſori alicuius rei, iuſto vel iniuſto, deten-
tatori, depoſitario, tenutario vel ratione officij, vel ſuo iure
poſsidenti aut alias, quatenus rem non dimittat, pecuniam
penes ſe retineat, ex domo nihil extrahat, non tradat,
non liberet, non expediat, & ſimiliter in alijs caſibus. Marq.
64 in dict. vſat. Ruſticus. verſ. ſed quero. quid ſit empara. & expri-
mitur ad cuius inſtantiã fit ampara & preceptũ. † nã ſine iudicis
aucto. hæc ampara fieri nõ poteſt vt in precalẽdatis pragmaticis
continetur

continetur. ſic Socarrat. definit amparam verbalem in d. capit. ſi
caſtellanus ſiue vaſallus. nu. 10. Iudàic. in vſat. magnates. verſ.
65 verbalis eſt.† hęc ampara eſt veluti manus regia poſita ſuper re
aliqua corporali vel incorporali. not. in cap. examinata de Iu-
dic. ex. vbi Panor. verſ. nota ſecundum Petrum. & verſ. ex his.
cum col. ſeq. eſt enim hæc ampara verbalis valde ſimilis ſeque-
ſtrationi iudiciarię, quę auctoritate iudicis fit. Rebuf. de ſequeſt.
art. 1. gloſa. 1. nu. 7. 12. & 19. ibi. manus regia appoſita rei conten
tioſę, non priuat aliquem ſua poſſeſſ. Selua de benefic. parte ſecú
da. q. 9. nu. 7. 8. & rurſus Rebuf. nu. 25. ibi. iudex non debet ad
ſequeſtrationem alicuius rei vel iuris, ſeu ad appoſitionem ma-
nus curiæ procedere. emparam vocat manum curiæ. idem in
l. mulieris appellatione. P. abeſſe autem. in verb. manus. ibi. inij-
cere autem manum regiam. de verbor. ſig. D. dicitur in iure com
muni titulus. quia titulis ampara deſignatur & velis, crucibus
in reb. corporalib. glo. titulos. in P. titulos. de mandat. princip.
in nouell. & in C. vt nemo priuatus titulos prædijs ſuis vel alien.
imponat, vel vela regia ſuſpendat. & tit. vt nemini liceat ſine
iud. auct. ſigna reb. imponere alienis. Caſt. in d. rub. vt nemo
priuatus. Cuiac. in nouell. de mand. princip. circa finem. Faber
in rub. de his, qui potentiorum nomine titulos prædijs affigunt,
vel eorum nomine in lite prętendunt. citatur tex. in cap. cum ad
ſedem. de reſtit. ſpoliat. ex. ibi quod Cuman. Epiſcopi nuntius,
66 cruces hoſpitalijs abſtulerat † Et de iſtis ſignis, quæ fiunt in am
para verbali, & ſaluaguardia appoſita ſuper rebus corporalibus,
plura Lucas de penna in l. ſtigmata. de fabricenſ. lib. 11. C. Marq.
in d. vſat. ruſticus ſi deſamparauerit. col. 1. 2. & verſ. ſed quęro,
quid ſit ampara in incorporalib. literæ expediuntur, ſeu cartella,
quę affiguntur in locis opportunis, & dantur poſſeſſori, ſeu quaſi.
67 vt in iiſdem locis explicatur.† facta autẽm ampara, non tollitur
ſine iudicis licentia. quia ſicut aditur iudex in emparando, ita
& in diſſoluendo. Marq. vbi ſup. verſ. quæro ecce, quod ad in-
ſtantiam. ibi. quid dicendum. cum declaratione tamen & diſtinc
68 tione, de qua ibid. in verſ. dicas ſic, quandoq. empara. † dicitur
etiam



etiam hæc ampara bannum. Marq. in verſ. de materia vero hu-
ius amparę, ſiue banni. Bart. in l. curatores. de offic. procurator.
Cæſ. D. idem in l. 1. P. & poſt operis. num. 4. de noui oper nũ-
69 tiat. D. † fit autem hęc empara, ſiue ampara in ſcriptis, ſicut &
noui operis nuntiatio, quę fit per prętorẽ. Bart. in l. de pupillo.
P. meminiſſe. num. 9. de noui oper. nuntiat. D. igitur his de cau
ſis negotia eccleſiaſtica etiam ſententię definitiuæ & quæcũque
prouiſiones ſolent in regia aud. tractari et modis prædictis cum
70 moderatione & limitatione ſuperius traditis examinari.† neque
vero poteſtates temporalis & ſpiritualis, ſecularis & eccleſiaſtica
ſic ſe habent, vt vna alteri ſine aliqua rei cognitione vices ſuas
pręſtet, auxilium impertiatur notat. in cap. ſolite. de maiori. &
obedient. in cap. nouit. de iudic. in cap. per venerabilem. qui
filij ſint legitimi. ex. Can. cum ad verum. Can. duo ſunt quippe.
96. diſtinct. Can. principes ſeculi. Can. adminiſtratores. 23. q. 5.
Panor, in d. capit. nouit. verſ. nota quod iuriſd. eccleſiaſtica. &
Dec. notab. 2. Nauar. not. 3. num. 82. idem Panor. & Dec. in
cap. atſi clerici. ca. cum non ab homine de iudic. Couar. in pract.
cad. 10. nu. 10. Aufrer. ad Clem. 1. de offic. ordin. in introductio
ne ad tractatum de poteſtate eccleſiaſtica & ſeculari. numer. 1.
Laurentius vbi ſup. num. 1. 2. Gonſalus vbi ſupra. tomo. 2. in
procemio. nu. 1. 2. Vgo Seleſtadienſis de officio quatuor pręlato-
rum. cap. 2. de origine ſacerdotij & imperij & parte 1. cap. 1. 2.
Salzedus d. cap. 6. erudite & breuiter Belluga Rub. 11. de pro-
poſit. grauaminum. P. tractandum. nu. 3. 4. qui eſt in noſtra pra
71 xi videndus. † eſt ſane Romanus Pontifex ſuperior imperatore:
nam vnus Deus tantum eſt, caput & dominus omnium ſpiri-
tualium & temporalium; quia ipſius eſt orbis & plenitudo eius.
in cap. tua nobis. de Decim. in ca. ſolite. de maior. & obed. in
cap. ſignificaſti. in fine de elect. ex. dominus autem omnia com
miſit Petro & ſuis ſucceſſoribus. Hoſtienſ. in rub. qui filij ſint le-
gitimi. P. qualiter & a quo. verſ. ergo. ideoq. omnia iudicatu-
rus à minime iudicandus eſt. Can. cuncta per mundum. 9. q. 3.
72 & Can. nemo. eod. Vgo vbi ſup.† Manus regia murus eſt eccle-
ſiæ,

ſiæ,pax clericorũ,ſalus populi,propugnaculũ,pſidiũ tutela Chri
ſtianę religionis.magna verodebet eſſe inter hos vnio & charitas,
vt vnũ ſit ouile,vnus paſtor: & tãta fraternitas,q᷑ altera poteſtas,
alterius ſemp egeat auxilio.nã cũ mundus duobus tantũ conſtet
ſacerdotio & regno,ſic horum munia ſunt diſtincta, vt ſacerdos
oret, rex imperet: ſacerdos delicta dimittat,rex puniat errata:ſa-
cerdos animas ligat & ſoluit, rex corpora cruciat & torquet.
vterq.tamen diuinæ legis executor,ſuum iuſtitiæ debitum,cuiq.
73 tribuit. † hæc igitur duo brachia dextrum & ſiniſtrum, duo lu-
minaria,maius & minus, ſolẽ & lunã. d. capit. ſolitę.ſeſe adiu-
uare inuicem, non impedire in ſuis actibus oportet. Bernard.
Lauren. vbi ſup. n.2. & in Can.dominus.23.q.2.in l.fi. de re mi
litari. lib.12. C.& ibi Luc. de pen. laudunus in Cle.1.de fo. cõ-
pet. Anto. de Roſellis de poteſtate Imp.& Papę.in prin.verſ.2.
probant.& verſ.quod vero non ſit.verſ.q᷑ Chriſtus.ver inſinuãt
in ſup. cũ enim ad verũventum eſt,vltra ſibi nec imperator iura
Põtificatus arripuit,nec Pontifex nomen imperatoris vſurpauit.
74 Can.cũ ad verũ.96.diſtin.† itaq.executionẽ tẽporalis iuriſdictio
nis,quę prĩcipib.ſecularib.data eſt,poteſtas eccleſia,cũ intra fines
ſuę iuriſd. non habeat gladium, implorare debet & petere, cum
iam ſua iuriſd. vſus eſt, & non habet vltra quid faciat. de Roſ-
ſellis. in verſ. hanc etiam ſententiam. ſic ergo iudex eccleſiaſti-
cus, vbi cenſuris iam fuerit vſus, aduerſus laicos, nec potuerit
earum uiribus ſententiã ſuã exequi,requirit pro eius executione
iudicẽ ſecularẽ,vt is captis reb. & bonis ac perſona ipſius laici cõ
demnati, eccleſiaſtici ſententiam exequatur.gl.publicũ. in d. c.1
de offi.ord. cũ concordantijs allegatis per Couar. in pract.c.10.
n.1. quandoq.vero. petit aſsiſtentiã iudicis ſecularis, cum poteſt
ipſe in bonis executionẽ facere. quandoq. familiã tantum iudi-
cis ſecularis:Siue is ſit iudex eccleſi.ordinarius, ſiue delegatus iu
dex,aut etiã executor aut ſub executor delegatus. Prob. in c.1.n.
75 14.&ſeq.de ſtatu regulariũ in ſex.†Eadẽ ratione iudex ſecularis,
cũ neceſſe fuerit implorare poterit iudicis eccle. auxiliũ pro exe
quenda ſua ſententia, aduerſus eos, in quos ipſe non habet ius
corre-



correctionis. auct. ſed hodie.C. de adulter. exempla ſunt in tit.
de captura & liberat. clerici. vol. 2. conſtit. cap. 5. 6. & in alijs
exemplis ſup. traditis, in quibus iudex eccleſiaſticus vſq. & defi
nitionem iudicis ſecularis detinet clericos ſub cuſtodia. & licet
iudex eccleſiaſticus poſsit compellere iudicem ſecularem vt im-
pertiatur ſuum auxilium,cenſuris eccleſiaſticis & pœnis ſpiritua
lib. cap.2. de maledic.ex.vbi glo.poteſtatem.& glo.contra eum.
iudex vero ſecularis non poſsit cogere eccleſiaſticum:tamen po-
terit adire illius ſuperiorem, & petere ab eo, vt compellat ordi-
narium.ſic not. in.d.cap. 1. de offic.ordin.ex.vbi Alciat. nu.26.
123. Iaſ. & alij in d. l. adiuo Pio. P.ſententiam. de re iud. ſed &
in hac prouincia contra ordinarios & delegatos in ſuis caſib.non
deſunt opportuna remedia,quib. iudex ſecularis vt vicarius, vt
locumtenen. generalis,aut is. qui in prouincia preſidet, vti po-
teſt, de quib.ſuperius abunde diſſeruimus. quin & iudex ſecula-
ris,ſi vrgeatur ab eccleſiaſtico per cenſuras vt brachium ſecula-
re impertiatar, ſi videt non eſſe concedendum, & nihilominus
vrgeatur per cenſuras,firmabit ius coram rege & in regia aud.ſi
cut quilibet oppreſſus, & in eadem forma. Azeuedus vbi ſup.
76 tit. 1.l. 15. num.12.quod eſt notandum. ſed & † iudex ſecularis,
cum in brachio ſeculari ſit executor & ſententiam iudicis ec-
cleſiaſtici exequatur,partem audiet & terminum cõpetentẽ prę
finiet eidẽ ad videndum,an aliqua exceptio ei cõpetat,ad impe
diendã vel moderandam executionẽ. Gonzal.vbi.ſup. nu. 7. 8.
Boſſ. de foro compet.nu.87.88. eſt & alia differentia quoad pro
ceſſum.quia iudex ſecularis ſequitur ſententiam & proceſſum iu
dicis eccleſiaſtici,hic autẽ,nõ itẽ iudicis ſecularis.not.in d.c.1.de
offic.ordin.ſequit Gonſa.vbi.ſu.in proœ.n.6.Salſed.et Azeue.
vbi ſu.nõ vt definiat, et đ meritis exceptionũ cognoſcat,niſi qua
ten⁹ ad executorẽ pertinet.in d.P.ſententiam. et in c.de cætero.
vbi Felin. de re iud.ex.ſed vt remittat ad iudicem eccleſiaſticum
et in executione ſuperſedeat. Boſſ. Albert. ſeptimacenſis. Pe-
igna.Iul. Clar. et alij vbi ſupra.in quocumq. vero auxilio petito
citatio partis,cõtra quã petit eſt neceſſaria.benintẽdis in deciſ.55.
Quæ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Quæ cum ita ſint,quo iure potuit ſuperiore annocontraſenatum
regium cathalonię procedi, inſtantibus commendatoribus Ara·
gonenſ. & Valentinis ordinis. S. Ioannis Hieroſolomitan. in cu
ria Romana & coram illuſtriſsimo Nũtio apoſtolicę ſedis,in cu-
ria regis Hiſpanię & domini noſtri reſidentis, per cenſuras & a-
lias poenas, cum ſenatus regius nihil definierit in executione ſen
tiarum apoſtolicarum latarum vt aſſeritur,in fauorem dictorum
commendatorum, & contra commendatores cathalonię eiuſdẽ
ordinis & militię; non cognouerit de ea, non retardarit illã;non
impedierit, non turbarit. officium ſuum commendatoribus ca-
thalanis in caſu per iura patrię permiſſo conceſsit, quod nec de-
negare potuit. l. 4. P. hoc autem iudicium. de dam. infect. D.
Iaſ. in l. admonendi. num. 16. in 1. repetit.de iureiuran. D. de
Benintend. deciſ. 55. quia conſtitutiones iuratas ſenatus ſeruare
tenetur, cum ad earum obſeruantiã iusiurandum, homenati-
cum pręſtiterit,& ſententiam excommunicationis in ſe ſuſcepe-
rit, & pręter alias pœnas in conſtitutionibus contra violatores
expreſſas, incurrat iudex noſtri iuris contemptor, periurij,Bau
ſię atq. infidelitatis & excommunicationis pœnas. grauiſsima
autem eſt pœna violati homagij, vſq. ad mortem. Socar.in cap.
duplex eſt homagium. nu. 22.23. & violator homagij bauſator
eſt noſtro iure. & non eſt noſtrum de legibus & conſtitutionib.
huius prouincię iudicare.quia poſtquam lex lata eſt, non ſubia-
cet iudicio noſtro,nec ad nos pertinet iudicare de ea,ſed neceſſe
eſt ſecundum eam iudicare. Can. erit autem lex.verſ.ideo autẽ.
& Can. in iſtis.diſt. 4. in temporalibus legibus ait Auguſt. quã
77 quam de his homines iudicent, cum eas inſtituunt,† tamen cũ
